This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

NOTITIA
HISTORICO-LITERARIA
DE
CODICIBVS MANVSCRIPTIS
IN BIBLIOTHECA
LIBERI AC IMPERIALIS MONASTERII
ORDINIS S. BENEDICTI

AD SS. VDALRICVM ET AFRAM AVGVSTAE

EXTANTIBVS.

CONGESSIT

P. PLACIDVS BRAVN

ARCHIVARIVS ET BIBLIOTHECARIVS

EIVSDEM MONASTERII.

IN FINE HABETVR

ADPENDIX

CONTINENS

ANECDOTA

HISTORICO-DIPLOMATICA

EX IISDEM CODICIBVS EXCERPTA.

VOLVMEN PRIMVM.

AVGVSTAE VINDELICORVM

SVMPTIBVS FRATRVM VEITH, BIBLIOPOLARVM.

MDCCLXXXXI.

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
ASTOR, LENOX
TILDEN FOUNDATIONS

Si reconditi quieſcant Libri; ſibi, patronis; orbi literario inutiles ſunt: ſi publici juris fiant; domino, ſibique nomen acquirunt, rei literariae lucem, omnibus opem ferunt.

Bern. de MONTFAUCON.

SERENISSIMO

AC

POTENTISSIMO

PRINCIPI

DOMINO DOMINO

CAROLO EVGENIO

WIRTENBERGIAE AC TECCAE DVCI

MOEMPELGARDIAE COMITI

HAIDENHEIMIAE AC IVSTINGAE

DOMINO &c.

AVREI VELLERIS

EQVITI

CIRCVLI SVEVICI

ARCHISTRATEGO,

AC

DIRECTORI

&c. &c.

DOMINO, DOMINO

CLEMENTISSIMO.

SERENISSIME PRINCEPS,
DOMINE CLEMENTISSIME!

Vix codices manu exaratos in noſtra bibliotheca extantes deſcribere, notis hiſtorico-literariis illuſtrare, anecdota quaedam ex iisdem excerpere, typisque publici iuris facere mecum conſtitui, extemplo etiam ardentiſſimum, vt literarius hicce partus ſub TVIS SERENISSIME PRINCEPS, *auſpiciis in lucem prodiret, concepi votum. Aſt nunquam id auſus fuiſſem, niſi incredibilis* TVA *erga me humanitas, qua, tribus abhinc annis noſtram viſendo bibliothecam, mecum colloqui tam gratioſe dignatus fuiſti, animo addidiſſet animum, epiſtolisque ſumma clementia atque beneuolentia refertis eumdem ſummopere auxiſſes. Quid inſuper aequius, quam vt ego quoque, licet literatorum minimus, Principi perenne erigam monimentum, cui haud ſufficiebat, vt ipſemet politiori literatura eſſet ornatus; omniumque artium diſciplinis praefulgeret, ſed etiam qui omne ſuum in id impendit ſtudium, vt gentem etiam ſibi ſubditam, exterosque omnigenis ſcientiis excoleret, atque feliciſſimos redderet, docentium inflammaret induſtriam, animos diſcentium iniectis generoſis ſtimulis excitaret, atque laboris*

 fer-

ſeruorem enutriret, & conſeruaret? Longe abſit a me, vt abiectum me exhibeam adulatorem; quidquid enim in TVI *laudem protuli, rei veritas ad oculum oſtendat. Liceat itaque mihi,* PRINCEPS SERENISSIME, *quin* TVAM *offendam modeſtiam, in iisdem enarrandis fuſius excurrere.*

Cum, SAPIENTISSIME PRINCEPS, *haud parum conuictus eſſes, a ſcientiarum diſciplinis maximam reipublicae felicitatem, atque ſalutem dependere, ab iisque barbaros in homines, ac homines rationem ſequi edoctos, in Chriſtianos optimosque ciues mutari, omniumque artium incrementum maximopere promoueri; integer* TVVS, *praeſtantiſſimus, ac pulcherimus conatus eo tendebat, vt praeter ſcholas ac academias in ditionibus tibi ſubiectis iam bene inſtructas, optimeque excultas, nouum artium ac ſcientiarum armarium pro ſubditorum* TVORVM *iuuentute erigeres, viros pro reipublicae ſalute educares, populumque* TVVM, *ac regiones* TVAS *ad ſummum felicitatis apicem eueheres.*

Sapientiae regulis conſentaneum TIBI *videbatur, ne aedificium iſtud repente in ſua compareat perfectione, ſed vt ſenſim a minimo vs-*

que

que ad ſummum magnitudinis faſtigium aſcenderet. Primum itaque oculos TVOS *in iuuentutem a militibus progenitam, omni fere educatione deſtitutam, parentibus quoque orbatam coniiciebas, illamque anno* 1770 *in locum, qui ſolitudo appellabatur, duabus horis a Stuttgartia diſtantem traduci, optimamque tam in bonis artibus, quam in religionis fundamentis inſtitutionem porrigi iubebas. Plantulae iſtae ſolitudini inſertae praeſtantiſſima adhibita cultura tantos vnico anno fructus protulere, vt optimae educationis odore Wirtenbergiae nobiles aeque ac ignobiles ita faſcinarint, vt ardentiſſime filios ſuos nouo huic inſtituto inſeri exoptarint.*

Numero itaque Eleuorum (alumnorum) *indies adcreſcente, plures viri doctrina inſignes, qui iuuentuti genuinam de religione notionem adferrent, atque in Hiſtoria, Geographia, Mythologia, Arithmetica, Geographia, latinae linguae rudimentis inſtruerent, adducti fuere. Scientiarum inſtitutioni, animorum quoque cultura acceſſit. Vtque hoc, quod tam prouide coeptum, ac tanta vtilitate inſtitutum eſt, maiora ac maiora caperet incrementa, & iuuentutis magis inflammaretur induſtria, anno nondum*

elapſo

Decembris 1771, *ad ſolitudinem* TE *conferens*, *Ipſemet Eleuos* (alumnos) *tentare voluiſti*, & *a viris ad publicum tentamen conuocatis tentari iuſſiſti*. *Immo vt magis iuuenum animos ad aemulationem excitares*, *ipſemet* 16 *Februarii* 1772 *iis*, *qui ſua docilitate*, *eruditione*, *atque induſtria prae aliis excelluere*, *peculiaribus condonaſti monetis*; *qui quatuor earumdem obtinuit*, *minori academico ordine a* TE *fundato*, *qui vero octo*, *maiori condecoratus fuit*. *Nec in hac tam liberali iuuenum induſtriam remunerandi arte* TVOS *tam incredibilis ſcientias propagandi*, *animosque inflammandi cultus perſiſtebat*, *quarto enim inſtitutionis anno munia tam aulica*, *quam ciuilia nobiles inter* & *ciuiles candidatos diſtribuiſti*, *non tamen*, *niſi finito prius ſtudiorum curriculo adeunda*.

Haec TVA *haud ſatis depraedicanda liberalitas*, *praeſtantiſſimaque in omnigenis artibus inſtructio tantam candidatorum copiam attraxit*, *vt nec locus iſte illos contineret nec ſufficiens alimentorum copia absque difficultate adportari poſſet*. *His itaque perpenſis*, *fundationis locum permutandi magnanimum concepiſti conſilium*. *Stuttgartienſes*, *re percepta*, *ambas* TIBI *porrexere manus*, *atque aedificium*, *a copiis inhabita-*

bita-

bitatum, arbitrio TVO *penitus reliquerunt. Bene ibidem Sapientiſſimeque omnibus ordinatis,* 18 *Nouembris anno* 1775 *militaris Academia a primo ſuae inſtitutionis loco omni ſolemnitate Stuttgartiam ſe contulit.*

Cum numerus ſtudioſorum in dies augeretur, augebatur quoque docentium numerus, qui in omni ſcientiarum genere iuuentutem erudirent. Ita literarium illud armarium, quod in ſuo ortu militare ſolummodo orphanotropheum viſum erat, tam breui temporis ſpatio, intra quinque ſcilicet annos in admirabilem excreſcebat magnitudinem. Quippe anno 1776 *vix vllum erat ſcientiarum genus, quod in* TVA *academia non in omni ſuo ſplendore adparebat, & quibus iuuenum quilibet ad futurae fortunae felicitatem praeſtantiſſimas ſibi comparare poterat notiones. Ediſcuntur ibi linguae, Latina, Graeca, Hebraica, Italica, Francica, Germanica &c. Qui ad ſtatum adſpirat Eccleſiaſticum, optimam in Theologia, ſtudio ſcripturiſtico, Hiſtoria Eccleſiaſtica &c. inſtitutionem adſequitur. Qui ſeſe pro reipublicae bono impendere deſiderat, in Iurisprudentia, in hiſtoria, in iure publico Germaniae, in ſcientiis ca-*

meralibus ſatis inſtruitur: nec Medico ſufficiens deeſt inſtitutio; Vir quoque militiae ſe adſcribens egregiam admodum hic adquirit inſtructionem: nec de mercatura inſtitutio, TVAM, PRINCEPS SAPIENTISSIME, *attentionem effugere potuit. Artes quoque muſica, pictoria, Chalcographica ab expertiſſimis viris tradebantur. Verbo: nullius ſcientiae, nullius artis genus, quo ſe homo ad quemcunque ſtatum idoneum reddere poſſet, erat, quod non in hoc artium ac ſcientiarum armario a viris experientia ac eruditione celeberrimis edocebatur.*

Quid mirum igitur, SERENISSIME PRINCEPS, *ſi fama de* TVA *militari fundata Academia, praeſtantiſſimisque educationis artibus per totam volarit Europam, & vsque ad Supremi imperii noſtri Capitis thronum peruenerit, eumque permouerit, vt Galliam petens, Stuttgartiam ſe contulerit, militarem viſitarit academiam, attento, ac perſpicaci oculo luſtrauerit omnem aedificii oeconomiam, ſua Caeſarea praeſentia profeſſorum praelectiones honorarit, modeſtiam, munditiem, & decentiam admiratus, ſumma humanitate, ac clementia cum Eleuis* (alumnis) *collocutus fuerit, & tandem anno* 1782 *militarem academiam*

miam publico inſtrumento ad publicam euexerit vniuerſitatem, omnibusque aliarum priuilegiis condecorarit.

Ita, SERENISSIME PRINEPS, TVA *incredibili Scholas plantandi, literarum ſtudia promouendi, artes propagandi, iuuentutis ingenia excolendi conatu*, TVA*que ſumma liberalitate militare illud Orphanotropheum tam breui temporis ſpatio, tanta celeritate in celeberrimam ſurrexit vniuerſitatem, ex qua tot viri eruditione inſignes, prodiere, quorum quidam iam ex Cathredra publice docent, alii paſtoris officio funguntur, alii regiminis Tecum ſuſtinent onus, alii militiae deſeruiunt, alii familiarum curam gerunt, omnesque* TE *ſuum Patrem prouidiſſimum, Maecenatem magnanimum, Nutricium liberaliſſimum vbique ſumma animi gratitudine depraedicant, debitisque laudibus celebrant, et tam ingenii, quam animi culturam Tibi Sereniſſimo Fundatori adſcribunt.*

Aſt TVO, SERENISSIME PRINCEPS, *ardentiſſimo ſcientias excolendi ſtudio haud ſufficiebat, nouum fundaſſe armarium, viros doctrina, ac eruditione clariſſimos ad iuuentutem imbuendam aduocaſſe,*

 eam-

eamque in omnibus artium diſciplinis fuiſſe imbutam, TVA *inſuper ſublimis cogitandi ratio eo deflexit, vt praeſtantiſſima, quibus voti* TVI *altiſſimi compos fieri poſſes, media tam docentibus, quam diſcentibus comparares.*

Cum antehac nunquam Stuttgartiae bene inſtructa viſa erat bibliotheca, quae ſufficiens ad eruditionem comparandam adminiculum praeſtaret, huic quoque inopiae Celſitudo TVA *absque mora medelam afferre voluit. Ad hunc finem magnificum aeque ac ſpatioſum admodum exſtrui curaſti aedificium; dein libros ex bibliothecis tam illa Conſiſtorii, quam iſta prouinciae, aliisque comportari locis* TVAE*que exellentiſſimae collectioni vniri feciſti; & ita mox in origine nobilis ac iucundus ſcaturiuit riuus, qui tamen* TVO *incredibili ſtudio, maximisque impenſis breui temporis interuallo ad admirandam admodum excreuit amplitudinem. Bibliorum ſtupenda collectio merito omnibus aliis eripit palmam. Voluminum numerus octo excedit millia, inter quae plura primam typographiae attingunt infantiam, plura pergameno impreſſa eruditorum oculos ad ſe rapiunt, plura ſplendiſſima gaudent editione; plura*

eaque

eaque praeſtantiſſima adſpiciuntur polyglotta, plura in omnigeneris linguis impreſſa occurrunt. Absque veritatis offenſione adfirmari poteſt, bibliorum collectionem ad tantam accreuiſſe magnitudinem, vt vix aut difficile admodum maiorem attingere queat.

His accedit magna concordantiarum, ac S. Scripturae interpretum copia, omnigena quoque adminicula, quae S. Scripturae ſtudium facilius reddunt, ſublimemque in eodem pollicentur perfectionis gradum, inueniuntur. Sanctorum Patrum quoque opera in admirabili occurrunt multitudine, de quibus diuerſae ac ſplendidiſſimae adparent editiones. Theologia tam ſcholaſtica, dogmatica, quam moralis a diuerſae religionis patronis a ſuo ortu vsque ad noſtra tempora conſcripta, variantem ſuam eruditis exhibet fortunam. Nullum datur Philoſophiae genus, quod non optimis in ea re ſcriptis operibus inſtructa conſpicitur. Hiſtoria quoque naturalis rerum naturalium inueſtigatori praetioſiſſima confert adiumenta.

Quid dicam de ampliſſimo hiſtoriarum genere? Viri eruditione celeberrimi, & in literatura verſatiſſimi ſaepius me certiorem reddebant,

c tam

tam hiſtoriam eccleſiaſticam, quam profanam ad ſtupendam admodum perueniſſe perfectionem; geographicas & topographicas extare deſcriptiones ſplendiſſimas, pulcherrimisque exornatas tabulis: Chronica uideri diuerſimoda: hiſtoriam Genealogicam inſignibus gentilitiis, tabulisque refertam, nullam dari gentem, nullam prouinciam, nullam familiam, vix ullam eccleſiam, vix ullum religioſum ordinem, de quibus eruditus quilibet neceſſariam, & perfectam haurire non poſſet notitiam. Quisquis in re literaria, ac monetaria, quisquis in ſcientia diplomatica ſolidam, ac copioſam ſibi comparare deſiderat notitiam, plurima aeque ac utiliſſima in hoc nobiliſſimo librorum armario adiumenta offendit. Quidquid de iure publico adſpexit lucem, multo aere comparatum eſt. Libros de re militaria tractantes vix in ulla bibliotheca in tanta extare copia, plures iam adſeruere Eruditi, ac merito admirati ſunt. Quis non magno animi ſtupore perluſtrat librorum ab artis typographicae inuentione vsque ad annum 1500 impreſſorum copiam, de quibus praetioſiſſimae, elegantiſſimae, in pergameno etiam plures impreſſae, inueniuntur editiones?

Biblio-

Bibliotheca praeſtantiſſimis libris impreſſis ad omnium vtilitatem ac commodum optime inſtructa, TVVM, SERENISSIME PRINCEPS, *animum ad codices manu exaratos comparandos intendebas, haud ignarus, illos ab omnibus eruditis inter praecipua Bibliothecae ornamenta haberi, nec non eximium literaturae conferre emolumentum. Itaque quosquos eorum, qui ſcientiis excolendis apti viderentur, venales inueniſti, multo etiam aere coemi curaſti, inter quos maxime ea ſcripta elucent, quae clariſſimus Vir* VAN DER HARD *concilii Conſtantienſis editor de eodem & Baſileenſi concilio indefeſſa indagine collegerat, immenſoque labore conſcripſerat.*

Nec libris comparandis ſolummodo, TVVS *immenſus occupatus erat ſcientias promouendi ardor, ſed & medicinae addictis botanicum coli hortum, Phyſices ſtudio conſecratis armarium mathematicis inſtrumentis inſtructum erigi, naturae inueſtigatori pretioſiſſimam rerum naturalium collectionem comparari, omnisque generis monetas inquiſitori monetarum magnis ſumtibus congeri curaſti. Ne etiam & aliis artium diſciplinis ſua deeſſent adminicula, ad Pictorum commodum egregias conqui-*

ſiſti picturas, ad Chalcographorum emolumentum optimas congregaſti imagines & delineationes aeri inciſas; ceteriſque artibus ſua nec deſiderantur adiumenta. Breuis vt ſim, id vnicum adhuc addam, quidquid artium, ſcientiarumque diſciplinis promouendis & excolendis conducens, quidquid docentibus, quidquid diſcentibus adiumentum praeſtare videbatur, id multo labore, magniſque ſumtibus comparare haud dubitaſti. Sic merito Wirtenbergia TE *Scientiarum & artium Plantatorem, Propagatorem, ac Conſeruatorem depraedicat, ſummaque animi gratitudine honorat.*

Scientiis, artiumque diſciplinis in TVIS *prouinciis,* SAPIENTISSIME PRINCEPS, *ad tam admirabilem perfectionis gradum perductis, animiſque* TVORVM *pro colendis optimis ſtudiis inflammatis, voluiſti, vt* TVVS *ardentiſſimus literarum ſtudia promouendi feruor exteris quoque regionibus innoteſceret, idemque vbique locorum accenderetur. Relictis itaque ſaepius* TVIS *dominiis, nunc Italiam, nunc Galliam, nunc Britanniam, quin coeli varietatem, & maris pericula timeres, & magnis ſumtibus parceres, peragrabas, Bibliothecas perluſtrabas, & cum*

viris

viris eruditione celeberrimis ſumma humanitate multum conferebas. In noſtra Germania vix vlla eſt prouincia, in qua non Seminaria, academias inuiſere, TVA *Sereniſſima praeſentia Profeſſorum praelectiones honorare, & librorum armaria vbique perſpicaci oculo, acri ac attento animo perſpicere dignatus fuiſti. Quam plurimum praeſertim* TIBI *debent Sueuiae monaſteria, in quibus* TVA *Clementiſſima praeſentia, bibliothecarum perluſtratione, Sermones, & praelectiones audiendo, eruditaque colloquia ſerendo tantum profeciſti, vt vel animi pro colendis literarum ſtudiis iam accenſi, magis accenderentur, vel torpore oppreſſi iniectis ſtimulis excitarentur, literarum ſtudia aut reuocarentur, aut magis excolerentur, bibliothecae penitus neglectae maioris attentionis dignae aeſtimarentur, in meliorem redigerentur ordinem, nouisque libris inſtruerentur Fatendum mihi eſt,* TVAS *frequentiores Clementiſſimas monaſteriorum ſalutationes haud parum fomitis in me excitaſſe, eamque ſupra modum nutriuiſſe, vt hilari admodum animo, indefeſſo labore, ſummaque celeritate bibliothecam in nouum redigerem ordinem, nouis, optimiſque libris augerem, atque literarias de eadem mihi compararem*

notitias; ſperabam enim de die in diem, TE *ſumma nos Clementiſſimae Salutationis gratia donaturum, noſtramque bibliothecam gratioſiſſime perluſtraturum, qua etiam ad finem menſis Nouembris anno* 1787 *praeter omnem expectationem fruiti ſumus.*

Ab illo tempore, SERENISSIME PRINCEPS, *me ſingulari Clementia, liberalitate, & gratiarum profuſione, praeter meum meritum, beare, atque fouere non ceſſaſti. Commonſtrat id Sereniſſima* TVA *Clementia, qua notitiam hiſtorico-literariam de libris ab artis typographicae inuentione vsque ad annum* 1500 *impreſſis excipere gratioſe dignatus fuiſti: commonſtrat hiſtoria de Comitibus & Ducibus Wirtenbergiae a* SATTLERO *ſcripta noſtrae bibliothecae gratioſiſſime oblata: commonſtrant plures epiſtolae ſumma clementia, ſummaque beneuolentia refertae, quibus ad me ſcribi ſaepius iuſſiſti.*

Aequum itaque eſt, SERENISSIME PRINCEPS, *vt gratioſiſſimum in literas & literatos praeſidium, ac tam propenſam in me & monaſterium noſtrum Clementiam* TVAM *publico hoc teſtimonio poſteritati commendem, obſecrans etiam atque etiam, ne* TVO *indignum*

iudices

iudices amplexu, quod profundiſſima veneratione in Sinum TVVM *repono, grati animi & ſummae in* TE *obſeruantiae meae perenne monumentum. Perge etiam,* CLEMENTISSIME PRINCEPS, *me literatorum vltimum* TVO *Clementiſſimo beare Praeſidio, ac potenti fouere Gratia, ſummaque recreare Beneuolentia. Ego aſſidue ſupplices preces ad coelum fundam, vt* TE, *vsque in ſeram ſenectutem ſaluum ſeruet, Sapientiſſimis* TVIS *pro ſcientiarum incremento, pro populi* TVI *ſalute & felicitate conceptis conſiliis ſecundiſſimos tribuat effectus, & tandem poſt vltimam ſenectutem gloria & honore coronatum coelitibus iungat, aeternisque praemiis, ac gaudiis beet. Ita ardentiſſime voueo.*

SERENISSIMI NOMINIS
TVI.

Cultor aeternum deuotus
PLACIDVS BRAVN
Archiuarius & Bibliothecarius.

DISSER-

DISSERTATIO.
PRAELIMINARIS.

Repetitis iam vicibus a) *Codicum manu exaratorum, in noſtra bibliotheca extantium recenſionem, exactamque eorum deſcriptionem pollicitus fui. Adplauſu haud exiguo hanc promiſſionem publicum acceptauit literarium et ad eam ocyus explendam tum in literariis nouellis* b), *tum pluribus amicorum eruditorum literis ſaepius prouocatus fui. Satisfacere itaque laudabili rei literariae cultorum deſiderio volens, conſiderataque in omnes ſcientiarum diſciplinas emanante vtilitate, magnoque emolumento, manus meas ad hunc non ab omni difficultate vacuum laborem adpoſui, eique me totum deuouere ſtatui.*

Priusquam autem ad codices manuſcriptos deſcribendos me accingam, quaedam in gratiam eorum maxime, qui literariam prouinciam aut nunquam, aut vix ingreſſi ſunt, de inſigni illorum praeſtantia, de tot perditorum cauſis, de cura iisdem adhibenda, de motiuis eosdem iuris publici faciendi, de eos deſcribendi ratione, præſentique labore praefari neceſſum duxi. Sit itaque

§. I.

DE CODICVM MANVSCRIPTORVM PRAESTANTIA.

De codicum manuſcriptorum inſigni praeſtantia haud plus, ac neruoſius diſſerere queo, quam quae iam prolixe admodum in epiſtola dedicatoria primae parti Notitiae Hiſtorico-Literariae de libris ab artis typographicae inuentione &c. *praemiſſa, de bibliothecarum vtilitate diſſerui.* Quidquid enim, *ait Ordinis noſtri ac Rei literariae lumen ſplendidiſſimum* Mabillonius, apud antiquos eruditum, ac ſcitu dignum, quidquid apud Patres pium, & ſapientiae plenum, quidquid in conciliis ſanctum, quidquid in libris diuinum, quidquid in hiſtoriis firmum, ſolidumque eſt, totum id per codices iſtos ad nos vsque peruenit. *Ex his tanquam ex fonte incorrupto deriuabatur diuinitatis, ac religionis noſtrae notitia, ſana Patrum doctrina, ſanctorum conciliorum decreta, ſacrarumque legum genuinae interpretationes. Iſti innumera veteris aeui monumenta hiſtoriam tam ſacram quam profanam illuſtrantia, ac firmantia conſeruarunt, familias denſis ſepultas tenebris, obliuionique ſubductas eripuerunt, regnorum ac gentium viciſſitudines oſtenderunt. His genuinam claſſicorum Authorum editionem debemus. Verbo: plurimum emolumenti omnis generis ſcientiarum diſciplinis attulerunt, plurimumque per ſuorum notitiam adſerre poſſent.*

Viri politiori literatura exculti eas ſolummodo bibliothecas, quae eiusmodi praeſtantiſſimis ſplendent cimeliis, ſuae aeſtimationis, ac attentionis dignas aeſtimant; Sollicite igitur ea loca, in quibus theſauri iſti latitant, inquirunt, iter ſuum ad illa magnis haud parcentes ſumtibus nullam itineris moleſtiam timentes, dirigunt, primus eorum adſpectus ad manuſcriptorum ſcrinia rapitur, auidis perluſtrant oculis, opibus ſimiles floribus iſtis melle ſudantibus inſidunt eximia quadam voluptate animam ſatiant, collectisque optimis notis, doctiſſimisque excerptis, gaudentes ad ſua reuertuntur. Sic Patres Congregationis S. Mauri *non ſolum Galliam, ſed & Italiam, Germaniam, aliasque peragrarunt regiones, bibliothecas viſitaturi, optimasque SS. Patrum*

trum

a) *Notitiae liter. de libris ab artis typogr. inuent. vsque ad ann. 1500. impreſſis Praefat. P. I. p. XIII. P. II. p. VIII.*
b) *Literatur Zeitung des obern Deutſchlands vom Iahr*, 1789. *St.* 155. *Col.* 913.
Gelehrte Anzeigen 19 *St. Tubingen den* 8. *Merz.* 1790. *S.* 149.

trum praecipue operum editiones in lucem emiſſuri. Pezii *fratres iſti Mellicenſes Germaniae bibliothecas perluſtrantes, rem literariam anecdotis vndique collectis haud parum ditarunt. Reuerendiſſimus Princeps* Martinus Gerbertus *in multis Germaniae bibliothecis ſuos Muſices ſcriptores, & veteris Liturgiae Alemanicae monumenta conquiſiuit, ac publici iuris fecit. Sed non ex noſtris ſolum quidam codices manu exaratos aeſtimare ſciuerunt, alii quoque quam plurimi, qui multis ſumtibus, ac herculeo imperteſoque labore vndique excerpſere anecdota, laudantur, quos tamen enarrare breuitatis gratia ſuperſedere poſſum.*

Maxima Regum ac Principum cura nullo non tempore ea fuit, vt codices manuſcriptos praetioſiſſimos illos, ac inaeſtimabiles omnigenae eruditionis theſauros ſummo ſtudio conquirerent, ſuasque iisdem ditarent liberarias. Quantum illorum incrementum SS. Pontificum cura, vigilantia, ſtudio, ac ſumtibus vaticana obtinuit bibliotheca? Quantis Bibliothecae Hiſpaniae, Galliae, ac Angliae gaudent manuſcriptis a Regibus magnis impenſis comparatis? Sed quid peregrinis immoror regionibus? Germania noſtra ſat eruditionis monimenta exhibet, ex quibus Principum aeſtimatio elucet.

Auſtriae Principes maximam in id impenderunt curam, vt omnis generis manuſcriptos codices vndique ſibi compararent. Maximilianus I., *maximus eruditionis & eruditorum amator, opera* Conradi Celtes & Ioannis Cuſpiniani, *ſeu* Spieshamer, *vſus, haud exiguo inſignium codicum manu exaratorum numero partim ex monaſticis quibusdam Auſtriae bibliothecis, partim vero ex reliquiis Regiae bibliothecae Budenſis a Rege* Mathia Coruino *plusquam Regiis ſumtibus inſtructae, auxit.* Ferdinandus I. *Auſtriae Archidux tam codices manuſcriptos, quam impreſſos Bibliothecae* Ioannis Fabri, *Epiſcopi Vindobonenſis in bibliothecam Caeſaream transferri curauit. Haud multo poſt acceſſit quoque numeroſa bibliotheca* Ioannis Derſchwam, *qui magnis ſumtibus Conſtantinopoli tres* Zonarae *codices manu exaratos comparauit. Maximum vero eidem attulit ornamentum* Augerii Busbeckii *bibliotheca, in qua multi codices manuſcripti, quos ex Aſia & Graecia Europaea, bina ibidem functus legatione, retulit, inueniebantur. Sub eodem numeroſa manuſcriptorum collectio a* Wolfgango Lazio *facta acceſſit.* Rudolphus II. Ioannis Sambuci *comparauit Bibliothecam pretioſiſſimis manuſcriptis refertam. Per* Sebaſtiani Tengnagelii *bibliothecam multis rarisque manuſcriptis codicibus Latinis, Graecis, Hebraicis, Arabicis, Turcicis, Perſicis, Syriacis, Armeniacis & Aethiopicis inſtructa eſt. Maximum manuſcriptorum praeſtantiſſimorum incrementum cura Sereniſſimi Principis Sabaudiae* Eugenii *Caeſarca obtinuit bibliotheca. Nimium euagari deberem, ſi Principum Auſtriacorum codices manuſcriptos comparandi feruorem vlterius enarrare vellem. Lectores meos eruditos ad primum* Petri Lambecii *Commentariorum de Bibliotheca Caeſarea tomum, in quo tam iſte, quam* Franc. Kolarius *multis laudum encomiis Auſtriae Principum manu exaratos codices comparandi curam extollunt, remitto.*

Haud abſimilem iam ab typographiae in cunabilis vsque in hodiernum diem bibliothecas liberis manu exaratis quoque ditandi conatum impenderunt Bauariae Duces. Albertus V. *ad initium ſeculi XVI bibliothecas illas tam ſcriptis orientalibus quoque, quam impreſſis libris numeroſas,* Hartmanni Schedelii *Norimbergenſis nimirum, &* Ioannis Alberti Widmanſtadii *emendo haud exiguo theſauro ſuam exornauit librariam. Huic acceſſit bibliotheca Fuggeriana graecis manuſcriptis inſtructiſſima. Magnum quoque ornamentum codices manuſcripti, inter quos non nulli orientales inueniuntur, ex bibliotheca Werdenſteiniana, & Cruſiana adtulere. Eodem literaio Zelo armatus Sereniſſimus Elector* Carolus Theodorus, *maximus eruditionis & eruditorum fautor, paucis abhinc annis* Petri Vettori *bibliothecam comparando, codices manu exartos multum adauxit.* c)

Eam-

c) Gerhoh Steigenberger *Hiſtoriſch - Literariſcher Verſuch von Entſtehung und Aufnahme der Kurfürſtlichen Bibliothek in München.*

Eamdem laudem promeruit Otto Henricus *Palatinatus Rheni Elector, qui Bibliothecam codicum manu exaratorum tum multitudine, tum bonitate celeberrimam Heidelbergae magnis ſumtibus erexit.*

Quantam ſolicitudinem, quantosque ſumtus ad codices manuſcriptos coemendos ſereniſſimus Wirtenbergiae Dux Carolus *impendat, ſat orbis literarius exploratum habet.*

Respublicas quoque ea laudabilis cura haud parum occupauit. Inter iſtas primum locum ſibi merito vindicat Auguſtana, quae rariſſimos codices Graecos manuſcriptos in toto fere orbe literario celebratos magno aere ab Antonio Eparcho *Epiſcopo Corcyrenſi coemit.*

Iisdem theſauris ſuas bibliothecas auxere, ac exornauere respublicae Norimbergenſis, Baſileenſis, Bernenſis, Tigurina, Vltraiectina &c. quas omnes Theophilus Spizelius *magnis laudum encomiis extollit* d).

Monaſteriorum quidam Rectores, codicum manuſcriptorum penetrantes praeſtantiam, ſemper eosdem ſibi comparare ſtuduerunt, ac hodiedum eodem ſtudio ardent. Immo et priuati viri eruditi ita pro comparandis manuſcriptis zelati ſunt, vt integram annuorum cenſuum ac deputatorum copiam pro iis expendere, aereque alieno ſeſe onerare non horruerint.

His itaque ex momentis ſatis perſpectum habetur, quanta codices manu exarati gaudeant praeſtantia, quantam ab omnibus mereantur aeſtimationem, quantaque eosdem comparandi conſeruandique ſollicitudo adhibeatur. Si ita res ſe habeat, quibus ex cauſis tot eorum omni non aeuo penitus neglecti in monaſteriorum praecipue Bibliothecis periere? Id ſequenti paragrapho non minus cordate, quam ſincere omnium oculis ſubiiciam;

§. II.

CAVSSAE PERDITORVM CODICVM MANV EXARATORVM.

Prima tot literariorum damnorum cauſſa craſſa hominum inſcitia auditur. Ex eo enim tempore, quo literarum negligebantur ſtudia, muſae deſerebantur, ſcientiarum diſciplinae contemnebantur, mens quoque ad vana deſluebat negotia, otioque ſeſe relinquebat, libri deſpectui habebantur, et ideo omnes in tam craſſam deuoluebantur ignorantiam, ac barbariem, vt librorum neſcirent materiam, theſaurum in iisdem occultatum non animaduerterent, immo vt ipſos characteres ignorarent, nec libros legere potuiſſent. Itaque relictis bibliothecis, uniones iſtas, ac gemmas pretioſiſſimas denſiſſimo puluere contectas contemſerunt, proiecerunt, viliſſimo vendidere pretio, petulantique admodum modo pretioſiſſimis ſeſe priuarunt theſauris.

Altera tam irreparabilis iacturae cauſſa eſt neglecta ſcientiarum ſublimiorum, politiorisque literaturae cultura. Quamdiu enim, maxime in monaſteriis, diſciplinae philoſophicae, theologicae ſcholaſticae, morales, atque decretales ſolummodo tradebantur, ac omnis via antiquitatis ſtudio, rei diplomaticae, genealogicae, chronographicae, ac literariae praecludebatur, quamdiu bibliothecae adoleſcentibus religioſis non aperiebantur, neque iidem de manuſcriptorum praeſtantia, vtilitate, eorumque in omnes ſcientias influxu inſtruebantur, tamdiu ſcientiis ſupra memoratis contenti, politiorum inſcii, vt infantes, gemmas iſtas aeſtimare neſcientes, eas vilipendunt, ſua attentione haud dignas cenſentes, tineis, pulerique deuorandas relinquunt.

Haud exiguam codicibus iſtis ſtragem diuina illa ars typographica intulit. Iſta enim vix inuenta, frequentiusque introducta, libri copioſe admodum vbique fuere impreſſi; et quo maior eorum numerus augebatur, eo magis manuſcripti negligebantur, paruipendebantur, obuio cuidam aut dono tradebantur, aut vili admodum pretio vendebantur, aut impreſſis commutaban-

d) *V. Diſſertatio Praelim. ad ſacra Bibliothecarum arcana retecta.*

tabantur, *aut*, *quod minus veniae dignum eſt*, *diſſecabantur*, *cum illis impreſſi compingeban-libri*, *et ad res quoque viliſſimas adhibebantur. Heu! quot triſtes.*, *ac ſanguineis dignae lachrymis reliquiae in pluribus bibliothecis mihi adſpiciendae*, *ac deplorandae fuerunt!*

Magnam quoque eorum partem vorax iſta beſtia, *auaritia nimirum*, *et opum cupido deuorauit. Bibliothecarum Praefecti*, *nomine potius*, *quam re ipſa*, *ſtupidi iſti*, *literarum oſores*, *mammonaeque amatores*, *ſacrilegas manus iniecere in theſaurum religioni*, *ac ſcientiis ſacratum*; *ſi codices membranacei*, *bracteatoribus*, *ſi chartacei*, *obuio cuidam inſtitori venumdare haud erubuere. Quot ſacrificia*, *tam nefando quaeſtu idolis iſtis vbique mactata deplorantur!*

Maximum denique damnum codicibus manu exaratis attulere Monachorum emigrationes, *aut violentae eorum expulſiones*, *dira*, *ac diuturna bella*, *hoſtium inuaſiones ac direptiones. Tandem*, *quot millia illorum graſſans deuorauit flamma? Quot millia vnico momento annihilarunt*, *et in puluerem redegerunt fulgura?*

Hae ſunt tot millium codicum manuſcriptorum perditorum cauſſae: *iſta pretioſiſſimos ſcientiarum theſauros abſtulerunt*, *diſtraxerunt*, *et in nihilum redegerunt. His tot damna omnisgeneris literarum diſciplinis illata debentur*: *hi hoſtes infenſiſſimi minimam eorum partem*, *cum tamen tantis ſumtibus*, *tantaque comparati fuere induſtria*, *nobis reliquerunt.*

§. III.

DE CODICVM MANVSCRIPTORVM CVRA.

Quo praeſtantius res quaedam aeſtimatur, *eo maiorem eam conſervandi curam impendi neceſſum eſt. Diues theſauros ſuos*, *ne in furum incidant manus ſollicite abſcondit*, *vigili oculo eos cuſtodit*, *atque in ſecurum*, *incognitum*, *inacceſſumque locum deponit. Codices manuſcripti maximo ac pretioſiſſimo aequiparari merentur theſauro*, *principemque inter ſelectiora bibliothecarum clenodia locum merito ſibi vendicant. Itaque haud immerito maxima ſollicitudo*, *ac cura gerenda erit*, *ne harpiis*, *furibus*, *hoſtibus*, *flammis*, *aliisque iniuriis pateant expoſiti*; *grauis enim eſſet iactura*, *nobis interire*, *quod tantis ſumtibus maiores noſtri compararunt*, *ſummaque religione conſeruarunt.*

Prima itaque cura ſit, *vt pro codicibus manuſcriptis locus*, *non omnibus patulus*, *nec acceſſu facilis eligatur*; *in praecipuis ſcriniis bene concluſis reponantur*, *patrum noſtrorum exemplo*, *qui*, *cum e bibliothecis multa ſubtraxiſſent harpyae voraces*, *vinculis*, *et catenulis codices ſcriniis alligare*, *multaque prudentia et cura cancellis munire coeperunt*, *ne exinde tam facile abripi poſſent.*

II. Locus pro iis eligatur, *quem non tam facile deuorans accedit flamma*, *et a quo absque graui moleſtia*, *et celerius ad alterum transferri poſſent. Hac ſollicitudine neglecta*, *quamplurimi codices ſubtracti deplorantur.*

III. Si aduentantibus eruditis hoſpitibus theſauri iſti aperiantur, *ac ad inſpiciendum exhibeantur*, *iisdem inſpectis et conſideratis*, *mox bibliothecae Praefectus ad repoſitorium ſollicite reponat. Exploratum enim habetur*, *ſaepius a viris doctis etiam clanculario eos fuiſſe ſubductos vel plane mutilatos.*

IV. Codices iſti non cuilibet petenti committantur; *ſed ſolummodo illi*, *cuius explorata habetur fides*, *et iſti quoque non ſine aut depoſita*, *aut ſcripta cautione*: *nec ad tempus etiam indeterminatum*, *ſed ad paucos quosdam dies*, *aut menſes. Tempore pro eorum vſu determinato elapſo*, *ſi non reddantur*, *aut eorum reſtitutio*, *aut noua ſcheda*, *ac cautio cum omni huma-*

ate poſtuletur. *Cura iſta ſi ſemper obſeruata fuiſſet, pauci eorum in aliorum manibus re-nſiſſent.*

V. *Nulli bibliothecae cuſtodia committatur, qui non prius in re literaria, manuſcripto-nque cognitione ſit aut bene verſatus, aut bene inſtructus, ſedulus antiquitatis indaga-, feruidusque ſtudii diplomatici amator. His deficientibus, in re maximi momenti idio-, omnem illorum abiiciet curam, theſaurum ſibi commiſſum negliget, cuilibet ſine diſcrimine iſtos facilem concedet acceſſum, eos absque cautione omnibus credet, libris impreſſis fa-commutabit, aut vili pretio emendum dabit.*

VI. *Optimum denique, et ſecurum admodum eſſet, ſi Locorum ſuperiores codicum ma-exaratorum indicem quoque ad manus haberent, ſaltem ſingulis annis librorum armaria tarent, bibliothecae Praefectum de illis ad rationem reddendam vocarent, ſolliciteque, an nes codices iſti commiſſi integri adhuc adeſſent, inquirerent.*

§. IV.

AN CODICES MANV EXARATI SVNT OCCVLTANDI, AN IVRIS PVBLICI FACIENDI?

Multi praeſenti adhuc tempore, codices manuſcriptos ſuperſtitioſa eſſe conſeruandos reli-ne, occultandosque, autumant; aſt qua ratione, haud video. Contrarium eſt eruditorum orum iudicium; iſti enim multo conatu eorum catalogos conſcripſere, iurisque publici fecere a).

Immo alii viri doctrina, ac eruditione inſignes pluris adhuc egerunt, dum catalogis con-endis non contenti, ſeſe totos veterum monumentis aeternae obliuioni eripiendis, e tenebris itis, prelo diuulgandis impenderunt b), *ac hodiedum impendunt* c).

Si omnes eruditi ita inuidi fuiſſent, ac ſuos manuſcriptos codices ad tenebroſos damnaſ-t carceres, ne orbi literario fierent manifeſti, quid religio noſtra de ſuo ortu, quid de pro-

* 3 greſſu

a) Lambecius *edidit catalogum manuſcriptorum in Caeſarea bibliotheca Vindobonenſi latitantium.*

Poſſeuinus *catalogum MSS. Graecorum ac Latinorum Apparatui ſacro ſubiecit.*

Theophilus Spicelius *Theologicorum manuſcriptorum in Bibliothecis Europae extantium indices congeſſit.*

Viri eruditi Wolferdus Senguerdius, Iacobus Gronouius *et* Ioannes Heymann *catalogum libro-n tam impreſſorum, quam manuſcriptorum biblioth:cae Lugduno-Batauae in lucem emiſerunt.*

Labbeius *S. I. Presbyter Specimen nouae Bibliothecae MSS. cum X. ſupplementis orbi literario tradidit.*

Wolfius, Hoeſchelius *et* Reiſerius *Codd. MSS. in Bibliotheca Ciuica Auguſtenſi deliteſcentes euul-runt.*

Herwartius *Codd. MSS. Grecorum Bibliothecae Electoralis Monacenſis indicem prelo ſubiecit.*

Bernardus Montfaucon *edidit Bibliothecam Bibliothecarum Manuſcriptorum nouam, vbi, quae in-meris pene manuſcriptorum Bibliothecis continentur, ad quoduis literaturae genus ſpectantia et notatu gna deſcribuntur et indicantur.*

Extant quoque catalogi librorum Manuſcriptorum Angliae et Hiberniae in vnum collecti.

De aliis eiusmodi catalogis legi poterit I. G. Schelhorns Anleitung für Bibliothekare *vnd Archi-re. Vlm* 1788. Morhoffii Polyhiſtor *c.* 7.

b) *Scriptores rerum Germanicarum a* Menkenio, Frehero, Piſtorio, Schardio, Hoffmanno, So-ersbergio, Vrſtiſio, Weſtphalio, Eccardo, Oeffelio, Pezio, Ludewigio, Leibnitio, Maibomio, oldaſto, Schiltero *et aliis editi.*

Mabillonius, Dacherius, Martene, Durandus, Pezius, Caniſius, *aliique viri eruditioe inſignes om-r aeui monumenta tot ſeculis orbi literario incognita in lucem produxerunt.*

c) *Aegyptiorum Codicum reliquiae Venetiis in Bibliotheca Naniana adſeruatae, a* Ioanne Aloyſio ngarellio *editae Bononiae anno* 1785. *impreſſae.*

Aemilianus Vſsermann *Monachus San-Blaſianus nouam* Hermanni *Contracti Chronici adornat edi-nem &c.*

greſſu ſcirent? Quid de SS. Conciliorum ſtatutis, quid de SS. Pontificum decretis, quid de Patrum doctrina exploratum haberemus d)? *Quid cognitionis de antiquis nationibus, de regnorum ab vna gente ad alteram translationibus, de tot familiis haberemus, niſi ex manuſcriptorum codicum liberali communicatione eamdem obtinuiſſemus? Tota reſpublica literaria in omni ſcientiarum genere maximam pateretur inopiam, niſi in Bibliothecis conſeruata, ſuo tempore e tenebris eruta, typisque fuiſſent in lucem producta antiquorum monumenta.*

Ad quid maiores noſtri tanto ſtudio ſua ſcripta exararunt? vt forſitan, integumentis auro argentoque variegatis incluſa, pompae inſeruirent? aut crudeli fato, tineis et gliribus infelices cederent victimae? Credo equidem potius, vt poſterioribus manifeſta fierent, vt eosdem in omnibus rebus ſuo aeuo geſtis erudirent, iisque ſaltem poſt ſecula prodeſſent.

Tandem quid magis ad optimos autores, optimas materias ab iis congeſtas conſeruandas conducit, quam codicum manuſcriptorum repetita editio? Hac ſollicitudine ab imminentibus vndique eripiuntur periculis, erpiuntur a Marte furente, Ioue fulminante, Vulcano ſaeuiente, Neptuno deuorante, Aeolo diſſipante, aliisque e tartaro doemonibus. Quot Autores omnino optimi ſuperſtitioſa eosdem occultandi religione penitus perierunt? quid incommodi ſuſtinuere claſſici? quid iacturae paſſa eſt religio? quid damni pertulit hiſtoria? Diuitum more theſauros literarios homines occultarunt, vt aut edax aboleret vetuſtas, aut hoſtilis deuoraret furor, aut ignis conſumeret violantia, aut dira diſſiparet dilapidatio.

Cui denique bono theſaurus abſconditus? Si enim reconditi quieſcant libri, *ait doctiſſimus* Bernardus Montfaucon, ſibi, patronis, orbi literario inutiles ſunt; ſi publici iuris fiant, domino, ſibique nomen acquirunt, rei literariae lucem, omnibus opem ferunt. *Aſt, haud parum de ſuo pretio manuſcriptos codices per editionem amittere, quidam timent. Sciant tales inuidi, ac proprii commodi ſtudioſi homines*, melius eſſe, de proprio commodo aliquid remittere, quam bono publico quid emolumenti ſubtrahere.

Itaque tandem omnes eruditorum voto ſatisfacere ſtudeant, vel codices iſtos ad communem vtilitatem typis euulgando, vel ſaltem eorum notitiam publico literario impreſſis catalogis communicando. In id igitur integrum nunc ſtudium impendam, in tenebris theſauros noſtros diutius iacere, longaque nocte premi non patiar, ſed orbi literario eos liberali aperiam animo, vt quilibet eruditorum, quid adhuc poſt tot inuaſiones, furta, ac damna apud nos de iſtis ſuperſit, agnoſcat.

§. V.

QVID IN CODICVM MANVSCRIPTORVM DESCRIPTIONE SIT OBSERVANDVM?

Primum eſt, vt codicis forma adnotetur, eiusque compactura, praeſertim ſi grandem praeſeferat aetatem, aut diuerſis figuris ex metallo, aut ebure confectis, ſit exornata, exacte deſcribatur. Dein an in membrana, an charta ſit ſcriptus, quaenam earum ſit ſpecies an firmitate, an tenuitate, an venuſtate praecellant, oſtendatur.

Secundo maxime obſeruandum venit, quibus characteribus ſit deſcriptum opus, praecipue ſi Seculis decem prioribus ſcriptum videtur, bene iuxta diplomaticas regulas oſtendendum erit

d) *Patres Mauriani optimos et antiquiſſimos ad editionem operum SS. Patrum, vt in eorundem praefationibus legi poteſt, adhibuerunt codices. Eadem ſollicitudine et alii, qui emendata eorumdem opera ediderunt, vſi fuere. Conf. nouas SS. Patrum et bibliothecarum editiones, collectionem conciliorum a* Dominico Manſi *exornatum, SS. Pontificum epiſtolas a P.* Couſtant *euulgatas &c.*

erit, an character ſit romanus, an Gothicus, an Gothico-romanus, an Longobardicus, an et quaenam occurrant interpunctiones, an iotae virgula aut punctum ſit ſuperpoſitum, an literae an verba inter ſe bene cohaereant, aut inter ſe ſint disiunctae, an verborum abbreuiaturae frequentius an rarius adpareant, ex quibus omnibus Seculum, quo circiter talis lucem adſpexerit codex, erui poterit. Adumbrentur figurae aut coloribus, aut auro diſtinctae hinc inde occurrentes, et initiales, quae ſe exhibent, literae.

Tertio inquiratur in operis Autorem, et in ipſum opus, an ſit autographon, an apographon, an typis iam ſit integrum euulgatum, an tantum quoad aliquam ſui partem, in quonam editum ab inedito diſcrepet, qua occaſione ſemper, ſi materiae grauitas id ſuadeat, variantes excerpantur lectiones. Si typis haud credatur fuiſſe impreſſum, tunc poſtulante id materia, exactus concipiatur operis conſpectus, ex quo quilibet eruditorum lectorum eiusdem pretium facile ediſcere valet. Eruditae etiam adnotationes, vbi neceſſariae videntur, adhibeantur.

Quarto denique ad literarii orbis emolumentum, ad eruditionem excolendam, ad rem literariam ditandam, ac magis illuſtrandam, maxime in rebus hiſtoricis optima quaeque exſcripta inſerantur.

Hae ſunt virorum eruditione celeberrimorum, et in literatura maxime diplomatica verſatiſſimorum codices manu exaratos deſcribendi praecipuae regulae, quarum vel omnes, vel quaedam tantummodo, prout id codex deſcribendus exigit, obſeruentur, et adhibeantur.

§. VI
DE PRAESENTIS OPERIS RATIONE.

Pluribus iam in epiſtola dedicatoria, primae parti Notitiae hiſtorico-literariae de libris ab artis typographicae inuentione vsque ad annum 1479. impraeſſis *praefixa, de codicibus manu exaratis, qui quondam bibliothecam noſtram haud parum commendabant, egi, aduerſamque eorum fortunam multo animi dolore deploraui. Quos adhuc ſuperſtites veneramur, vltra ſeptingentos numeramus; nonnulli eorum Seculo nono, decimo, vndecimo, duodecimo, tertio decimo, et decimo quarto ſuam debent exiſtentiam, maior tamen eorum pars ſeculum decimum quintum et ſextum haud excedit. Licet plures eorum Theologica, Philoſophica, et Aſcetica tantum tractent, plures tamen quoque inueniuntur, qui ad hiſtoriam tam eccleſiaſticam quam profanam maxime Auguſtanam illuſtrandam multa ſubminiſtrant adiumenta. Hos itaque deſcribendi laborem in me adſumere mecum conſtitui, et quidem qui prioris ordinis, plerumque paucis abſoluam, qui vero poſterioris ſunt, fuſiori deſcribam ſtilo, multaque ex iisdem excerpta ad Lectoris eruditionem, atque ad rem literariam et diplomaticam ditandam inſerere haud omittam.*

Adparet itaque ſub gratioſiſſimis Sereniſſimi ac Clementiſſimi Wirtenbergiae Ducis Caroli Eugenii *literarum ac literatorum Fautoris Maximi, et Protectoris Potentiſſimi Auſpiciis primum operis volumen, in quo ea in grati animi, et ſummae erga* Maecenatem *meum Clementiſſimum obſeruantiae meae perenne monumentum inſerere mihi placuit, quae multum luminis hiſtoriae Wirtenbergicae adferrent diplomaticisque inſtrumentis locupletarent.*

Quod adhuc obſecro, eſt, ne Lector Beneuolus, ſi in operis decurſu plura in odium confeſſionis Auguſtanae addictorum prolata, ſtiloque acerbiori ſcriptam legat veritatem, id a me ſtudio, et ſimili odio accenſo deſcriptum credat, ſed vt magis temporum circumſtantiis, in quibus Autores viuebant, et ſcribebant, imputare haud grauetur, quod etiam in ſubſequentibus operis voluminibus obſeruare velit Lector, etiam atque etiam rogo.

CON-

CONSPECTVS PRIMI VOLVMINIS.

I. Clementis Senderi *Ord. S.* Benedicti *Monachi in Aſceterio SS.* Vdal. *et* Afrae *Auguſtae Autoris Seculi XVI. Chronographia. Voll. XII. in 4to. pag.* 1 - 47.

II. *Eiusdem Breuiarius Decretorum, ac Decretalium, Sexti et Clementinarum. in 4to. pag.* 47.

III. *Eiusdem Armarius animae. in* 8. *pag.* 47.

IV. *Eiusdem Aduerſaria Aſtrologica. in* 8. *pag.* 48.

V. *Annales Monaſterii Anhuſani Ord. S.* Bened. *a* Friderico Plank *Monacho San-Vlricano et Priore Anhuſano ſcripti. in 4to. pag.* 48 - 50.

VI. Caroli Stengelii *Monachi San-Vlricani, et Abbatis Anhuſani volumen Aduerſariorum. in* 8. *pag.* 50 - 55.

VII. *Eiusdem pars II. coronae lucidae de ſcriptoribus Ord. S.* Benedicti. *in 4to. pag.* 55 - 59.

VIII. *Eiusdem Chriſtologia. in 4to. pag.* 59 - 62.

IX. *Eiusdem Catalogus Eccleſiarum Collegiatarum, Monaſteriorum, Paraeciarum et Beneficiorum in dioeceſi Auguſtana extantium. in fol. pag.* 62.

X. *Proprium Feſtorum, quae in Monaſterio Anhuſano celebrantur, ab eodem conſcriptum, in* 8. *pag.* 63 - 66.

XI. Iulii Nigronii S. *I. Tractatus aſcetici ab eodem in compendium redacti. in 4to. p.* 66.

XII. Stengelii *Commentarius rerum Auguſtanarum. in 4to. pag.* 67 - 69.

XIII. *Eiusdem Monaſteriologia. in 4to. pag.* 69.

XIV. *Necrologium ab eodem conſcriptum. in 4to. pag.* 70.

XV. *Catalogus Abbatum Monaſterii SS.* Vdal. *et* Afrae *Chronologicus ab eo compoſitus. in 4to. pag.* 70 - 73.

XVI. *Eiusdem Beſchreibung vnd Abriſs einiger Klöſter vom Orden des Heiligen* Benedicts *in Deutſchland. in fol. pag.* 73.

XVII. *Origo Monaſterii Anhuſani et priuilegiorum conceſſio, et confirmatio, aliaque documenta ad idem ſpectantia. in 4to. p.* 15.

IN ADPENDICE.

I. *Acta publica Wirtenbergiae Hiſtoriam Seculi decimi Sexti illuſtrantia ex* Sendero *excerpta. pag.* 79.

II. *Annales Monaſterii Anhuſani a* Friderico Plank *conſcripti pag.* 127.

III. *Documenta idem Monaſterium concernentia ex* Caroli Stengelii *ſcriptis deſumta. pag.* 141.

NOTITIA
HISTORICO-LITERARIA
CODICVM MANVSCRIPTORVM
IN
BIBLIOTHECA
LIBERI ET IMPERIALIS MONASTERII AD SS. VDALRICVM ET AFRAM AVGVSTAE ADSERVATORVM.

I.

Clementis *Sender* Monachi San-Vlricani Chronographia Vol. XII. in 4. Codex charteaceus.

De Sendero *noſtro*, *eiusque diuerſis ingenii monumentis iam ante me D.* Franciſcus Antonius VEITH, *Vir ſano iudicio*, *ſummaque eruditione inſignis*, *ac praecipue de viris doctrina praeclaris*, *quos Auguſta vel peperit*, *vel aluit*, *obliuioni ereptis optime meritus*, *in ſexto* Bibliothecae Auguſtanae *Alphabeto pag.* 161. *multa diſſeruit*, *commeritisque autorem condecorauit laudibus. Cum tamen iuxta inſtitutum ſuum ſuccinctam admodum notitiam de praeſenti opere nobis ſubminiſtrauit*, *prolixiorem*, *paucis de Autoris vitae circumſtantiis antea prolatis*, *vt partes meas adimpleam*, *ob oculos ponam.*

Natus eſt Clemens *noſter anno reparatae ſalutis M.CCCCLXXV. in die S.* Clementi *ſacro Lauingae*, *parentibus* Caſparo Sender *et* Walburga Reychenbeckin *ex Aiſlingen* (*a*) *haud ignobilibus* (*b*). *Curriculo ſtudiorum abſoluto*, *feria VI.*, *feſtum S.* Bartholomaei *ſubſequente*, *anno aetatis viceſimo primo nondum expleto*, *Chriſti vero* 1496. Conrado Moerlin *clauum noſtri monaſterii tenente*, *ſacrum ordinem amplexus*, *in vigilia Sanctorum omnium monaſticum induit habitum*, *eodemque die anno* 1497. *ſolemnibus votis ſe totum Deo mancipauit* (*c*). *Anno* 1501 *ſacro Presbyteratus ordine initiatus*, *in feſto Epiphaniae Domini primum Miſſae Sacrificium ſupremo rerum Domino litauit* (*d*). *Deo itaque et religioni* Clemens *noſter additus*, *ſciens*, otioſitatem inimicam eſſe animae (*e*) nihilque miſerabilius ſacerdote indocto, *tempus a ſacris occupationibus vacuum*, *confratrum ſuorum exemplo excitatus*, *ſtudiis philoſophicis*, *iuris prudentiae diſciplinis*, *ac rethoricae ſacrae ſe impendit*, *iisque vsque ad an-*

(a) Autor Vol. 6. fol. 157. ita ſcribit: *Eodem anno - 1475 - in die S. Clementis*, *qui illo anno in Sabbato euenit*, *hora ſexta de mane ego fr. Clemens Sender autor et Scriptor huius libri ac aliorum ab initio mundi ex patre Caſpar Sender et matre Walburga Reychenbekin ex Aiſlingen in Lauingen natus fui.*

(b) Patet ex eo, quod patrem ſuum ſaepius *Diaetis et tractationibus Principum interfuiſſe* ad finem Vol. V. enarret.

(c) Vol. VII. fol. 23. legitur: *Eodem anno - 1496 - feria ſexta poſt Bartholomei hora decima ante prandium Ego fr. Clemens Sender de Laugingen autor et ſcriptor huius libri et aliorum*, *intraui religionem huius monaſterii: Et in vigilia omnium Sanctorum habitu nouitiorum indutus fui. Eadem die anno reuoluto feci profeſſionem.*

(d) Vol. eod. fol. 73. *Anno domini 1501. in die Epiphanie ego primitias meas celebraui.*

(e) Reg. S. Bened. c. 48.

annum 1523. *occupatus erat, quo tandem ſtudio hiſtoriae tam literariae, quam eccleſiaſticae et profanae maximam nauauit operam, vti praeſens Chronographiae opus, ſtilo quidem ſimplici, ac barbaro, ſed ſincero admodum conſcriptum, ſatis demonſtrat. Vixit adhuc anno* 1536, *quo Chronicon Auguſtanum idiomate germanico ſcriptum, et ex opere ſuo Chronographico exceptum,* Hieronymo Fugger (*f*) *dedicabat. Iſto elapſo, nihil de viro iſto tam virtute, quam eruditione celeberrimo adſignatum inuenitur. Naturae debitum XVI. Calend. Februarii perſoluit: quo anno, Necrologia non adnotatum habent.*

(f) Veith *Alphab. VI. Bibl. Aug.* p. 163.

Volumen primum 316. foliis conſtat: praemiſſam habet *praefationem*, ſubnexum vero operis *indicem*. Praefatio ſequentis eſt tenoris:

„ Cogitaui ſepe mecum, quenam momentanee vite bona, ſolitam preſtarent beatitu-„ dinem, que nullo temporis ſitu oblitterari, nulla locorum intercapedine exoleſcere poſſint, „ aut que longiſſima exuperent ſecula. Verum tandem non protrita rerum experientia com-„ peri ea demum bona immortalia fore, que animi dicuntur, quibus rite paratis, reli-„ qua, bulle inſtar, eſſe perſpicimus. Quid enim his perpetuitatis eſſe poteſt, quibus bre-„ uiculum diecule-tempus omnia aufert, et ita vt nihil hic reliqui fuiſſe quis contendat. „ Quodſi complurium authorum teſtimonio vti placeret, innumeris eorumdem exemplis „ verum eſſe reſponderem. Quot enim imperia, quot vrbes, quot regna, que mobilis for-„ tune nutu, propagata, euerſa videmus. Nullum ſaluat genus et ſpecies, nec valet au-„ ri congeries, aut regalis dignitas, vel artium profunditas, corporis quantitas, ſeu falſi „ deorum diuinitas. Tranſit enim rerum materia, vt liqueſcit a ſole glacies, nihilque profec-„ to rerum humanarum diuturnum. Nam ſeuo omnia ſubſunt fato, et nihil non vanum „ rebus in humanis ineſt. Cum autem omnia, quecunque ſcripta ſunt, ad noſtram doc-„ trinam ſcripta ſint, vt otioſitatem, que eſt inimica anime, effugarem, facta temporum „ ab initio mundi annotare decreui. Hoc autem ſcire conuenit in preſenti, quid refert, inter „ hyſtoriographum et Cronographum, quia illius eſt maxime rerum geſtarum hyſtoriam et „ ordinem ad plenum per ſingula conſcribere. Iſtius vero tempora principaliter connota-„ re, et ſuccincte tranſcurrere memoriam ac hyſtoriam rei geſte. Cronographiam igitur non „ hyſtoriographiam in ſequentibus proſequendo Ego frater Clemens ſunder cenobita almi „ preſulis ſancti Vdalrici ex Laugingen oriundus, meum aſſumpſi exordium a ſancta et in-„ diuidua trinitate quomodo trinam machinam ex nihilo creauit, et microcoſmum cum to-„ ta poſteritate tanquam principem omnium, que creauerat, ordinauit. Sed heu homo „ cum in honore eſſet, non intellexit, ſeductus eſt. Vnde quomodo ſe genus humanum „ poſt huiusmodi lapſum habuit, vsque ad tempus aduentus Chriſti quam breuiſſime in „ hoc libello annotaui, prout lectori patebit."

Deinde incipit *Hiſtoria*, multis fabellis, abſurdis poetarum figmentis, Sybillarumque deliriis referta. Viros quoque doctrina illuſtres, ſub *Auguſti* imperio florentes, enarrare haud omiſit. In fine ſequentia leguntur ſubnexa: *Ad laudem et gloriam omnipotentis Dei et Domini noſtri Jeſu Chriſti, ac glorioſe virginis Marie matris eius, necnon patris noſtri ſancti Benedicti, atque patronorum noſtrorum Vdalrici et Afre, ac totius curie celeſtis, liber iſte collectus et conſcriptus eſt per me fratrem Clementem ſunder de Laugingen conuentualem profeſſum monaſterii Sanctorum Vdalrici et Afre Auguſte finemque accepit anno etatis mee* 47. *In vigilia aſcenſionis Domini. Anno ab incarnatione Chriſti* 1523.

Volumen ſecundum 246. foliis comprehenditur. Praemiſſis quibusdam de eccleſiaſtica Hierarchia, ac de romano imperio, eiusque Electoribus, ac praecipuis eiusdem ſtatibus, inci-

incipit hiſtoria a *Chriſti* natiuitate, vsque ad *Conſtantinum Magnum*, et ad annum trecenteſimum vndecimum vsque ſeſe extendit. Quam plurima, quae tam ſacrae quam profanae hiſtoriae veritatem, ac chronologiam offendunt, in hoc volumine inueniuntur. Adiecit Autor, qui opus iſtud anno aetatis ſuae 48. Chriſti vero 1524. compleuit, alphabeticum rerum indicem.

Volumen tertium, foliis 296. contentum, res ab anno 311 vsque ad annum 565, ſeu ab exordio imperii *Conſtantini* magni, vsque ad *Juſtiniani* mortem geſtas complectitur. Criſin eamdem hoc opus, quam ſuperiora, meretur. Materiarum index iſti ſubnexus haud habetur.

Volumen quartum, quod hiſtoriam ab anno 565 vsque ad annum 1314. exponit, aut incuria, aut temporum iniuria, aut ex reſtitutionis defectu (*a*) amiſſum, merito deploratur (*b*).

(*a*) Videtur mihi id veriſimilius eſſe, in *monumentis antiquis Judaicis Aug, Vind, repertis &c.* a *Mathia Frid. Beckio* an 1686. editis p. 19. legitur. *Annales MSS. Clementis Senderi, quos inſtructiſſima Bibl. Spizeliana ſubminiſtrauit, atque Gaſſari primum Judaeorum iniiciunt mentionem ad an* 1290. Haec verba, *Spizelium* tomo iſto vſum fuiſſe, clare demonſtrant; aſt illum iterum ab iſto fuiſſe reſtitutum, exploratum non habetur. Itaque virum illum, in cuius manus forſitan venerit, obſecro atque obteſtor vt defectum, alias haud reparabilem, ſupplere dignetur, pro quo gratioſo beneficio me non ingratum fore, haud dubitare poteſt.

(*b*) *Bernardus Pezius* in *diſſert. iſagog. ad Tom I. Theſ. Anecdot.* quintum volumen periiſſe errore ſeductus ſcribit.

Volumen quintum ab anno 1315. vsque ad annum 1439. extenditur. Conſtat 254 foliis. In eius fine ſequentia notatu digna leguntur: *Qua de cauſſa dux Georgius pie memorie dum generum ſuum Rupertum palatinum heredem ſui principatus inſtituit, pretendebat, quod ducatus ſuperioris Bauarie ad eum non peruenerat more hereditario, ſed per modum emptionis, quare licite poſſit eundem ducatum vendere ſeu ex teſtamento delegare ſecundum beneplacitum ſuum. Que res ſepius in dietis tractata et ventilata eſt, vt audiui a patre meo, qui ſepius huiusmodi dietis et tractatibus interſuit, et demum centenarius 22. die May qui fuit dies ſancti Romani feria 6. ante feſtum Pentecoſtes circa horam 7. noctis anno 1523. cuius anima requieſcat in ſancta pace Amen.*

Quanam attentione ea, quae hic narrantur, digna ſint, quaue polleant autoritate, cuilibet eruditorum ex hisce verbis clareſcit. Itaque vt quilibet in hoc volumine contenta ſciat, rerum indicem, vt in ſequentibus quoque faciam, potiſſimum exſcribam.

Index.

Abbencellenſes a monaſterio S. *Galli* defecerunt, et poſtea vrbs S. Galli. Cum Suitenſibus et Glariſſis foedus iniere. Quosdam Archiducis Auſtriae nobiles occiderunt. Marchiam eiusdem Ducis inuaſere, aliaque quam plurima damna eidem intulere. Deſtruxerunt arces Montfort et Roſtres &c. Brigantium obſederunt. Omnes ruſtici ſeiisdem adiungere voluere. Omnes eorum interfecti ſunt.

Alberti Auſtriae Archiducis pugna cum Heluetiis. Vnacum Imperatore *Carolo* IV. et multis Germaniae Principibus et ciuitatibus Tigurinum obſedit. Eiusdem obitus.

Albertus Auſtriae Archidux, et Romanorum Rex *Sigiſmundi* Imperatoris filiam vnicam et haeredem in vxorem duxit. Judaeos omnes, ad religionem catholicam ſe convertere nolentes, occidit. In Bohemiae, Vn-

gariae ac Romanorum regem eligitur. Cum Poloniae rege bellum geſſit.

Albertus Brixianus Autor ſummae de Caſibus.

Alexander V. S. P. confirmat *Ludouicum* Andegauiae Ducem regem Siciliae.

Angliae rex *Eduardus* regni ſui principes conuocat. Ad Franciae regem peruenit. Romani imperii per Germaniam Vicarius conſtituitur. Prohibuit, cum cuiusdam Cardinalis creationem impetrare non potuit, ne quis in regno ſuo apoſtolicas literas promulgaret, aut exequeretur. Varios tractatus cum Franciae rege iniit. Francorum regem vicit, caeſis de vtroque exercitu multis principibus. Eiusdem internecio, et principum Angliae ſeditio.

Apuliae Rex *Andreas* vnacum vxore ſua in lecto occiſus eſt.

Apuliae regina *Joanna* Auenionem vrbem *Clementi* Papae vendidit, *Ludouicum* Andegauenſem, Gallorum regis filium adoptauit in filium, et demum interfecta eſt. *Apuliae* rex Dux Brunswicenſis *Otto* captus, et vxor eius *Joanna* necata eſt. E carcere liberatus iterum in regnum ſuum reuerſus eſt.

Apuliae Rex *Ladislaus* ex veneno obiit. Eiusdem ſoror *Alphonſum* regem Aragoniae in filium adoptauit, et iterum ob ingratitudinis vitium adoptionem annihilans, *Ludouicum* Andegauiae ducis filium eidem ſubſtituit.

Aragoniae regis *Alphonſi* origo. Idem rex vnacum duobus fratribus et multis principibus a Genuenſibus in bello captus, a Duce Mediolanenſi e captiuitate ereptus eſt. Regnum Apuliae occupare operam nauauit.

Auguſtae Vindelicae incendium magnam vrbis partem, et coenobium SS. Vdalrici et Afrae conſumſit. Ciuis quidam nomine *Portner* cum Judaeis doloſe agens punitus fuit. A Senatu ſuburbium iuxta S. Seruatium deſtruitur. Auguſtenſis Senatus per Epiſcopum *Marquardum* Bauariae ducibus reconciliatus fuit. Auguſtenſes obtinuere caſtrum Brenz. Judaei ſunt occiſi. Auguſtenſes deſtruxerunt caſtra Mindelburg et Fillenbach. Contra decretum Caeſaris Judaeos iuramento adſtrinxere, ne extra vrbem irent, aut bona illorum aliunde transmitterent. Auguſtae eccleſiae Cathedralis fabrica incepta eſt. Xenodochium S. *Jacobi* fundatur et conſtruitur. Suburbium S. Jacobi incendio conſumtum eſt. Peſtilentia ingentem parauit ſtragem. Senatus a Capitulo cathedrali 1208. lib. ſub annuo cenſu mutuum accepit. Tribuni plebis ſunt introducti. Tributum fuit mutatum ac minoratum. *Jacobus Bittrich* armata manu quosdam ciues carceri incluſos liberauit, quosdam vero peremit. Electi ſunt ſeptem ciues, quibus in re bellica omnes obedire debebant. Exercitus dux electus eſt *Fridericus* Dux de *Teck*. Auguſtenſes quaedam Bauariae oppida deſtruxere. Omnes Judaeos in carcerem detruſerunt, et multo aere multauerunt. *Wenceslai* Imperatoris legatis iuramentum praeſtiterunt. Senatus *Hartmanno Onſorg* vrbis ingreſſum interdixit. Suburbium S. Jacobi foſſa circumdatum erat. Senatui Monaſterium SS. Vdal. et Afrae 100. florenos annuatim tributum ſoluit, quod et reliquus clerus fecit. Contra phraeneſin habita eſt generalis proceſſio. Peſtilentia graſſabatur. Auguſtenſes Epiſcopi Auguſtani plura oppida combuſſere. Clerum ſibi reconciliauerunt. Omnes Judaeos in captiuitatem redegerunt. Senatus ad debita delenda moleſtum ciuibus tributum impoſuit. Imperiales ciuitates armata manu Bauariam vaſtarunt, 43. ciues Monacenſes occiderunt, et 16. captiuos Auguſtam duxerunt. Incenderunt Oberdorff, Ellingen, Dorensberg, aliaque oppida. Auguſtenſes, eoquod Epiſcopus vini Tyrollenſis, et merçium liberam interdixerit exportationem, eius aulam, Praepoſiti ac Decani habitationes ſolo aequarunt. Mühlhauſen et adiacentia oppida igne depopulati ſunt. Domus textorum emta, ac macellum conſtructum eſt. Auguſtenſes a *Stephano* Bauariae Duce 10000, et ab Epiſcopo Auguſtenſi *Burchardo* 7000. florenis pacem emerunt. Auguſtae noua tributa impoſita, vectigalia vero reuocata ſunt. Peſtilentia magnam hominum copiam abſumſit. Haere-

ſis

ſis rei tam igne quam aliis modis multati ſunt. Auguſtenſes cum Epiſcopo Auguſtano *Burchardo*, et Ducibus Bauariae foedus iniere. Pecunias a clero et ciuibus ablatas in *Zinslechen* mutarunt. Bauari Ducis ope Caſtrum Wellenburg vaſtarunt. Maximam ſeditionem ob vectigalia impoſita mouere. Publico edicto a *Wenceslao* Rom. Rege imperiali banno ſubiecti ſunt. Auguſtae ignis magnam vrbis partem deuaſtauit. Calceatorum domus conſtruitur. Peſtis graſſabatur. Prima ſteura ſoluta ſcriptis mandata eſt, et vectigalia vini aucta. Iuxta S. *Stephanum* et S *Georgium* foſſa circumducta eſt. Propugnaculum, vulgo *Zwinger*, conſtructum. Grando et peſtis in gentem egerunt ſtragem. Capti ſunt quatuor ſacerdotes Sodomiae rei. *Geſwinus Marſchalck* et *Dietricus Hechſenacker* duellarunt. Fundatum fuit S. *Antonii* Xenodochium. Auguſtenſes 600. viros armatos *Sigiſmundo* Imp. contra *Fridericum* Auſtriae Ducem miſerunt. Auguſtae magiſter ciuium *Ludovicus Herlin* perpetuo exilio multatus eſt. Plateae iuxta S. *Annam* lapidibus ſtratae ſunt. Frumenta vili vendebantur, pretio, et deinde caro admodum emebantur, eoquod Bauariae Duces eorum exportationem prohibuiſſent, ob quam cauſam apud Imperatorem conqueſti ſunt. *Sigiſmundus* Imp. Epiſcopo, Senatu ac populo obuiam euntibus vrbem intrauit. Idem ad 32. annos platearum telonium confirmauit. Vili pretio frumentum vendebatur. Monaſterium Harbruck igne conſumtum eſt. Magiſter ciuium occiditur. Societas ſagittariorum. Plebanus S. *Stephani* gladio perfoditur. Vinum et Frumentum vili pretio vendebantur. *Nicolaus Gayrhofs* haereditatis cauſa vxoris ſuae ſororem occidit. Stipendiarii in Bohemiam contra Huſſitas mittuntur. Quidam viuus ob virginis deflorationem in terram defoſſus eſt. Stipendium tam a clero quam a laicis ad Huſſitarum bellum gerendum datum eſt. Chorearum domus conſtruitur. Ante S. *Jacobi* portam foſſa ducta eſt. Sclopetorum exploſio introducta eſt Turris, vulgo *Lüginsland*, aedificatur. Ob hyemis aſperitatem moli haud potuit. Sagittariorum Societas confluxit. Judaei croceos circulos in veſtibus geſtare coacti ſunt. Juuenis quidam aegrotum ſe ſimulans, iacens in lecto, et eleemoſinam colligens, dolo detecto, in patibulo ſuſpenſus fuit. *Sebaſtianus* de *Laub* hoſtis captus fuit. Frumentum magno emebatur pretio. Ciuis quidam ob virginis cuiusdam violentam oppreſſionem perpetuo carcere multatus eſt. In loco, vulgo *Fronhoff*, armata manu contra canonicorum voluntatem inſignia vrbis Auguſtenſis erecta ſunt. Peſtis graſſabatur. 170. pedites Werdeam miſſi ſunt. Extranei macellarii bis in hebdomade carnes vendere potuerunt. Pater quidam cum ſeptem filiis ſuſpenſus eſt. Ciuium magiſtri ſunt depoſiti. Tributa impoſita ſunt. Haſtiludium principum fuit habitum. Magiſter ciuium in exilium miſſus eſt. Valua de turri Perlach cadens virum interemit. Incendium excitatum eſt.

Auguſtenſis Epiſcopus *Fridericus Spet*. Epiſcopus *Cuno*. *Vdalricus* et *Henricus* de *Scheneck* Epiſcopi. *Marquardus*, *Waltherus* de *Hochſchlitz*, *Joannes Schadlang*, *Eberhardus* de *Ellerbach* Epiſcopi. Legatus S. R. E. Auguſtam intrauit, cui Epiſcopus et Clerus, coacti a Papa, alimenta praeſtitere. *Eberhardus* Comes de *Kirchberg* Epiſcopus eligitur. Inter *Anſelmum* de *Nenningen* ſummum Cuſtodem et Auguſtenſes diſcordiae exortae ſunt. *Anſelmus* in Epiſcopum electus, illi, Senatu procurante, a *Sigiſmundo* Imp. oppoſitus eſt *Fridericus Graffeneck*. *Anſelmus* vrbem Dilinganam oppignorauit. Auguſtenſes *Anſelmum* Epiſcopum repudiantes interdicto multati ſunt. Pſeudoepiſcopus *Fridericus* Auguſtam veniens, ſedem epiſcopalem occupat, et ſolemnem habuit proceſſionem. Relicto epiſcopatu ad Abbatiam ſuam rediit. *Anſelmus* ad curiam citatur, et Auguſtenſes ab excommunicatione abſoluuntur, quod in tota dioeceſi fuit de cathedra proclamatum. Clerus Auguſtenſis, Laugingae commorans a ſenatu reuocatur. *Anſelmus* et Senatus cauſam ſuam ad curiam Romanam deuoluentes, ſummi Pontificis iudicio ſeſe ſubmiſere. Oratores Ro-

mam miſſi ſunt. Canonici eccleſiae Cathedralis in capitulo in ſeditionem moti ſeipſos vulnerauerunt. S. *Georgii* Praepoſitus Vicarius a Papa renuntiatur. *Anſelmus Lindae* presbyter eſt ordinatus. Interdictum 14. diebus durauit. Praepoſitus S. *Georgii* et Senatus ab *Anſelmo* Herbipolim citati ſunt. *Anſelmus* et Senatus ad curiam a Papa vocati ſunt. *Anſelmo* ab epiſcopatu amoto *Petrus* de *Schaumberg* a Papa ſubſtitutus eſt. *Petrus* Monaſterium Eluacenſe in Canonicorum collegium transtulit, ac aſceterium Fuldenbacenſe ab ordine alienauit.

Auſtriae Duces cum Heluetiis foedus inierunt. *Leopoldus* Dux Veldkirchium, et Bludenzium emit, Heluetios a telonio in Rappolswil exemit.. Lucernenſes pacem violantes, eidem multa intulere damna, et plures ciuitates ab eius domino abſtraxere. Ipſe in Heluetico bello vnacum multis principibus occubuit. Eiusdem Belliduces multa oppida Heluetiorum incenderunt. Belli induciae inter vtramque partem ſancitae ſunt.

Auſtriae Dux *Wilhelmus* a Poloniae Regina repudiatus, Neapolitani Regis filiam vxorem duxit.

Auſtriae Dux *Fridericus* pluribus dominiis fuit in Conſtantienſi conſilio orbatus. Ab Imperatore iterum in gratiam receptus. Eidem multae ciuitates et comitatus adhaeſere. Obiit Atheſi, multas opes filio ſuo *Sigiſmundo* relinquens.

Bauariae Dux *Ludouicus* S. R. I. Imperator eligitur, cui a quibusdam *Fridericus* Auſtriae Dux oppoſitus eſt. Eiusdem coronatio. Bellum cum *Friderico* gerens, eumdem victum, vinctum abduxit. Eumdem iterum liberum ea conditione dimiſit, vt nullus Ducum Auſtriae ſibi vlterius contra Bauariae Duces imperium vindicare praeſumat. Aſt ipſi mox fidem violarunt. *Ludouicus* a *Joanne* XXII. excommunicatur. Romae in Rom. Regem coronatus, in Germaniam reuertitur. Monaſterium Ettalenſe fundauit. Fratrem ſuum *Rudolphum* principatu ſuo orbauit. Iſto in Auſtria mortuo, tres eius filios reuocans omniaque eis reſtituens, verum patrem ſe iisdem exhibuit. Praecipuus aſceterii SS. Vd. et Afrae protector colitur. Quibus inſtigationibus excommunicatus ſit. Duces Mediolenſes carceri tradidit. *Friderico* Auſtriae Duci e captiuitate dimiſſo in amicitiae monumentum filiam ſuam in vxorem dedit. Marchionatum Burgouienſem obſedit. A Romanis, *Joanne* Papa ad curiam redire renuente, Romam vocatur. Rediit iterum in Germaniam. Cum *Othone* Auſtriae Duce reconciliatur. Colloquium cum Imperii principibus Norimbergae habuit. Rex Bohemiae Ducatum Carinthiae Duci Auſtriae concedens, et filio ſuo denegans in Imperatoris offenſionem incurrit. Filio ſuo comitatum Tyrollenſem committit. Oratores ad Papam pro abſolutione mittit, iisque redeuntibus, colloquium Spirae habuit. Regem Angliae Rom. Imperii vicarium conſtituit: cum Rege Franciae pacem iniit. Comitia Francofurdiae indixit. Ad Franciae Regem ſcripſit, vt Papae reconciliaretur. A ſummo Pontifice execratur. *Carolo* IV. in Romanorum regem electo, multi principes et ciuitates eidem adhaeſerunt. Veneno ab Auſtriae Duciſſa porrecto mortem oppetiit.

Bauariae Ducum Genealogia. Duces marchionatum Brandenburgenſem obtinent. Dux *Ludouicus* et Brandenburgenſis elector *Carolo* Imp. lanceam, clauos et partem S. crucis aliaque inſignia dono dedit. Idem Marchiam Brandenburgenſem Imperatori vendidit. *Menhardus* Dux comitatum Tyrollenſem ob *Maulteſch* matrem ſuam inceſtuoſiſſimam patruelibus ſuis tradidit. Dux *Stephanus Carolo* Imp. et Bohemis multa damna intulit. Vlmenſibus et aliis ciuitatibus bellum indixit. Monaſterii SS. Vdal. et Afrae in ſe ſuſcepit defenſionem. Eiusdem ſaluus conductus fuit Auguſtae offenſus. Duces Bauariae Monachium oppugnarunt. Dux *Fridericus* Archiepiſcopum Saliſburgenſem in cuſtodiam tradidit. Dux *Stephanus* ſex ciues Auguſtenſes in vincula coniecit. In vico, vulgo *Straſs* omnes villas igne comſumſit. Alia oppida Auguſtae adiacentes incendio deuaſtauit. Bauari Auguſtenſibus praedam eripuere. Dux

Ludoui-

Ludouicus in haſtiludio fuit perfoſſus. *Stephanus* florentinis opem tulit. Jubilaei gratiam impetrauit. Dux *Fridericus* Pragae ex veneno obiit. *Ludouicus* theſaurum et apoſtolos ex auro fuſos ex Gallia in Bauariam retulit, ac vrbes, oppida, et arces in Sueuia oppignoratas redemit. Bauariae Duces inter ſeipſos diſcordes, comitia Auguſtae habuere. *Henrico* Duci Landishutani mortem inferre voluerunt. *Henricus* et *Ludouicus* Duces Conſtantiae tempore concilii ſe inuicem vulnerarunt. Duces Monacenſes Friedbergam occupantes, eiusdem ciues in exilium pellebant. *Albertus* Dux *Agnetem* filiam ciuis Auguſtenſis deperiit, quam *Erneſtus* Dux in Danubio ſubmergi fecit. *Ludouicus Fridericum* Comitem de Oettingen in vincula coniecit. *Ludouicus ſtrumoſus* patrem ſuum impugnauit, ac in cuſtodiam dedit. Iſte, filio mortuo, a Marchione Brandenburgenſi Anſpachium captiuus ductus eſt; Deinde *Henrico* Duci traditus, Burghuſium ductus, ibidem etiam in captiuitate obiit.

Baldus ICtus, *Angelus* eius frater. *Bartholomaeus* Montagnanus, *Bartholomaeus* Piſanus, de *Saliceto*, et de *Vrbino*, viri doctrina inſignes.

Baſileenſe Concilium.

Belgae Bragmannos ſubiecere.

Benedictus Summus Pontifex honeſtus.

Benedictini Ordinis viri ſanctitate ac doctrina celebres.

Bernardus Abbas Caſſinenſis eruditione clarus.

Blondus Flauius Hiſtoricus.

Bohemi ob *Joannem Huſſum* flamis exuſtum inſaniere. Ad *Sigiſmundum* Imp. conuenuerunt. Omnia Sacramenta adminiſtrabant laici, mulieres quoque praedicabant. Noua haereſis pullulauit. Huſſitae Norimbergenſibus et Bambergenſibus multa damna intulere. Vltra 5000. Saxones ac vltra 4000. Auſtrales interfecerunt. Oppugnarunt Hungariam, Auſtriam et Sileſiam. Multos de Imperatoris exercitu occidere. Ad concilium Baſileenſe venientes, quatuor articulos porrigebant. Ducem, qui regnum per annum adminiſtaret, elegerunt. Thaboritae in horrea incluſi igne deuorati ſunt. Communionem ſub vtraque ſpecie ſumere illis conceſſum eſt. Ab excommunicatione abſoluuntur. Monachos et Sacerdotes reuocarunt. *Ziſcha* haereticus Pragae eccleſias et monaſteria vaſtauit. Eiusdem mors. Germaniae Principes armata manu Bohemiam intrauerunt. *Rochozana* Haereticus contra Monachos ſermones dixit. Pragenſes omnes Judaeos occiderunt.

Bonauentura Patauinus Ord. Praedic. doctrina inſignis.

Bonifacius Papa ſimoniae reus, familiam ſuam multis ditauit opibus.

Brandenburgenſium Marchionum Genealogia. Brandenburgenſis Marchionatus.

Volcmaro defuncto, ad *Ludouicum* Bauariae Ducem peruenit. Brandenburgenſes Marchiones a *Sigiſmundo* Caeſare ex Burggrauiis Norimbergenſibus, ſicut antea a *Rudolpho* Imp. ex Comitibus de *Zolern*, deſumti ſunt.

S. *Brigittae* vita, et ordinis S. Saluatoris inſtitutio.

Brixia vrbs in Venetorum poteſtatem peruenit.

Burgundiae Dux *Philippus* nuptias celebrauit.

Burkardus de Schellenberg Auguſtam ad celebrandas nuptias proficiſcens a *Joanne* de Villenbach interemtus eſt.

Caroli Regis Bohemiae electionem in Romanorum Regem *Clemens* Papa adprobauit. Fuit vir bonus et iuſtus. Electoribus omnia vectigalia imperialia in eorum ditionibus condonauit. Haud exigua imperii pars, mortuo *Ludouico*, eum vt Imperatorem agnouit, ac ſe ſubiecit, alia recuſante. Eiusdem electio a quibusdam electoribus reprobata fuit. Oppignorauit Epiſcopo Auguſtano Monaſterium Ottenbeuren et Bobingen. Ad eumdem in Comitiis Wormatienſibus Graecorum Imperator cum muneribus venit. Ducem Auſtriae cum Heluetiis reconciliare nequiuit. Romae fuit corona-

coronatus. Quomodo in diaeta Moguntinenſi erga legatum, et canonicum *Cunonem* de Falckenſtein ſe geſſerit. Pragae Gymnaſium erexit, idemque ingreſſus, diſputationi adfuit. Comitibus de Wirtemberg infenſus fuit. Principibus electoribus tributa remittendo, ac diuerſa imperii oppida attribuendo, pro filio ſuo *Wenceslao* Caeſaream dignitatem obtinuit. *Imperiales* ciuitates exactionibus aggrauauit. Iſtae vero eidem auxilium praeſtare renuere. De terrae S. recuperatione ſe excuſauit. Eiusdem mors, ac ſplendiſſimae exequiae.

Caſpar Schilck trium Imperatorum Cancellarius.

Clementis Papae VI. electio. *Ludouici* Imperatoris aduerſarius fuit.

Cleuenſis Comes tempore concilii Conſtantienſis a *Sigiſmundo* Dux renunciatus eſt.

Coloniae Carthuſianorum monaſterium fundatum eſt.

Conradus Winckler Abbas SS. *Vdal.* et *Afrae* Auguſtae eligitur.

Concilii Conſtantienſis hiſtoria.

Concilium Piſanum a *Gregorio* Papa celebratum.

Concilium Papiae a *Martino* Papa fuit inchoatum.

Coniunctiones planetarum quomodo varios effectus habeant.

Coſmae Medices geſta.

Delphinatum, quod ad Romanum imperium ſpectabat, Franciae Rex emit.

Dionyſius de Burgo doctrina celebris.

Duellum duo nobiles Monachii inierunt.

Ehingenſe oppidum Archidux Auſtriae a Comite de *Schelcklingen* emit.

Elwangenſis Abbatis *Alberti* Hegk dilapidatio bonorum: oppidi exuſtio. Abbatis *Sifridi* electio et induſtria. *Joannis* de Holzingen Abbatis electio.

Eugenii Papae IV. electio, diſſidium cum Columnenſibus, depoſitio per Concilium Baſileenſe. Eiusdem inſtigatione Delphinus Baſileam obſedit, vt concilium diſtraheret. Idem concilium Florentinum conuocauit.

Fames maxima fuit in Germania.

Felix Papa Baſileae electus eſt. Filiam ſuam Friderico Imperatori in matrimonium dare voluit.

Flagellatores in Germaniam venere.

Flandriae comiti defuncto *Philippus* Burgundiae Dux ſucceſſit.

Florentini cum Papa foedus inierunt.

Franciſcus Barbarus, *Maronis*, *Petrarcha*, et *Zarabella*, viri doctrina inſignes.

Francorum Rex *Philippus* multa bella infelicia contra Anglorum Regem geſſit, et tamen Viennenſem principatum emit. Eccleſiae libertatem vexauit. Promiſit *Ludouico* Imp. ſe cum Papa eum reconciliare. Ab Anglorum Rege vincitur. Eo defuncto, filius eius *Joannes* regni habenas accepit. Iſte a Rege Angliae vnacum filio ſuo captus eſt. Tributum ſalis conſtituit. Procurauit, vt duodecim Cardinales crearentur. Quatuor genuit filios. Filio ſuo *Philippo*, *Caroli* V. proauo, Burgundiam committit. Filiorum numerus. Multis bellis minime proſpere geſtis, in captiuitate obiit. *Carolus* Rex obiit, duos relinquens filios. Franciae Rex qua ex cauſa ſibi Mediolanenſem ducatum adſcribat. *Ludouicus* regis frater in Apuliae regem coronatus, armata manu regnum occupat, demum ex veneno obiit. *Carolus* Rex *Stephani* Ducis Bauariae filiam vxorem duxit. Phreneſi laborans ſanatur. Regis nepos Andegauiae Dux exercitum in Apuliam miſit. Franci ab Anglis victi ſunt. Francia ab Anglis deuaſtatur, ac haud exiguo moerore affligitur. Rex a quadam puella modum Anglos debellandi edocetur.

Friburgenſes Auſtriae ſeſe ſubiiciunt. a Bernenſibus praedam reportauere.

Fridericus de Gumeringen Abbas Monaſterii SS. *Vdal.* et *Afrae* eligitur.

Fridericus Spet, literis confirmatis, protectionem Monaſterii Fuldenbacenſis in ſe ſuſcepit.

Galea-

Galeatus Malateſta apud Ariminum Bellidux conſtituitur.

Gandegauenſes et *Brugenſes* bella ſibi inuicem indixerunt.

Gentilis Medicus: *Gergerdus* Theologus, viri eruditione clari.

Giengenſe oppidum ad imperium peruenit. Diluuio deuaſtatur.

Gonzagorum principum origo.

Gregorius Papa XI. eligitur. Decretum pro Schiſmate tollendo. Ad *Benedictum* Antipapam, et ad *Rupertum* Imp. ſcripſit. Colloquium cum *Benedicto* in tuto loco habere voluit.

Gregorius Trapezuntinus, et *Guarinus* Veronenſis, viri eruditione celebres.

Guntherus Comes de Schwarzenberg ſimul cum Carolo IV. in Imperatorem electus, ex veneno moritur.

Hallenſes nobilium de Rechberg arces flammis combuſſerunt.

Heluetiorum foedus. Eorum bella contra Auſtriae Duces. Thermas Badenſes incenderunt. Multi eorum in Lombardia occiſi ſunt.

Henricus de Gabelbach, et *Henricus* Fries Monaſterii SS. *Vdal.* et *Afrae* Abbates.

Henricus de *Campo*, de *Haſſia*, et de *Vrmaria*, viri doctrina inſignes.

Herbipolenſis Epiſcopus, multis ciuibus occiſis, vrbem in poteſtatem redegit, eiusdemque muros deſtruxit.

Haeretici Werdeae et Wemdingae combuſti ſunt.

Huſſitarum origo, et errores. Huſſitae interemti a ſuis Sancti habiti ſunt.

Jacobus de Alta villa Germanus, *Jacobus* Toletanus doctrina inſignes.

Imperiales Ciuitates Comitatum Wirtenbergenſem, et Franconiam flammis depopulatae ſunt. Per Archiducem Auſtriae ad pacem reductae ſunt. Earum oratores Auguſtam venerunt. *Friderico* Archiduci Auſtriae bellum indixere.

Infirmitas generalis, vulgo *Pertzel*, graſſabatur.

Innocentius Papa VI. eligitur. Eiusdem prouerbium, et controuerſia cum Romanis.

Inundatio Goritiam deuaſtabat.

Joannes XXII. ſeipſum ſummum Pontificem conſtituit. Eius orationes ad *Sigiſmundum* Imp. Ad Conſtantienſe concilium venit: et clam receſſit. S. *Birgittam* in Sanctorum numerum retulit.

Joannes, *Andreas*, *Auriſpa*, *Calderini*, *Gerſon*, de *Imola*, *Madena* de monte villa Medicus, *Segonienſis*, *Tortellius*, *Teutonicus*, viri eruditione clari.

Joannes de *Fiſchach*, *Lauginger*, *Küſſinger*, et *Hochenſteiner* Abbates San-Vdalricani.

Joannes Galeatius primus Dux Mediolanenſis, patruum, et nepotem ſuum carceri mancipauit, et 29. ciuitates occupauit.

Jodocus Morauiae Marchio in Rom. Regem electus eſt.

Jordanus Theologia ſcientia clarus.

Jubilaei celebratio Romae.

Judaei ob vſuras condemnati ſunt, et Nerlingae, aliisque in ciuitatibus interfecti.

Kaufbura imperialis ciuitas oppugnatur.

Küburgenſis Comes Solituri multos occidit. Eidem Bernenſes Burgdorfium abſtulerunt.

Lacus iuxta Meranium, Atheſis fluuius incolis multa intulit damna.

Landsbergenſes Caſtrum Liechtenberg obſederunt.

Lapus iurisconſultus, et *Laurentius* Vallenſis viri doctrina celebres.

Lauingenſes *Vdalricum King* Auguſtenſem ob monetarum adulterationem in feruente aqua vitam finire fecerunt. Burgouium obſederunt.

Leodienſis Epiſcopus maximam inter ſuos fecit ſtragem.

Leonardus Aretinus, et *Leonardus Juſtinianus* viri eruditione inſignes.

Leproſi, Judaeorum inſtinctu, fontes venenauere.

Lituaniae Dux *Witoldus* a *Sigiſmundo* Caeſare regis titulum obtinuit. Lituaniae deſcriptio.

Licus flumen, et Locuſtae multa intulere damna.

Ludolphus Saxo, *Ludolphus* Bambergenſis, *Lupus* de OlIueto Hyſpanus, viri doctrina celebres.

Manfredorum et *Ordelaforum* principum origo.

Mapheus Phegius orator inſignis.

Marquardus de Haglen Abbas San-Vdalricanus.

Martinus V. eligitur et conſecratur. A Conſtantienſi concilio receſſit. *Alphonſum* Aragoniae regem ſibi hoſtem reddidit.

Marchio Mantuanus Marchioniſſam Brandeburgenſem ſponſam ſuam Auguſtae per ſuos accepit.

Mediolanenſis Dux *Joannes Galeatius* Papiae palatium, leproſorum xenodochium, et Carthuſiam conſtruxit. Ducatus titulum a *Wenceslao* Imp. impetrauit. Mediolanenſis Dux templum celeberrimum conſtruxit. Comitem Armeniacum cum multis aliis in bello occidit. Bononiam ſibi ſubiecit. Obiit. Dux *Joannes* Maria princeps multorum ſcelerum reus. Dux *Philippus* regnum obtinuit, et *Joannam* Apuliae reginam in regnum reduxit. Reges Hiſpaniae cum centum principibus captos, libere dimiſit. Bellum contra Venetos, Florentinos, et *Eugenium* Papam geſſit.

Moguntinenſis Archiepiſcopus *Henricus* de Vierenberg a Papa depoſitus eſt, eoquod Imperatori *Ludouico* adhaeſiſſet. Huic *Gerlacus* Comes de Naſſau ſubſtitutus.

Monachii ampliatio.

Nerisheimenſis Abbas Comiti de Oettingen certam librarum ſummam et conuentus Sigillum conceſſit. Monaſterium ab eodem fuit ſpoliatum, Abbas captus, ac deinde vnacum ſuis religioſis expulſus. Idem Abbas ab *Andrea Schenk* fuit captus. Monaſterium et oppidum flammis conſumta. Abbas et Conuentus iterum a Comitibus fuere ſpoliati et in exilium miſſi.

Nicolaus de Dinkelſpiel, de *Lyra*, *Gora*, *Eboicus*, *Germanus*, viri eruditione inſignes.

Nobiles Sueui Weiſſenhornii conuenientes foedus inter ſe fecere.

Norimbergae ob *Carolum* Imp. ſeditio fuit excitata. Eius ciues Neoburgum et ſexdecim villas depopulati ſunt. Burggrauius Marchio Brandenburgenſis creatus eſt.

Oberhuſa igne fuit deuaſtata.

Odericus vitae ſanctitate conſpicuus.

Oettingenſis Comes filiam *Alberti* Regis in matrimonium duxit. Oppignorauit aduocatiam Nerisheimenſis oppidi Abbati et Conuentui. Oettingenſes Comites pecuniam a Judaeis mutuo acceptam ſoluere renuere. Comes in venatione per ceruum fuit peremtus. Comites contra *Ludouicum* Bauarum foedus icerunt. Comes in obſidione arcis Greisbach interfectus eſt.

Ordinis Oliuetani, Hieronymitarum, Coeleſtinorum, et Congregationis *S. Juſtinae* origo.

Palatinus Comes caſtrum et oppidum Litzelſtein iure belli obtinuit. *Rupertus* Comes centum equites, et 42. viros ex illis captos in fornacem proiecit. In Rom. Regem electus, Italiam petiit. Filiorum numerus. Palatini et Bauariae Ducum conuerſatio in Conſtantienſi concilio.

Panormitanus Epiſcopus et doctor egregius laudatur.

Papales cenſurae maximarum tribulationum origo in Sueuia fuere.

Pariſiis duo ſtudioſorum millia occidebantur.

Paulus Florentinus, et *Paulus* Venetus viri doctrina clari.

Petri, *Apponus*, *Cameracenſis*, de *Anchorano*, *Paulus Vergius*, viri eruditione illuſtres.

Peſtilen-

Peſtilentia diuerſis temporibus graſſabatur.

Piſis in Florentinorum poteſtatem redacta eſt.

Poggius Florentinus Seculo XV. floruit.

Poloniae regnum haereditario iure *Ludouicus* Hungariae Rex obtinuit. *Vladislaus* victoriam a Germanis reportauit. Regni eiusdem deſcriptio.

Ragnerius legum doctor ſeculo XIV. floruit.

S. Rochi geſta.

Romanus Senator *Nicolaus* imperium in Romanos ſibi arrogauit. Romani Senatores occiderunt.

Rottenburgum obſidetur.

Schiſma ſaepius oritur.

Siccitas et *ariditas* tanta fuit, vt animalia paſcuis carerent.

Sigiſmundus Hungariae Rex plures pugnas haud proſpere iniuit. *Stephanum* Waiodam Walachiae ſeditioſum deuicit. Mortua vxore a proceribus captus, et libertate iterum donatus fuit. In Romanorum Regem eligitur. *Albertum* Auſtriae Ducem haeredem omnium dominiorum inſtituit. Vt eccleſiae pacem reſtitueret, Conſtantia Franciam, Angliam et Aragoniam petiit. Reuertitur ad concilium. *Huſſi* et *Hieronymi* Pragenſis incarcerationem haud aequo tulit animo. In Conſtantienſi concilio a *Martino* Papa Imperator confirmatus, a Cardinalibus Archiepiſcopis, caeteriſque Praelatis fidelitatis iuramenta excepit. Pragam obſedit. Turcas interemit. Romae ab *Eugenio* Papa coronatus eſt. Ad Baſileenſe concilium peruenit. Baſilea Auguſtam proficiſcitur, et in Monaſterio SS. *Vdal.* et *Afrae* diuertebat. Pragae ſummo fuit honore exceptus. In Bohemia ſacerdotes et religioſos ex regio fiſco aluit. Pragae in morbum incidit, et in Morauia e vita diſceſſit. Imperatore defuncto, eiusdem coniux in cuſtodiam data, inde iterum dimittitur.

Sultanus ſancti Sepulchri cuſtodiam fratribus Minoribus commiſit.

Tamerlanis Tartarorum Principis vita, et geſta. Tartarorum ciuitates primariae.

Terra Baſileae, et in Hiſpania ingenti motu contremuit.

Thomas de *Argentina* et de *Kempis* viri pietate et doctrina inſignes.

Torneamentum nobilium Eſlingae.

Turcarum origo. Eorum Imperator Baiezeta Thraciam, Macedoniam, Theſſaliam, ac Bulgariae partem ſibi ſubiiciens, multos Chriſtianorum occidit. Turcae Hungariam inuadentes a *Sigiſmundo* Imp. repulſi ſunt.

Turicenſes induciarum tempore Rappers wil inuaſere. Multi eorum occiſi ſunt.

Veneti Jaderam vrbem in Sclauonia emerunt. Veronam fraude obtinuere. Patauium ſibi ſubiecerunt.

Vincentius Ferrerius Catalanus Ord. Praedic. Alumnus, ſanctitate et doctrina celebris.

Vlmenſis et aliae 15. ciuitates fidelitatem *Wenceslao* Imp. praeſtare noluere. Monaſterium Elchingenſe, Brandenberg et Stein arces flammis deuaſtauerunt. Iuxta Mindelhemium multa damna praedando, et deuaſtando intulerunt. Comiti de Helfenſtein 15. villas incendio delerunt.

Vngariae Rex Venetos et Apuliae Reginam armis perſequebatur. Veneti perpetuo tributo pacem emerunt. Apuliam occupauit. Obiit duas relinquens filias, quarum vna Auſtriae Duci, ad quem Polonia dèuoluta eſt, altera *Sigiſmundo*, qui Hungariam obtinuit, nupſit. Hungarorum diſcordiae. Reginis repudiatis, *Carolum*, qui per inſidias interemtus eſt, in regem elegerunt. Regina e captiuitate liberatur. Sigiſmundus Rex 32. regulos ſecuri percuti iuſſit.

Vrbani Papae V. electio. Eidem ſucceſſit *Vrbanus* VI. Proprietates et iura eccleſiarum ac monaſteriorum vrbis ciuibus vendidit. Omnes, qui *Joannae* Apuliae Reginae adhaeſere, beneficiis priuauit. Tribus electoribus eccleſiaſticis Cardinalatus dignitatem obtulit, iſti vero eam recuſarunt. E-

normes eiusdem proceſſus. Contra Apuliae regem crucem praedicari fecit.

Wenceslai Imperatoris ortus. Eius in Romanorum Regem coronatio. Patre defuncto imperium ſibi vendicauit. Eo regnante Huſſitarum inſania oriebatur. Eius cum ciuitatibus foedus. Pacem principes inter et ciuitates reſtituit. Judaeis, vt omnia mutua dominis redderent, mandauit. Auguſtenſibus et Vlmenſibus bona alienauit. Fuit comprehenſus, regno orbatus, cuius loco *Jodocus* Morauiae Marchio fuit electus. Iterum cuſtodibus traditus, et iterum liberatus. Eius mors. A piſcatore quodam eius corpus clam ſepelitum fuit.

Weringa iure feudi ad Bauariae Duces, et Comites Palatinos deuoluta eſt. Flammis deuaſtatur.

Wirtenbergenſis Comes *Vdalricus* a milite captus, pro ſua libertate centies mille marcas argenti ſoluit. *Eberhardo* aduocatia, quam ſupra 28. ciuitates imperiales obtinuit, a *Carolo* Imp. ablata eſt. Idem haſtiludia in filiae ſuae nuptiis inſtituit. Oppidum Alen emit. Prope Reutlingen contra imperiales ciuitates pugnando multos Comites et nobiles amiſit. Cum iisdem pacem compoſuit. Comes iunior *Vdalricus* in bello iſto vitam amiſit. Pater eius victoriam reportauit, aliis occiſis, aliis vero in vincula coniectis. Wirtenbergenſes nobiles contra Comitem ſuum ſeditionem concitarunt.

Wlatislaus Lituaniae Dux, Poloniae Rex renuntiatur, et ex nonagenaria vxore filium *Caſimirum* genuit.

Yuo natione Brito iurisconſultus, ſanctus ſolus inter Jurisconſultos habetur.

Zetus pictor praeclariſſimus.

Zoleren arx ab imperialibus ciuitatibus funditus euertitur.

Zuſemeck incendio deuaſtatur.

Volumen ſextum, hiſtoriam *Friderici* III. ab anno 1440. vsque ad annum 1493. complectens, 261. foliis conſtat. Adiecit quoque Autor ſequentem indicem Alphabeticum materiarum.

Index.

Abbas San-Vdalricanus, *Henricus* Fries ex Imperatoris mandato mittit currum vnum ac aurigam, vnacum quatuor electis equitibus ad bellum contra *Carolum* Burgundiae Ducem.

Achaia a Turcis obſeſſa, princeps illius caput S. *Andreae* Romam deportauit.

Albertus Archidux Auſtriae Imperatori fratri ſuo valde diſſimilis erat. Vrbes Horb, et Rottenburg Domui Auſtriacae reſtituit. Vxorem duxit. Magno comitatu Auguſtam veniens, dona accepit. Fratri ſuo bellum indixit, ac cum eo iterum reconciliatur. Ex veneno obiit.

Alexandri Papae VI. electio. A *Carolo* Francorum Rege ludibrio habetur. Contra eumdem bellum per *Valentinum* filium ſuum gerit. Eiusdem mors et epitaphium.

Alphonſus Rex Hiſpanus in Africa bellum geſſit.

Alphonſus Rex Aragonum mortem oppetiit.

Altenberg caſtrum Laugingae adiacens a ciuitatibus imperialibus flammis comburitur.

Amurates Turcarum Imperator Raſciam inuaſit. Pacem ab Hungaris petiit. Victoriam ab Hungaris, plurimis ſuorum amiſſis, obtinuit. Vitam ſolitariam eligens, filio ſuo Mahumeti regnum commiſit. Iſta iterum relicta, Hungaros armis inuaſit.

Anglorum ſeditio, et Magnatum occiſio. Ducum ſeditio et interemtio. Rex *Henricus* nouas

nouas detexit inſulas. Seditio iterata, Regina Regem captiuum libertate donauit. Rex *Eduardus* procerum dolo regno priuatus, a *Carolo* Burgundiae Duce reſtitutus eſt.

S. Antoninus Ord. Praedic. Alumnus, et Archiepiſcopus Florentinus vitae ſanctitate ac doctrina inſignis erat.

Angelus de Clauaſio autor ſummae Angelicae.

Arbores circa feſtum S. *Michaelis* floruere.

Auguſtam quidam Cardinales Baſilea venere. Monaſterium S. Catharinae a Senatu reformatur. Canonicus nobilis de *Welden* interfectus eſt. Nobilis de *Rietham* decollatus eſt. A Senatu poena immerſionis pro piſtoribus decreta eſt. S. *Mauritii* chorus conſtruitur. Quidam ciuis monetas cudendi poteſtatem ab Epiſcopo emit. Haſtiludia, quibus *Conradus Rehlinger* perfoſſus eſt, celebrantur. In Eccleſia S. *Joannis* prodigia viſa ſunt. Tabula et columnae aeneae in cathedrali eccleſia erectae ſunt. Diſcordia Senatum inter et Capitulum ob murum aedificatum. Vir quidam ob blaſphemiam ſudmerſus eſt. Senatus antiquus reos mortis condemnandi mos, et modernus. Equorum decurſionis initium. Annonae caritas. Auguſtenſes copias auxiliares contra marchionem Brandenburgenſem Norimbergenſibus miſerunt. Caſtrum Funſcag incenderunt. Leiphemium obſederunt. Norimbergenſes 800. Heluetios miſerunt. Dainhuſam occuparunt. Auguſtae tributum imponitur. *Erhardus* Senatui a ſeruitio ſuſpenditur. Tributum belli tempore imponitur, et Presbyteris, in hoſtium dominiis beneficia habentibus, vrbis ingreſſus interdicitur. *Joannes Capiſtranus* praedicauit. Calceatorum tribuni a Senatu excluduntur. Septuaginta ſex viri cruce ſignati contra Turcas pugnant. Tributa diminuta ſunt. Praefectus vrbis ob debita contracta clam aufugit. Senatus Judaeos expulſos recipere ab Imperatore coactus eſt. Ciuis praediues Joannes de Hoy breui temporis ſpatio in ſummam peruenit egeſtatem. Turris ad S. *Petrum* depicta eſt. Cauſa decollationis ciuis *Alpiſhofer*. Diſcordiae Bauariae Duces inter et Auguſtenſes ob Lycum flumen. Eleemoſinae pauperibus diſtributae. Vlmenſium haſtiludia Auguſtae habita, et eorum ſeditio. Ingolſtadii Auguſtenſes ſex hoſtes in vincula coniecere. S. *Sebaſtiani* eccleſia conſtructa eſt. In S. *Mauritii* eccleſia crux argentea cancellae impoſita eſt. Turris prope S. *Jacobum* erecta fuit. Quorumdam ciuium geſta. Eccleſia S. *Stephani*, Canonicorum domus, et S. *Annae* monaſterium in cineres ſunt redacta. Inundatio fluuiorum. Tributa impoſita. Bellum contra Bauariae Ducem *Ludouicum*. Heluetii mercede conducuntur. Mulier ob furta viua foſſa eſt. Cleri ſeditio. Eiusdem fidelitatis iuramentum Senatui in manus Abbatis San-Vdalricani depoſitum. Bauarorum et Auguſtanorum incendia. Duo millia millitum contra *Ludouicum* Bauarum miſſorum prope Giengen occiſi ſunt. Magiſter ciuium *Vdalricus Tendrich* ob furta punitur. Euchariſtiae Sacramentum furto ablatum eſt. Plebanus S. *Mauritii* Dilingam captiuus ductus eſt. Corpus S. *Dignae* eſt repertum. *Joannes* de *Reinau* Auguſtenſibus bellum indixit, et multa intulit damna. Dux Bauariae venale quid Auguſtam inuehi interdicit. Cenſus ſolui, vectigalia vero minui curauit Senatus. Tribuni ſeditionem ob cenſus impoſitos excitant. Multi ciues receſſere. Auxiliares copiae Hungariam mittuntur. *Geſwein* hoſtis infenſiſſimus defunctus oblatus eſt. Turris ruinoſa eccleſiae S. *Vdalrici* haud abſque miraculo concidit. Triginta ſex equites, qui Imperatorem ab Auſtria Ratisbonam comitarentur, miſſi ſunt. *Pfefferlin* fuit degradatus et ſuſpenſus. Saluus conductus a Comite Palatino denegatus eſt. Redditus annuos et venalia quaecunque ex Bauaria exportari prohibetur, quod tamen monaſterio San-Vdalricano concedebatur. *Joannes* de *Reinau* greges abegit. Legati Landishutium abiere. Exportationis victualium prohibitio maxima intulit incommoda. Auguſtenſes cum Bauariae Duce reconciliantur. Sagittariorum ſocietas. Patibu-

 lum

lum fuit expurgatum, et multa capita inuenta. Ciuium magiſter *Frickinger*, cum genere ſuo *Joanne Fitel* Gögingae iaculatoriam habuere ſocietatem. *Frickinger* Friedbergam fugit. Quidam falſatis ſchedulis in tribunum electus eſt. Tribunus *Küſſinger* lingua et digito multatus fuit. Ciuis *Ilſung* ad S. *Petrum Salue Regina* inſtituit. Capella S. *Wolfgangi* conſtruitur. Comitia celebrantur. Auguſtenſes Imperatori fidelitatis praeſtitere iuramentum. Eccleſiae S. *Vdalrici* noua ſtructura completa eſt. Rex Daniae omni honore eſt exceptus. Comitia, quibus interfuere Imperator et Papae legatus, multique principes, habebantur. Eccleſia S. *Vdalrici* ventorum vi deſtructa eſt. Potus menſura diminuta eſt, et vectigalia aucta. Generalis proceſſio fuit celebrata. Ad obſidionem Nuſſiae miſſi ſunt milites. Regina Daniae omni honore fuit excepta. Filii ciuium in canonicos eccleſiae cathedralis non recipiuntur. Eccleſiae S. *Vdalrici* ſtructura reincepta eſt. Ad *Georgii* Ducis Bauariae nuptias legati mittuntur. *Jacobus Hauſtetter* fundauit *Salue Regina* apud S. *Jacobum*. Plebanus S. *Vdalrici* Dilingam captiuus abductus eſt. *Joannes Fitel* ciuium magiſter, eiusque frater decollati ſunt, *Frickinger* vero ad monaſterium S. *Vdalrici* fugit, vbi defunctus eſt. Ligna dimetiendi initium. Tribunus Laniorum decollatus eſt. Ad *Maximiliani* Archiducis Auſtriae nuptias equites et munera miſſi ſunt. Terra motu contremuit. Praefectus vrbis, Senatoribus in conclaui ſedentibus, ciuium magiſtrum *Vdalricum Schwarz* captiuum abſtraxit. Furtis ſuis confeſſis, ſuſpenſus eſt. Idem contigit Piſtorum tribuno. Vitulus ſex pedibus in villa San-Vdalricana prodiit. *Ludouico* Duci Bauariae auxiliares copiae contra Turcas miſſae ſunt. Auguſtenſes ob mortem fratribus *Fitel* iniuſte illatam ab Imperatore puniti ſunt. Diſcordiae Senatum inter et Capitulum cathedrale. Inundatio fluuiorum. Auguſtenſes foedus Sueuicum accedunt. Caritatis tempore eleemoſina diſtributa. Catenae ferreae per plateas ductae ſunt. Auguſtae *Georgius* Bauariae Dux cum *Joachimo* Comite de Oettingen comitia celebrauit. *Sigiſmundus* de *Argau* a fratre accuſatus ad mortem condemnatus eſt. *Wilhelmus Hangenor* et *Marcus Hoffmayr* a Senatu excluſi ſunt. S. *Simperti* translatio. Sagittariorum ſocietas. Eccleſia cathedralis reconciliatur. Moniales S. *Nicolai* in vrbem fugerunt. *Maximiliano* Rom. Regi 24. equites ſubſidiarii miſſi ſunt. *Ludouicus Vetter* Vaſſallum et ruſticum ſuum iniuſte in vincula coniiciens, ipſe, ruſtico dimiſſo, vinculis traditur.

Auguſtenſis Epiſcopus ab ipſo ſummo Pontifice denominatur *Petrus* de *Schamburg* Cardinalis. Inter ipſum et Senatum diſſidia. Eiusdem grauamina. Monaſteria Eluacenſe, et Campidonenſe in commendam accepit. Eius exequiarum deſcriptio. *Joannes* de *Werdenberg* ei ſubrogatur. Huius geſta, ac ſolemnis vrbis Auguſtae ingreſſus. Burgouium oppignorauit. Iſti ſuccedit *Fridericus* de *Zolern* Decanus Argentinenſis. Diſſidia Epiſcopum inter et Senatum ob tributa, quibus ille Swabmünchenſes grauare voluit.

Bamkircher bellum Imperatori indixit, et demum ſub ſaluo conductu decollatur.

Baſileae Gymnaſium fundatur.

Bauariae Dux *Albertus* regnum Bohemiae recuſauit. Duciſſa *Ludouici* Gibboſi vidua Friedbergae reſidet. Pater eiusdem in captiuitate obiit. Duces Bauariae in bello imperialium ciuitatum nulli adhaeſere parti. Dux *Henricus* opulentiſſimus obiit. Dux *Ludouicus*, patre defuncto, ducatum accepit. Multa coemit. Nuptiae ab eo celebratae. Duciſſa clam Monachio effugit. *Ludouicus* vrbem Werdeam obſedit. Eius exercitus numerus. Duces Monacenſes cum Auguſtenſibus ad decem annos foedus iniere. Ab Vlmenſibus voluit Helfenſteinium et Leyphemium redimere. Dux *Albertus* obiit, relictis quinque filiis et duabus foeminis. *Ludouico* Epiſcopatus Euſtettenſis ſeſe ſubiecit. Indicantur principes et ciuitates, qui cum ipſo contra Marchionem Brandenburgenſem pug-

pugnabant, et a contrario. Quot coadiutores in belli fine adfuerint. Miſit litteras Auguſtam. Vlmenſibus multa intulit damna et Haydenhemium iterum obtinuit. Victor caſtra Imperatoris et imperialium ciuitatum diripuit, et tandem pacem cum iisdem iniit. Dux *Chriſtophorus* Monachii a fratre ſuo *Alberto* in balneis captus eſt. Dux *Georgius* nuptias celebrauit. *Ludouici* mors. *Georgii* mater multis diuitiis Saxoniam petiit. Haſtiludium nobilium more Ingolſtadii habuit. Nerlingam obſedit. Dux *Joannes* Praepoſitus Auguſtenſis in monte Sion obiit. Dux *Albertus* clandeſtine filiam Imperatoris in vxorem duxit. *Georgius* Burgouium in pignus accepit. Duces *Chriſtophorus* et *Wolfgangus* querelas contra fratrem ſuum *Albertum* ad Imperatorem detulere. *Albertus* banno imperiali ſubiicitur. Multa damna a foedere Sueuico in campo Lyci paſſus eſt. Enumerantur omnes eius aduerſarii. Meringam Auguſta omnes Bauaros vocauit; *Georgius* vero Fridbergam.

Bayezetes Turcarum Imperator patri ſuo *Mahumeti* ſucceſſit. Frater eius *Zizimus* ad Rhodiorum magiſtrum confugit. Caliditate quasdam Hungariae vrbes occupauit. A *Sultano* victus eſt. Defuncto *Mathia* Hungarorum Rege, Hungariam inuaſit. Croatis multa intulit damna.

Belgradum a *Mahumete* fuit obſeſſum, ſed haud exigua ignominia recedere coactus eſt.

Bernardinus Senenſis, *Bernardus Juſtinianus*, et *Beſſarion* Cardinalis, viri tam pietate quam doctrina celebres.

Bohemi, defuncto *Alberto* Rege, gubernatores elegere. *Georgius Pogiebracius* Bohemorum Rex renunciatur. *Friderico* Imp. promiſit, ſe Huſſitarum ſectam relicturum, ſi eius electionem confirmaret. A Papa excommunicatur. Imperatori et Bauariae Ducibus bellum indixit.

Brandenburgenſis Marchio *Albertus* Norimbergenſes bello perſecutus eſt. Multos de exercitu imperialium ciuitatum in vincula coniecit. Pacem cum iisdem compoſuit. A *Pio* Papa II. omni honore Mantuae excipitur. Auguſtae nudo corpore haſtiludium celebrauit. Ob aduocatiam Euſtettenſis Epiſcopatus a *Ludouico* Bauaro bello laceſſitus eſt. Duas filias in matrimonium dedit, vnam Regi Bohemiae, alteram Wirtenbergenſi Comiti. Eius mors.

Brugenſes, Maximiliano Rom. Rege e captiuitate dimiſſo, poenam dare coacti ſunt.

Calixtus III. Papa *eligitur.*

Campidonenſis Abbas, ob ruſticum in vinculis detentum, multa ſuſtinuit mala.

Caritas annonae in Germania bis deſcripta.

Carolus Dux Aurelianenſis a *Carolo* Francorum Rege capite plexus eſt.

Carolus Dux Burgundiae Leodium obſidet. Lotharingiam inuaſit. Gaudauenſibus deuictis, eorum priuilegia in vrbis medio combuſſit. Nuſſiam obſedit. Contra Heluetios arma ſumſit. Caſtra ſua, et incomparabiles ſuos theſauros amiſit. A Lotharingiae Duce et Heluetiis in fugam actus, et demum cum ſuis occiſus eſt.

Caſimirus, Dux Lithuaniae, Poloniae Rex eligitur.

Ciliae Comes *Vdalricus Ladislai* Regis adhuc impuberis partes in ſe ſuſcepit. A *Ladislao* ſumma ingratitudine remuneratur, et deiicitur. Inſigni reuocatur honore. Tandem, peremtus eſt.

Clemens Papa VII. ex illegitimo connubio natus.

Clementis Sender huius operis Autoris natiuitas.

Colonienſium ſeditio.

Conſtantinus Palaeologus vltimus Graecorum Imperator a *Mahumete*, regno priuato, inteficitur.

Conſtantinopolis deſcriptio. Eius oppugnatio. *Mahumetis* oratio. *Conſtantinopolitana* tempeſtas.

Cruce ſignati, ob Hungarorum perfidiam, pauci in Germaniam rediere.

Daniae Rex *Voldimarus* vnacum filia ſua regnum Norwegiae Regi tradidit. Danorum Regum

Regum varia viciſſitudo. Rex *Chriſtiernus* deuotionis cauſa Romam proficiſcens, omni honore exceptus eſt. Regina iſtum ſecuta fuit.

Danubii inundatio.

Delphinus cum ſuo exercitu Alſatiam inuaſit. Oratores ad *Sigiſmundum* Imp. miſit. Fugit ad *Carolum* Burgundiae Ducem.

Deſpota Princeps Seruiae in ſua religione obiit. Ad quos eius regnum deuenerit.

Dominici, *Calderinus* et *de dominicis*, viri doctrina inſignes.

Elwacenſis Abbas *Joannes* de *Hiernheim* ſecularizationem monaſterii a Papa obtinuit. Eiusdem monaſterii origo.

Erfordia flammis conſumta eſt.

Eugenius Papa IV. vectigal relaxat. Legatos ad concilium Baſileenſe diſſoluendum in Germaniam mittit.

Felinus inſignis iuris vtriusque doctor.

Feldkirchium ob octo habitationes penitus flammis deuaſtatum eſt.

Ferdinandus Aragonum Rex *Eliſabetham Henrici* Hiſpaniae Regis filiam in vxorem duxit. Granatam occupatam, ad veram fidem reduxit. Quatuor filias genuit.

Ferdinandus Apuliae Rex multos ſui regni magnates in vincula coniecit.

Florentinus Laurentius Medices obiit, tres filios relinquens.

Florentini Archiepiſcopum ſuum ob ſeditionem et homicidia occiderunt.

Franciſcus Sfortia Mediolanenſium Dux renuntiatur. Generum ſuum inſidioſe interfici iuſſit.

Franciſcus Niger, et *Philelphus* viri doctrina clari.

Francorum inſtitutum, vt quaelibet regni paraecia vnum militem ſiſtat. Rex Nortmanniam occupat. *Carolus* Rex ex fame obiit. *Ludouicus* Rex fratri ſuo et magnatibus multa intulit mala. *Carolo* Burgundiae Duce defuncto, plura ipſius dominia occupat. *Maximiliani* Rom. Regis nuptias dirimere voluit.

Fridericus Archidux Auſtriae Imperator eligitur. Terram ſanctam viſitat. Eius Corporis habitudo et natura. Principibus regalia confirmat. Concilio Baſileenſi intereſſe noluit. Italiam coronandus petiit. *Leonoram* ſuam Sponſam Senis primitus vidit. Romam venit. Eius Nuptiae. Vnacum *Leonora* inunctus et coronatus eſt. Neapolim aduenit. Inſigni pompa Venetiis exceptus eſt. Ab Auſtralibus impugnatus eſt. Bohemiae coronam recuſauit. Oratores in Portugaliam mittit, ad contrahenda ſponſalia cum *Leonora*. Neoſtadii ac Viennae obſidetur. Fridbergae ob *Ludouici* Bauari et Auguſtenſium diſſidia dioetam indixit. Auſtriam Hungariae Regi commendauit. Tergeſtum ſubuertit. Ad *Carolum* Burgundiae Ducem proficiſcitur. Nuſſiam ab obſidione liberat, *Carolus*que Dux filiam ſuam *Annam Maximiliano* deſponſauit. Omnes Germaniae principes ad arma contra Francorum Regem ſumenda inuitat; pauci tamen comparuere. Ob pedis abſciſſionem obiit. Eius exequiae ſplendidiſſimae celebratae.

Gabriel Biel vir doctrina clarus.

Galeatius patri ſuo *Franciſco Sfortiae* ſucceſſit.

Gamundienſes a *Wilhelmo* de *Rechberg* victi, ac multi eorum captiui abducti ſunt.

Geldrenſes cum Tornacenſibus varia habuerunt certamina.

Genua ſe a Ducum Mediolanenſium protectione ſubduxit, et iterum ſubiecit.

Granatae regnum diuiditur, et ab Hiſpaniae Rege obtinetur.

Gundelfinga ab Imperatore, principibus et ciuitatibus obſidetur.

Hagenhull caſtrum per imperiales ciuitates deſtruitur.

Haidenhemium Comites de *Helfenſtein* vendiderunt.

Haideck circumſidetur.

Helue-

Heluetiorum foedus. Archiduci Auſtriae *Sigiſmundo* Dieſenhofium et Fuſchachium abſtulere. Eius regiones inuaſerunt. Ducibus Mediolanenſibus bellum intulere.

Henricus Frieſs Abbas San - Vdalricanus.

Hercules Ferrariae Dux bellum cum Venetis geſſit, et poſtea monaſteria et eccleſias fundauit. Fratrem ſuum decollari iuſſit.

Jacobus Scotiae Rex in Anglia captus libertate donatur.

Imperialibus ciuitatibus a multis principibus bellum indicitur. Earum exercitus prope Eſlingam deuincitur. Iſtis bellum indixere *Albertus* Auſtriae Archidux, *Fridericus* Comes Palatinus, et Duces Lotharingiae. Illae arces Ramſtein et Ruckburg incendio ſubuerterunt. Iuſſu Imperatoris Duci Bauariae bellum fecere, et ab iſto in fugam actae ſunt.

Impreſoriae artis origo.

Ingolſtadii Gymnaſium a *Ludouico* Bauariae Duce fundatur. Arx, Collegium, et Burſae conſtruuntur.

Innocentius Papa VIII. eligitur.

Inſulae Indianae octo inuentae ſunt. Earum, et incolarum deſcriptio.

Joannes Capiſtrani vita et mors.

Joannes de *Giltlingen* Abbas San - Vdalricanus.

Joannes Huniades Matthiae Regis Hungariae pater Turcas prelio vicit, magnamque ſtragem edidit. A Deſpota in vincula coniicitur. Sacramentis deuote acceptis, obiit, ingentem pecuniarum copiam relinquens.

Joannes Maria Dux Mediolanenſis ex veneno obiit. Eius oratio ante mortem habita.

Joannes de *Monte regio*, *Picus* de Mirandola, et de *Turre - cremata*, viri eruditione inſignes.

Joannis Ruch Parochi San - Vdalricani teſtamentum et Fundationes.

Joannes Sfortia matri ſuae multa intulit mala, et *Lucretiam Alexandri* Papae filiam matrimonio ſibi iunctam repudiauit.

Julianus Cardinalis Hungarorum perfidia in bello contra Turcas occiſus eſt.

Ladislai Archiducis Auſtriae natiuitas, et in regem Hungariae coronatio. Viennae verus Dominus agnoſcitur ac excipitur. Pragae ſummo honore ſuſceptus eſt. Rochezana Sacramento Euchariſtiae nullam exhibuit reuerentiam. Theſauros *Huniadis* voluit abducere, ſed prohibitus eſt. Iſtius filium *Ladislaum* ob Ciliae Comitis necem decollari iuſſit. *Matthiam* vero eius fratrem, et Epiſcopum Varadinum in vincula coniecit. Epiſcopum libertate iterum donauit. Oratores ad Francorum Regem ad filiam eius in vxorem petendam mittit. Eius deliberatio de loco ad celebrandas nuptias. Bohemiam petit. Suos Legatos Sponſam adducturos Franciam mittit. Ex veneno obiit. Eius teſtamentum, et ad mortem diſpoſitio. Legatorum in Galliam miſſorum nomina, et munerum recenſio. Franciae Rex eius exequias ſplendiſſime celebrari fecit. Eiusdem regna multi veluti legitimi haeredes petebant. *Ladislao* defuncto, in Bohemiae Regem *Georgius Pogiebraicus*, in Hungariae vero *Matthias* eliguntur. Archiducatum Auſtriae Imperator obtinuit.

Laugingae Comitia celebrata ſunt. Ibidem Duces Bauariae conuenere. Laugingenſes pagum Yetingen incenderunt. Auguſtinenſes a nundine inhibuere. Laugingam Dux Bauariae *Ludouicus* bellatorum exercitu intrauit. Caſtrum deſtruitur. Turris in foro aedificatur.

Leodienſis Epiſcopus interemtus eſt.

Leonardus de *Vtino* vir doctrina clarus.

Leonorae Imperatricis mors, et ſplendiſſimae exequiae.

Liga Sueuica qua de cauſſa, et a quibus ortum ſumſerit.

Lotharingiae Dux totam Burgundiam Regis Franciae nomine occupauit. Eiusdem laudis encomia.

Ludouicus Arelatenſis vir Sanctus.

Ludouicus Sfortia fratre de Mediolanenſem ducatum obtinuit. Ferrarienſis Ducis filiam

zeti bellum indixit. Viennam occupauit. Ibidem obiit. Tres Reges electi ſunt.

Wertingam Bohemi ſpoliauere et multos captiuos abduxerunt.

Weyſenhornium Bauariae Dux emit.

Wirtenbergenſis Comes *Vdalricus* ob ſuae vxoris dotem *Friderico* Comiti Palatino bellum indixit. Tres vxores habuit, qua de cauſa bellum ortum eſt, in quo captus erat.

Volumen ſeptimum, anno 1526. ab Autore abſolutum, hiſtoriam ab anno 1494-1525. exponit. Foliis 273. conſtat. In fine legitur index, qui materias ibi contentas comprehendit.

Index.

Adrianus Papa VI. *Leoni* X. ſucceſſit.

Albertus Bauariae Dux omni honore in quibusdam Bauariae vrbibus excipitur. Monachii obiit.

Albertus Saxoniae Dux a comitiis Auguſtenſibus receſſit. In Friſia bellum gerens, obiit.

Alphonſus Calabriae Dux regnum Neapolitanum obtinuit. Eius diſcordiae cum *Ludouico* Mediolanenſi Duce.

Anglorum Regis magnus belli apparatus.

Atheſini cum Venetis foedus icerunt.

Auguſtae generale fuit interdictum. Turris in Luginsland fulmine fuit deſtructa. Senatus decreuit, ne infames perſonae in die S. *Galli* publice denuntiarentur. *Lucas Herbat* fratrem ſuum gladio perimere voluit. Comitia celebrata fuere. Pretium rerum venditarum. Summum annonae pretium. Domus prope Katzenſtadel conſtructa fuit. Comitia ab Imperatore *Maximiliano* ad *Rupertum* Comitem Palatinum et *Albertum* Ducem Bauariae reconciliandos celebrata fuere. Miſſi ſunt pedites et equites Caeſari contra Venetos. Imperialis diaeta habita eſt. Duo tribuni ſuſpenſi ſunt. Maximilianus vltimam habuit diaetam. Magnam hominum copiam peſtis abſumſit. Proceſſio generalis pro victoria de Turcis obtinenda celebrata fuit. Tonitrua horrenda fuere. Seditio excitata fuit. *Wexelkleiner* a ſuis ancillis ſuffocatus eſt.

Auguſtae canalis ab vrbe vsque Haunſtadium, qua merces per Lycum Auguſtam deportarentur, foſſa eſt. Aduerſus Heluetios milites miſſi ſunt. Item Imperatori 110 pedites et 12. equites copiae auxiliares dati ſunt. Romanorum Reginae ab epiſcopali aula vsque ad praepoſituram iter tabulatum praeparatum fuit. Principes in comitiis praeſentes adnotantur. Pretium ab hoſpitibus cauponibus ſoluendum a ſenatu conſtitutum fuit. Comitia celebrata. Comitia Sueuica fuerunt habita. Horreum vnacum cella vinaria prope S. Crucem aedificatur. Calceator, *Georgius Neſlin* nomine, in cathedrali eccleſia imagines deſtruxit. *Vrbanus Rhegius* praedicator a ſenatu conſtituitur; aſt populus fratrem Minorem apoſtatam petiit. Senatus ad ſeditionem impediendum omnem adhibuit ſollicitudinem. Duo textores ſeditioſi anteſignani capite plexi ſunt.

Badenſis Marchio patrem ſuum in cuſtodiam dedit.

Bartholomaeus Rhem ciuis Auguſtenſis mercatorum lucrum principibus manifeſtauit.

Baſilea vrbs ab imperio deficiens Heluetiis ſeſe adiunxit.

Bauariae bellum. Ducum *Wilhelmi* et *Ludouici* diſcordiae. Curiae Magiſtrum duces capite plecti iuſſerunt. Duciſſa e vita diſceſſit.

Bernenſes fratres combuſti fuere.

Brandenburgenſis Marchio *Fridericus* haud iniuria Norimbergenſes armis perſequebatur. Ex diaeta Auguſtenſi ob Norimbergenſes abi-

re

re voluit. Elector *Joachim* Auguſtae regalia a Caeſare *Maximiliano* accepit. Marchio *Caſimirus* atrociſſimum cum Norimbergenſibus bellum geſſit. Epiſcopum Tridentinum vinctum tenuit. Marchioniſſa obiit, duodecim liberos relinquens. Marchio *Albertus* Archiepiſcopus Magdenburgenſis, et Auguſtae Cardinalis renuntiatur. *Caſimirus* patrem ſuum in cuſtodiam tradidit. Auguſtae nuptias celebrauit.

Braunouia, et *Breſſa* vrbes obſidentur.

Capitis infirmitas valde in Germania graſſabatur.

Cardinalis Feldrenſis Auguſtam venit.

Carmelitarum patrum prouincialium comprehenſio.

Carolus Rex Gallorum Neapolim inuaſit. Eius conuerſatio Romae. Eius oratio ad Neapolitanos. Ex Italia in Galliam rediit.

Caroli V. Imperatoris natiuitas. Sponſalia de futuro cum Anglorum Regis filia contraxit. Rex Romanorum eligitur. Decretum electionis eidem in Hiſpaniam *Fridericus* et *Otto Henricus*, vnacum orationibus habitis detulere. Eius epiſtola in gratiarum actionem ad Electores miſſa. Eiusdem tituli. Solemnitas coronationis. Iſto vix coronato, Francorum Rex bellum eidem indixit. Ex Germania in Angliam et denique in Hiſpaniam venit. Gallorum Regem in ducatu Mediolanenſi debellauit. In propria perſona magno adparatu contra eumdem in certamine adparuit. Inſigni ſolemnitate aui materni Ferdinandi Hiſpaniae Regis exequias celebrauit.

Chriſtophorus Bux Bauariae in terra ſancta obiit.

Clementis Papa VI. electio.

Colonienſia comitia ad reconciliandos Comitem Palatinum et Ducem Bauariae a Caeſare celebrantur. Principes, qui iisdem interfuere, indicantur. Seditio Coloniae excitata.

Conradus Moerlin Abbas San-Vdalricanus.

Conradus Schott Norimbergenſibus multa intulit damna.

Conſtantiae comitia habebantur. Heluetiis ſeſe adiunxiſſet, niſi piſcatores impediiſſent.

Cruciferi fratres in Germania et Italia.

Curienſis Epiſcopus et capitulum a ſuis ſubditis impugnabantur.

Daciae Rex Ducem de Triter debellauit. Cum vxore et liberis ſuis e regno expulſus eſt. Fruſtra regna ſua iterum occupare conatus eſt. Rex *Joannes*, vnico relicto filio, obiit.

Elauacenſes tertius et quartus Praepoſiti.

Erfordienſis Seditio.

Erneſtus Archiepiſcopus Magdeburgenſis e vita diſceſſit.

Ferdinandus Apuliae Rex, flens ſuos ſubditos allocutus eſt. *Fridericus* eius filius ei ſucceſſit.

Ferdinandi Archiducis Auſtriae ortus. Reginam Hungariae duxit vxorem. Quosdam nobiles decollari praecepit.

Fillacum et *Labacum* igne penitus conſumta fuere.

Franciſcus Rex Galliarum eligitur. *Carolo* Caeſari bellum indixit. In Lombardia bellum gerens, prope Ticinum cum multis magnatibus captus eſt.

Genuam Gallorum Rex triumphans ingreſſus eſt.

Georgii Ducis Bauariae mater a filio receſſit. Idem Dux ſuum Cancellarium ad perpetuos damnauit carceres. Eiusdem fundationes. Morbo laborat. Suorum conſenſu in Comitiis Ingolſtadienſibus teſtamentum condidit. Summo animi dolore *Ruperto* Palatino genero ſuo valedixit. Sacramentis munitus aeternitatem adiit.

Georgius Waldner Imperatoris *Maximiliani* Cancellarius ſuſpenſus eſt.

Haſ-

Haſſiae Landgrauius obiit. Haſſiae regimen. Landgrauia 24000. florenos terunciis *Franciſco* de *Sickingen* ſoluebat.

Hatwigae vxoris Bauariae Ducis *Georgii* allocutio ad Ducem, et eius mors.

Haydeggium a *Friderico* Marchione occupatur.

Helenſteinium et Heydenheimium Vlmenſes emerunt.

Heluetii Maximilianum Mediolanenſium Ducem Francorum Regi prodiderunt. Mercede a Caeſare conducti in Burgundia ad Gallos tranſierunt. Eorum oratio Romae coram Julio II. Papa habita.

Henricus de *Lichtenau* ad Epiſcopalem Auguſtanae eccleſiae cathedram ſuffectus eſt.

Hiems aſperrima.

Hieronymus Sauanorala Ordinis Praedicatorum alumnus Florentiae flammis combuſtus eſt.

Hildesheimenſis Epiſcopatus per Ducem Brunswicenſem extinctus eſt.

Hohencrain arx per confoederatos Sueuicos deſtructa eſt.

Joachim Comes de Oettingen interemtus eſt.

Joachim Marchio Brandenburgenſis Auguſtae ab Imperatore omni ſolemnitate inueſtitus eſt.

Joannes Trithemius Abbas Spanheimenſis vir tam pietate, quam eruditione celeberrimus.

Joannes Italus Philoſophus propter ſuas ſententias ſe *Mercurium* adpellauit.

Joannes Dalburgius Epiſcopus Wormatienſis vir doctrina inſignis.

Joannes Waywoda haud proſpere contra Turcas pugnauit.

Joannes Eckius Doctor Ingolſtadienſis Lipſiae cum *Luthero* diſputauit.

Joannes Hitſtetter Autoris ſororis vir Comitem Palatinum comitabatur in peregrinatione ad terram ſanctam.

Julii Papae II. electio. Diuerſa carmina in eius electione compoſita. Bononiam armis occupat. CumCaeſare et Rege Galliae contra Venetos foedus icit. Venetos in gratiam recepit. Mirandulam et Mutinam obſedit. Lateranenſe concilium inchoauit, ſed morte praeuentus finire haud potuit.

Laugingae peſtis valde graſſabatur. Tempore belli Bauarici iſtam *Maximilianus* protegebat.

Leonardi Grieb oratio Heluetiorum nomine coram Summo Pontifice *Julio* II. habita.

Leonis Papa X. electio. Eius Bulla, qua Archiepiſcopum Moguntinum cardinalitia dignitate ornauit. *Maximiliano* Caeſari pileum et enſem, vnacum orationibus habitis, miſit. Eius epiſtola gratulatoria ad *Carolum* V. Romanorum Regem electum. Bulla ad Comitia Auguſtana. Legati eius oratio in iisdem habita.

Liga inter Papam *Alexandrum*, Caeſarem, Reges Hiſpaniae, Franciae, Hungariae, Poloniae, Bohemiae, et Venetos contra Turcas.

Liga Sueuica Franconum nobiles ad cauſae dictionem accerſiuit. Multa caſtra et arces in Franconia deſtruxit.

Lipſienſis facultatis theologicae litterae de diſputatione *Eckii* et *Lutheri*.

Ludouicus Mediolanenſis Dux Conſobrinum ſuum veneno interemit.

Ludouicus Dux Aurelianenſis Rex Franciae eligitur. Triumphans Mediolanum venit. A DuceMediolanenſi expellitur. Iſtum et fratrem eius *Aſcanium* Cardinalem captiuos obtinuit. IuramentumCaeſari praeſtitum violauit. Eius obitus.

Lutheranae Sectae origo.

Matthaeus Lang Praepoſiturae dignitatem Auguſtae obtinuit. Legatus a Caeſare Romam miſſus, omni honore exceptus eſt. Archiepiſcopus Salisburgenſis et Cardinalis renuntiatur. Legatus a Caeſare ad Reges Hungariae, Poloniae et Bohemiae mittitur.

Maximiliani Imperatoris pietas. *Blancam* ſecundam duxit vxorem, nouem annis in caſtris morabatur. Eius largitas, ſtaturae et naturae deſcrip-

deſcriptio. Eius viuendi ratio. Feretrum et funeris indumenta ante quinque mortis ſuae annos praeparauit, ac ſecum duxit. Mortem ſuam vaticinatus eſt. Wormatiae comitia celebrauit. Cum Heluetiis bellum geſſit, et pacem iniit. Diſpoſitionem Comitis *Leonardi* de *Gertz* Auguſtae procurauit. Omni ſolemnitate primum lapidem Chori S. *Vdalrici* poſuit. Summo honore in ſuperioris Sueuiae ciuitatibus exceptus eſt. Vitae periculum in bello Bauarico incurrit. Bellum cum Geldriae Duce inire voluit. Hungaros debellauit. Philippi filii ſui exequias Conſtantiae celebrauit. Romae ſuum aduentum per ſuos oratores denuntiari fecit. Tridenti imperatoris titulum adſumſit. Belli progreſſus contra Venetos. Kopfſteinium obſedit, et Rottenbergam ſibi ſubiecit. Noua foedera cum Gallorum Rege iniit. Subſidium a Germaniae principibus contra Venetos petit, quod tamen denegatum erat. Contra Regem Galliae et Venetos foedus cum Regibus Angliae et Hiſpaniae fecit. Oratores Regum Hungariae, Poloniae et Bohemiae Viennae ad alloquium admiſit. Solemnitatis, qua praedictos Reges Brugae excepit, deſcriptio, et perſonarum numerus. Pompae, qua cum Regibus Viennam venit, et nuptias celebrauit, adumbratio. Diſceſſio Regum. Eius morbus, et obitus.

Milhuſium Heluetiorum partes ſequebatur.

Modena a Bayazete occupata fuit.

Moguntinenſis Vniuerſitatis determinatio de Conceptione B. V. M. Archiepiſcopi obitus.

Monſtrum Reni in Bauaria natum fuit.

Neapolitanum regnum, Francis expulſis, ad proprios haeredes peruenit.

Nicolai Priolis Cypriae Gubernatoris epiſtola ad *Leonardum Loredanum* Venetorum Ducem.

Norimbergenſes Oppida et arces Palatinis abſtulere. Comitia Norimbergae tam ſub *Maximiliano* quam *Carolo* Imp. celebrata fuere.

Palatini Comitis *Philippi* vxor obiit. Comes *Rupertus* a ſocero ſuo ante mortem ingenti animi dolore dimiſſus eſt. Obtinuit ab illo Landishutum, Burghuſium, vnacum theſauro. Ab imperio proſcriptus eſt. Breui tempore vrbes occupauit. *Philippus* quoque proſcriptionem incurrit. Saepius armis inuaſus, multa damna pertulit. *Rupertus* theſaurum Burghuſio abduxit. Nobilium qui eum in bello comitabantur, numerus et nomina. Ex veneno obiit. Eius vxoris epiſtola ad Caeſarem, in qua ſe et liberos ſuos commendat. Huius obitus. Eius bellidux, poſt mortem bellum proſequebatur. *Philippus* Elector cum ſuis nobilibus et ſubditis conuentum celebrauit. Eius teſtamentum et obitus. *Ludouicus* Comes nuptias celebrauit. Iuſſu Caeſaris bona Comitis de Hyningen proſcripti occupat. Comes *Georgius* Spirenſem Eccleſiam regebat. Comes *Otto Henricus* Praepoſitus Eluacenſis renuntiatur. Palatini *Franc.* de *Sickingen* vnacum confoederatis vicere, occidere, et omnibus rebus ſpoliauere. *Ludouicus* Elector magnam principum Cateruam Heidelbergae apud ſe tenuit.

Peſtis tam Romae, quam in Germania graſſabatur.

Philippus Archidux Auſtriae Reginam Hiſpaniae matrimonio ſibi adiunxit. Eius obitus.

Pius Papa III. eligitur. Copia Schedulae tempore electionis in Conclaui inuentae.

Poloniae Rex a Duce Malachiae, Turcis ſubſidia miniſtrantibus, multa pertulit damnai ſed poſtea illum armis deuicit. Regis *Sigiſmundi* electio. Moſcouitas vicit. Legati oratio Auguſtae coram Caeſare habita. Polonorum ſeditio.

Portugaliae Rex ignotam regionem detexit.

Raymundi Cardinalis oratio ad Germaniae principes.

Ruſſiae Dux a *Maximiliano* Imp. regis titulo honoratur.

Ruſticorum ſeditio in Spirenſi Principatu.

Sabau-

Sabaudienſium Ducum ſeditio.

Schafhuſium ab imperio deficiens, Helvetiorum partes ſequitur.

Schiſma inter *Julium* Papam, et quosdam Cardinales.

Scotorum Rex Angliam inuaſit.

Sixti Pfeferlin piſcatoris Auguſtenſis domus, et pueri igne conſumti ſunt.

Soldanus a Turcis regno ſuo priuatus eſt.

Sophi Perſarum Rex Turcas vicit. Eius legatus Oenipontum venit, et in Hiſpaniam abiit.

Stuttgardia aquarum inundatione multa paſſa eſt damna.

Taxatio Monachorum et eccleſiarum pro bello contra Turcas gerendo.

Terrae motus totam Italiam et Germaniam tremefecit.

Treuirenſis Archiepiſcopus Marchio Badenſis obiit, et alter ex eadem familia ei ſucceſſit. Treuiris comitia celebrata fuere. Ibidem Saluatoris noſtri tunica reperta fuit.

Turbo vehemens in Sueuia furebat.

Venetis Caeſar e Conſtantia, et Germania exire juſſit. A *Carolo* Imp. periuri defecere.

Viennae mirandae viſiones in ſole et luna comparuere.

Vlmenſium ſeditio.

Vlisibonenſium ſeditio.

Vngari Maximiliano et Venetis multa intulere damna. Seditionem contra nobiles et Praelatos excitarunt. Hungariae vrbes et arces. Turcae illam inuaſere.

Wirtenbergenſis Comitatus in Ducatum fuit eue&tum. Primus Dux *Eberhardus* ſalutatur. Eius fundationes. Dux *Vdalricus* ducatus regimen obtinuit. Nuptias cum Duciſſa Bauariae celebrat. Abbatem Zwifaltenſem in vincula coniecit. *Conradus* quidam ſubditos eius ad ſeditionem excitat. Tres ſoles Wirtenbergae adparuere. Dux *Vdalricus* homicidium perpetrauit. Duciſſa *Sabina* clam a Duce diſceſſit. Cauſa eius diſceſſus. Dux ab imperio proſcriptus eſt. Reutlingam obſedit, et occupauit. Contra confoederatos Heluetios mercede conduxit. Armis illi perſequebantur. Ducatu priuatur. Eius filius *Chriſtophorus* ſolum Aduocatiam Tubingenſem obtinuit. Iſte Oenipontum deductus eſt. Ducatum a confoederatis *Carolo* V. coemit. Wirtenbergenſis arx igne deuorata eſt.

Wormatienſium ſeditio.

Volumen octauum, folis 275. contentum, hiſtoriam ab anno 1525 - 1528. exponit. Praemittitur ſequens breuis Operis praefatio.

Breuis cathalogus ſeditionum tumultuumque ac concurſantium Ruſticorum ſuperioris Germanie, doctrina Lutherana concitatorum. Qui conabantur Principes, Nobiles, omnium religioſorum monaſteria ac totum clerum, necnon et omnes fundationes parentum atque predeceſſorum extinguere, huiusmodi bona inter ſe diuidere, totiusque reipublice curam habere ſimul et adminiſtrare, et omnia diuina poſtponere. Hii ruſtici (ſiniſtra doctrina imbuti) per diuerſas regiones et prouintias adinuicem ſcripſere, illos incitantes et confortantes pro executione rebellionis promittentes ſibimetipſis in capite preſentis anni triumphum atque victoriam fauſtumque proceſſum, veluti veris catholicis, contra Barbaros et Papiſtas qui ſolum amant imagines deorum, et decorem eccleſiarum.

In fine huius voluminis Auctor materiarum indicem non adpoſuit. Itaque ſuccinctum rerum intra tres annos geſtarum elenchum chronologico ordine ſubminiſtrabo.

Anno MDXXV.

Ruſtici Campidonenſes, *Algoii*, et 4000. prope *Waltringam* ſeditionem excitarunt. Dux Wirtenbergenſis *Vdalricus Heluetiorum* auxilio ducatum ſuum recuperare voluit. *Geor-*

Georgius Truchſeſſius de *Walburg* confoederatorum Sueuicorum Dux cum ruſticis *Hegioae* pacem iniit. Deinde *Trudlingam* ſe contulit. Idem Duci *Wirtenbergenſi* cum 150. equitibus obuiam procedens, 500. ruſticos, Duci ſuccurrere volentes, penitus proſtrauit. *Rottenburgium* veniens, *Herenbergam* milites contra *Wirtenbergiae* Ducem mittit. *Herenbergenſes* iſti ſeſe ſubiecere. *Georgius Tubinga* cum quibusdam confoederatis, quorum centurio *Ludouicus* Comes de *Helfenſtein* erat, exiuit. Iſtius oratio ad ſuos, et *Stuttgardenſes*. *Vdalricus* obſedit *Stuttgardiam*; aſt, amiſſis omnibus bellicis inſtrumentis, cum ſuis *Heluetiis* fugam arripere coactus eſt. *Truchſeſſius Herenbergam* cum aliis tribus aduocatiis foederi Sueuico ſubiecit. Milites Comitis de *Helfenſtein* contra ruſticos ſeditioſos pugnare nolentes, vexilla reliquerunt, quorum tamen maiorem partem *Fridericus* de *Fürſtenberg* reduxit. *Georgii* oratio ad milites. *Michaelis Feſemayr* oratio ad ſuos *Auguſtenſes*. His duabus orationibus milites confoederati commoti, aduerſus ſeditioſos pugnare decreuere.

Truchſeſſius itaque prope *Laipheim* ruſticorum 8000. aggreſſus, 4000. eorum interemit, 1500. Danubio ſubmerſi, ceteri cum eorum plebano capti ſunt. *Laipheimenſes* ſtipendio vnius menſis militibus ſoluendo, bona ſua et vitam redemerunt. Praefectus *Günzburgenſis Beſſerer* nomine, parochus et alii oppidani pecunia multati, quidam vero cum praedicatore Laipheimenſi capite plexi ſunt.

Langenoae 300. ruſtici interemti ſunt. *Waltingae* prima ſeditio ruſticorum orta eſt. 1500. eorum prope *Wurzachium* occiſi, multique capti ſunt. *Geysbergii* 15000. ruſtici caſtrametati ſunt. Aſt incenſo iſto oppido *Weingardiam* fugere. *Weinsbergenſes*, caſtro ſpoliato, et in cineres redacto, *Ludouicum* de *Helfenſtein* cum vndeuiginti nobilibus in vincula coniecerunt, per lanceas currere, et ſic eos mori coegerunt. Ruſtici 17000. numero prope *Weingardiam* caſtra habentes, pacem cum *Truchſeſſio* compoſuere, tradentes arma, ac vexilla. Ruſtici *Hegouienſes* Archiduci Auſtriae ac aliis principibus multa intulere damna, de quibus tamen multi interiere, alii, qui fuga ſibi conſuluere, tandem arma depoſuerunt. *Heluetii* in hisce tumultibus nulli parti adhaeſerunt.

Wilhelmus Bauariae Dux *Landsbergam* fratri ſuo *Ludouico* contra *Algoios* defendendam tradidit.

Conradus de *Ried* a ruſticis captus, ſolutis 4000. florenis, ſemiuiuus dimiſſus eſt.

Seditio ſubditorum Epiſcopi *Euſtadiani* a Comite Palatino et aliis principibus ſedata. Seditio *Rhaetiae* ruſticorum, qui monaſteria deuaſtarunt, *Oettingam* occuparunt, et Comitem *Ludouicum* in vincula coniecerunt, a Marchione Brandenburgenſi extincta eſt. Monaſterium *Vrsbergenſe* flammis conſumtum.

Ruſtici Hallenſes, *Limpurgenſes* et alii 12000. numero monaſterium *Lorchenſe* et oppidum igne deuaſtarunt. Idem factum monaſterio *Vrſinenſi*. Ruſtici *Argentinae* ruinam minantes, fugati, ac quidam occiſi ſunt. *Algoii* monaſterium *Steingadenſe*, religioſis male tractatis, comburebant.

Dux *Bauariae Wilhelmus* 120. ruſticos interemit, et multos captiuos *Landsbergam* abduxit. Seditioſos *Eluacenſes* Comites Palatini proſtrauerunt. Marchio *Badenſis* a ſuis ſubditis Lutheranam ſectam ſequi coactus eſt.

Georgius Truchſeſſius Confoederatorum Dux cum exercitu ſuo *Weingardia Rottenburgium* peruenit, et *Wirtenbergenſes* ſeditioſos *Herenbergam* obſidentes vicit, et 6465. circiter interſecit, alios vero aere multauit, ac prope *Sindelfingam Melchiorem Nunemacher* Fiſtulatorem igne aſſari fecit. *Sindelfinga Weinsbergam* verſus profectus, rebellibus in via profligatis, *Weinsbergam* cum omnibus bonis flammis comburi iuſſit. *Tyrolenſes* rebelles omnia deuaſtarunt.

Ludouicus Comes Palatinus, ſuos ſubditos rebelles tum multauit, tum in gratiam recepit. Vna cum exercitu foederatorum *Vimam ad Neccarum* ſitam obſedit, et, mul-

Caroli V. Epiſtolae ad quosdam imperii Principes.

Wilhelmi Epiſcopi *Argentinenſis* Epiſtola ad R. I. Principes.

Arſacii Seehofer Monacenſis ſeptemdecim articuli in Vniuerſitate Ingolſtadienſi reuocati.

Articuli *Cooperatorum Waſſerburgenſium* inſtinctu *Michaelis* cuiusdam Lutherani praedicatoris *Auguſtae* ex cathedra publicati, non obſtantibus bulla *Leonis* X. et edicto Caeſaris (*g*).

(g) De iisdem in *hiſt. Relat.* nulla fit mentio.

Sigiſmundus Rex *Poloniae* 40. viros doctrinam Lutheri diſſeminantes capite plecti iuſſit. *Wirtenbergae* vir quidam ob blaſphemiam a doemone obſeſſus eſt. *Auguſtae* in feſto Corporis Chriſti Proceſſio celebrata fuit. *Sigiſmundus* Comes de *Hohenloh* ob Lutheri doctrinam a Capituli ingreſſu excluditur (*h*).

(h) *Ibidem. pag.* 17.

Catalogus Canoniçorum Eccleſiae cathedralis.

Auguſtae antemurale, et Turris *S. Petri* aedificatur.

Dux *Mediolanenſis Franciſcus*, a Caeſare in ducatum iterum inſtitutus, iuſtigantibus *Venetis*, ab illo deſciuit, foedus cum *Papa*, *Venetis*, *Florentinis* et Marchione *Ferrarienſi* iniens; aſt a Caeſarianis victus, et libertate donatus, ad Venetos ſe contulit.

Turcae inuadunt regnum *Hungariae* ad hoc a *Joanne* Waywoda, et *Venetis* excitati; ſed ab *Hungaris* deuicti retroceſſere.

Salisburgenſium ruſticorum ſeditio a *Geismair* ſupra relato excitata, ac a *Confoederatis Sueuicis* ſedata. Ruſtici, eorum Duce fuga elapſo, arma depoſuerunt, ac principi ſuo ſeſe ſubdiderunt. Articuli pacis.

Heluetii, ad errores per *Oecolampadium* et *Zwinglium* vndique diſſeminatos, delendos doctorum virorum diſputationem petierunt (*i*). Oratorum epiſtola ad *Hugonem* Epiſcopum *Conſtantienſem*, vt doctos viros *Badam* conuocaret, data. Doctorum tum a *Heluetiis* miſſorum, tum ex aliis locis aduenientium numerus. Proceſſus diſputationis ab Heluetiis conſtitutus. Errores *Oecolampadii* et *Zwinglii*. Saluus conductus *Zwinglio* et ſuis aſſeclis conceſſus. *Eraſmi Roterodami* ad *Heluetios* Epiſtola. Doctorum et Heluetiorum in vrbe *Badenſi* aduentus. Praeparatio diſputationis, et ipſa diſputatio. Legatorum *Heluetiorum* Epiſtola ad Ducem *Bauariae*, et altera ad Principes in *Spirenſibus* comitiis congregatos miſſa (k).

(i) *Ibidem pag.* 17 - 18.

(k) Nihil de iſtis in *hiſt. Relat.* legitur.

Comitia *Spirae* habita, in quibus de *Lutheri* doctrina, *monetarum* grauamine et de bello *Turcico* deliberatum fuit. Principes ibidem praeſentes. Articuli in iſtis confecti. Quae in iisdem actitata ſunt, auctor ab *Vdalrico Neithard* Vlmenſi, Magiſtro ciuium, ibidem praeſente percepit.

Turcarum mores a Sueuo quodam; qui *Conſtantinopoli* commorabatur, deſcripti. Ad finem Epiſtolae admonet ſuum amicum, vt transfugas in chriſtiano exercitu attento oculo obſeruarent, ac *Cingaros* a *Germania* expellerent; iſtos enim maximum Chriſtianis damnum inferre dicit. Illis praemiſſis, bellum deſcribitur a Turcis *Ludouico Hungariae* Regi illatum.

Turcarum Imperatoris Epiſtola, qua *Ludouico Hungariae* Regi bellum indixit.

Principes Romani Imperii auxiliares copias *Hungariae* Regi miſerunt. Bellum Turcas inter et Hungaros. *Hungari* magnam ſuſtinuere ſtragem, ipſe Rex cum multis proceribus et Epiſcopis occubuit. Hoſtes vsque in *Auſtriam* procedebant, in qua magnum timorem, ac multa mala incolis intulere. *Turcarum* Imperator ob annonae inopiam, et ob inuaſiones Nigri, ac Regis *Perſarum* ab Hungaria victor receſſit. *Veneti* victoriam ab Hungaris obtentam eidem gratulati ſunt.

Ferdinandus Archidux *Auſtriae* eccleſias, monaſteria ſuorum dominiorum omnibus pretioſis orbauit, iisdem vſuris ad Turcas debellandos; aſt ad *Bohemiae* coronam conſequendam impendit, quam etiam obtinuit.

Bohemiae et *Morauiae* deſcriptio. Principum, qui *Bohemiae* coronam petiere, numerus.

Ferdi-

Ferdinandus Auſtriae Archidux ab Hungariae proceribus, iuxta pactum *Maximilianum* inter et *Hungaros*, Rex declaratur. Iſti ſeſe *Joannes* Comes *Wayodae* oppoſuit.

Conuentus imperialis *Eſlingae* habitus, in quo de rebus Hungaricis et quomodo Turcis ſit obuiandum, fuit deliberatum. Perſonae in eodem praeſentes.

Franciſci Galliae Regis ad Conuentum *Eſlingenſem* epiſtola. Eiusdem fraudes a Principibus detectae.

Turcarum Imperatoris ad *Galliae* Regem epiſtola.

Fulmina, ac *grando* pluribus in locis praeſenti anno multa intulere damna.

Norimbergenſes Lutheri ſecta infecti Miſſas abrogarunt, diuinum officium interdixerunt, perſonas Deo ſacratas e monaſteriis expulerunt (*l*).

(*l*) *Ibidem. pag.* 18.

Vlmenſes pro Lutheri aſſeclis nouum coemeterium conſtruxerunt (m).

(*m*) *Ibidem.*

Iidem *Joanni Wintzler* Ord. Frat. Min. Praedicatori catholico vrbem interdixere. Eius litterae teſtimoniales (n).

(n) Haec *ibidem* haud leguntur.

Rex Poloniae *Sigiſmundus* Dantiſcanos ſub poena carceris, mortis et amiſionis rerum temporalium res eccleſiis et monaſteriis ablatas reſtituere coegit. Lutheranae ſectae praedicatores in carcerem coniecit (o).

(o) *Ibidem pag.* 19. et 20.

Albertus Marchio Brandenburgenſis Supremus ordinis Teutonici Magiſter, aſſumta *Lutheri* doctrina, vxoreque ducta, Poruſſiae principatum ſibi vendicare voluit; aſt Poruſſi ei obedientiam denegarunt, ordinique teutonico ſeſe ſubiecere. Dantiſcani vero ſe ſubdere eidem voluerunt, quod tamen Poloniae Rex impediit (*p*).

(*p*) In relat hiſt. de iſtis nil inuenitur.

Angelbergenſes ruſtici ſeditioſi a *Petro Aichelin* diuerſimode puniti (q).

(*q*) *Ibidem pag.* 20.

Auguſtae duae irides adparuere. *Georgius Stenglin* duobus annis 32000. florenorum debita contraxit. Sutor, nomine *Lang* a doemone abſtractus eſt. Idem *Michaeli* cuidam adparuit, ipſum abducere nitens. Qua ex re poſtea lethaliter decubuit. Hac infirmitate non ſolum non ad poenitentiam reuocatus, ſed peior effectus, multas blaſphemias effutiit. Chriſtophorus Herwart miſſas et aniuerſaria fundata in hoſpitali S. Jacobi abrogauit. (r).

(*r*) *Ibidem, pag.* 21.

In Podoliam ex Turcia vehemens ventus tantam multitudinem locuſtarum traiecit, vt 21. milliaria occuparent.

Bambergenſes ſeditioſi a Sueuicis confoederatis occiſi ſunt. Duodecim Presbyteri ruſticos ad rebellionem excitantes peremti. *Caſimirus* Marchio Brandenburgenſis, eiurata Lutheri ſecta, ad eccleſiae ſinum rediit, monaſteriaque reſtituit. S. *Galli* monaſterium ab Heluetiis defenditur. Ciuitas Sectam Lutheri profitetur.

Paulus Epiſcopus Curienſis cum Canonicis ab haereticis expulſus eſt. Wormatienſes et Wimpfingenſes omnes Lutheranos praedicatores profligarunt (s).

(*s*) *Ibidem pag.* 22. *et* 23.

Auguſtae antemurale concidens, tredecim viros oppreſſit. *Antonius Fugger* cum *Anna Rehlingerinn* nuptias celebrauit. *Georgius Weyſierer* multorum principum Conſiliarius ob paupertatem ſeipſum ſuſpendit.

Auguſtae ciues quidam quadrageſimae tempore, licet prohibitum eſſet, carnes comederunt. In feſto S. Crucis quidam equo inſidens eccleſiam intrauit. Vir et mulier in eccleſia S. Crucis publice coierunt. Calceatori Lutherano Oberhuſii ſepultura fuit denegata. Macellarii extranei iuxta Senatus conſtitutionem mactare, et carnes vendere in vrbe potuere (t). Turris S. Petri conſumata eſt. Contractus Mercatorum. Viri et mulieres rebaptizantur. Rebaptizantium fidei articuli. Senatus multos eorum, inter quos

(*t*) *Ibidem pag.* 23. *et* 24.

Eytelhans Langenmantel erat, in vincula conieciţ (u).

Ibidem pag. 24.

Wilhelmus Bauariae Dux eiusque frater tributum ad bellum gerendum poſtularunt. Idem hortum amaeniſſimum confici curauit. Publico edicto ſubditis Lutheranorum ſermones Auguſtae vel alibi audire prohibuit; transgreſſores tam morte quam aliis modis multauit (x).

(x) *Ibidem pag.* 26.

Ferdinandus Auſtriae Archidux et electus Bohemiae et Hungariae Rex Vienna Pragam coronandus vnacum Regina ſe contulit. Itineris, et comitatus deſcriptio. Bohemorum proceres Regi obuiam proceſſerunt. Quinta Februarii Pragam ſolemni pompa ingreſſus eſt. Coronationis ſolemnitas. Reginae Coronatio. Rex Praga Viennam rediit, et bellum *Wayodae* Hungariae occupatori intulit. Ipſo deuicto, totum regnum *Ferdinando* ſe ſubiecit.

Franciſcus Galliae Rex certis conditionibus, datisque obſidibus a *Carolo* V. libertate donatus, in Franciam rediit. Aſt a Papa abſolutus a iuramento, arma iterum contra Imperatorem ſumſit.

Caroli V. bellum contra Galliae Regem et Venetos. Viri ex eiusdem exercitu nobiliſſimi tam peſte quam gladio peremti.

Germani armata manu Romam ingreſſi, ſtipendia petiere, quorum loco ab Hiſpanis Papam obtinuerunt. Iſte Germanis, vt liberum S. Angeli arcem ingredi ſinerent, ſeptem obſides tali pacto tradidit, quod paucis diebus 60000. aureorum eis perſoluere vellet. Solutione dilata, obſides perimere ſtatuere; Aſt ab alio promiſſis ſolutis, iſti a morte liberati ſunt. Germani Vrſinenſium perfidiam ac crudelitatem aequali ſaeuitia vindicarunt.

Exercitus diuerſis in locis hiberna ſumſerunt.

Articuli a doctrina catholica alieni ab eodem capitulo Cathedrali miſſi. Ad eosdem reſponſio, et concluſionum probatio (y).

(y) In relat. hiſt. iſta ſilentio praetereuntur.

Lutheranorum argumenta contra clauſtrales. Eorumdem dilutio (z).

(z) Iſta quoque deſunt.

Signa Wirtenbergae in aere viſa ſunt. Auguſtae ingenti terra motu contremuit.

Turicenſes monaſterium Einſidlenſe, eiectis monachis, ſibi vendicarunt (*a*).

(*a*) *Ibidem pag.* 21. *et* 22.

Clementis VII. epiſtola ad *Carolum* V. Huius reſponſio prolixa admodum.

Papa, Galliarum Rex, Dux Mediolanenſis, Dux Vrbini, Veneti et Florentini Cremonam, caeſarianis inde recedere coactis, obſederunt, et occuparunt. Caeſariani cum Columnenſibus non procul a Roma caſtrametati ſunt. Papa, foedere cum iis inito, milites ſuos dimiſit. Aſt vix foedere icto, *Hugo* de *Monchada* Caeſarianorum Dux cum Columnenſibus Romam armatus intrare, ac Papam comprehendere decreuerunt. Papa, rumore iſto percepto, fuga ſibi conſulens, nouas inducias petiit, ac obtinuit.

Georgius de *Fronsberg* Caeſaris Bellidux dolo Venetorum terram petiit, eosdemque vicit. Deinde Papae, qui inducias violauerat, regiones inuaſit.

Bulla priuationis *Pompei* de *Columna* Cardinalis per *Clementem* VII. edita.

Papa Columnenſium caſtra ſpoliari ac deuaſtari iuſſit. Columnenſes vero cum Vicerege Neapolitano, aliisque Germaniae ac Hiſpaniae militibus Romam aggredi intenderunt. Papa, nuntio triſti admodum percepto, pacem ſupplex petiit. Pacis articuli.

Anno MDXXVII.

Henricus VIII. Angliae Rex 150000. florenos Papae miſit. Multam pecuniarum copiam a Franciae Rege idem ideo obtinuit, vt pacem cum Caeſare initam violaret, quod etiam

etiam, licet inuitis Romanis, fecerat. Itaque vnacum Gallis, Venetis et florentinis contra Caeſarianos aciem conſtruxit.

Papae Bulla, in qua regni Neapolitani Barones et Feudatarios adhortatur, vt R. E. ditiones defendant, contra Columnenſes, et iisdem auxilium praeſtantes dimicent, quodſi id faciant, ſe ab omni ſubiectione Vice-regi debita illos abſoluere velle, ſi autem facere renuant, eos omnibus feudis priuatos declarandos eſſe.

Angeli Germani epiſtola Roma Auguſtam prima Martii 1527. miſſa.

Summum annonae pretium Romae.

Papa pacem a Vice-rege efflagitat. Oratores Papae, Galliae Regis, et Venetorum haud benigne a *Carolo* V. excepti.

Vice-rex Neapolitanus Romam ingreſſus, ab excommunicatione abſoluitur, et inuitis ceteris belliducibus pacem cum Papa iniit.

Caeſariani Romam obſederunt, occuparunt, ingentem ſtragem ibidem ediderunt, eccleſias et domos diripuerunt, Papamque capere voluerunt, his malis permotus Papa pacem ſupplex efflagitauit. Pacis articuli.

Papa et Cardinales cum multis aliis in Apuliam adducti ſunt. Romam occupatam tenuit Caeſaris exercitus. Quidam de illis ad debellandos Gallos et Venetos Mediolanum ſe contulere.

Tartari Poloniam inuadentes a Duce Lituaniae *Conſtantino* deuicti, multi occiſi, multique in vincula coniecti ſunt.

Tenor foederis Papam inter et Gallorum Regem, Venetos, Ducem *Franciſcum Sfortiam*, ac Florentinos contra *Carolum* V. initi.

Caroli reſponſio ad ea, quae foederatorum nuntii et oratores illi ad generalem pacem componendam propoſuerunt.

Eodem anno *Philippus* Caeſaris filius primam adſpexit lucem.

Bambergenſes ruſtici ſeditioſi damna Epiſcopo, Canonicis et nobilibus illata aere reſarcire conati ſunt.

Ludouicus Comes et Elector Palatinus *Philippum* Haſſiae Landgrauium a Secta Lutherana ad ſinum catholicae eccleſiae reuocare fruſtra ſtuduit. Idem arcem Heidelbergae conſtruxit venuſtiſſimam ac inexpugnabilem.

Wilhelmus Bauariae Dux Haereſis reos morte multauit. Rebaptizantium errores. Traditiones confoederationis (b).

(b) *Ibidem pag.* 26. *et* 27.

Bambergae multae Perſonae ob haereſim peremtae ſunt. Auguſtae *Eytelhans Langenmantel* cum aliis exilio punitus eſt. *Joannes Huttenus*, qui plures haereſis veneno infecit Auguſtae mortuus, igne conſumtus eſt. Eius aſſeclae, qui Sanctum eum venerabantur, cineres eius collectos omni honore proſequebantur. Mulieres quaedam Lutheranos praedicatores, *Michaelem Kuen* eccleſiae Cathedralis Coadiutorem inuadentes, capillis trahebant, ſellis percutiebant, ita, vt vix manibus earum effugerent (c).

(c) *Ibidem pag.* 27. *et* 28.

Auguſtae Scriniator quidam adoleſcens, in macellario boues transfodiens, eorumque pedes abſcidens, virgis vrbe expulſus eſt. Ab exilio reuocatus, artem ſuam nefariam proſequebatur, et tandem in Sagittariorum Societatem, licet multis contradicentibus, exceptus eſt.

Venetorum terram peſtis, annoane caritas, et maris fluctus deuaſtarunt.

Legati Galliae Regis ad Turcarum Imperatorem miſſi in Hungariae confinibus capti, et occiſi ſunt.

Legati Moſcouitarum Imperatoris a Caeſare perbenigne excepti ſunt. Regis Perſarum *Sophi* et Indiae *Joannis* Presbyteri foedus.

Galliae Regis claſſis, cui *Andreas Doria* praefuit, Genuam obſedit et occupauit.

Volumen nonum foliis 296. contentum, anni 1528. hiſtoriam complectitur. Accedunt Obſidionis Viennenſis enarratio, Perſonalis aulici, poſt *Maximiliani* Imperatoris mortem, Welſii menſe Januario 1519. conſtituti deſcriptio Germanica; denique orationes capitulares diuerſis temporibus habitae. Praecipua huius operis capita ſequens index alphabeticus exhibet.

Index.

Anabaptiſtae Auguſtae puniti fuere (*d*). Anabaptiſtarum anteſignanus *Balthaſar* de Friedberg Viennae igne multatus eſt (*e*). Anabaptiſtae Kaufburae et Landsbergae poenas dederunt. Anabaptiſmus Auguſtam iterum rediit (f).

(*d*) *Ibidem pag.* 30.
(*e*) *Ibidem pag.* 32.
(*f*) *Ibidem pag.* 39. *et* 40.

Andreas Dorias Pirata a Gallorum Rege deficiens, ad Caeſarianos acceſſit, Galliſque multa intulit damna.

Angliae Rex *Carolo* V. bellum ſubditis contradiçentibus indicens, nihil mali eidem inferre eſt auſus. Vxorem ſuam coram conſiſtorio Eboracenſi repudiauit, eamque iterum adſumere a Caeſare coactus eſt. Cardinalem Eboracenſem ad Galliae Regem miſit, a quo male habitus fuit. Eumdem Epiſcopatu, omnibusque dignitatibus priuatum in exilium relegauit, in quo triſtitia abſorptus mortem oppetiit.

Argentinenſes in Spirenſibus comitiis infamiae nota inuſti, ad Heluetiorum partes tranſiere.

Auguſtenſis Ciuis *Georgius* de *Argen* Fridbergam fugit. *Joannes Herwart* ex triſtitia obiit. Auguſtae SS. Euchariſtiae Sacramentum ad S. Vdalricum fuit valde inhonoratum, et in Carmelitarum eccleſia ablatum (*g*). *Sigiſmundus Welſer*, *Sebaſtianum* de *Knoeringen* vulnerauit. Structura murorum vrbis conſummata fuit, et tres turres depoſiti. In coena Domini, Paſchae et poſtea Anabaptiſtae capti, ac puniti ſunt. *Eytelhans Langenmantel* capite plexus eſt (*h*). Fabrica Hoſpitalis pauperum depoſita eſt. Vrbem *Henricus* Dux Brunsvicenſis equitatu intrauit. Auguſtenſes contra Haſſiae Landgrauium bellatorum numerum miſerunt. Senatui pro impignoratione Schwabeck in promta pecunia ſolutio facta eſt. Domus cum calce pro ſtructura Hoſpitalis igne deuorata eſt. Anabaptiſtis ab exilio reuerti a ſenatu conceſſum eſt (i). Senatus a Caeſaris Cancellario rogatus fuit, vt a Lutherana doctrina diſcederet. Senatus *Othmaro Luſcinio* domo egredi prohibuit. Feſta quaedam celebrare iuſſit idem (k). Mulier quaedam viua defoſſa, et vir quidam in quatuor partes diſruptus eſt. Murus foſſarum cecidit. *Godefridus* de *Berlaching* e carcere aufugit. *Joannes Pfefferlin* Piſcator magnum in Danubio tulit damnum. *Ferdinandi* Regis oratores a ſenatu ſuppetias poſtularunt. Salisburgenſis Cardinalis vrbem ingreſſus eſt. *Sigiſmundus Welſer* cum aliis in eccleſia Minorum altare diruit, et Crucifixi imaginem confregit. Iconoclaſtarum punitio. *Lucas Welſer* filium ſuum a morte liberauit. Eccleſiae a Lutheranis dehoneſtatae ſunt. *Michael* Hereſiarcha blaſphemus (l). Tempeſtas et grando. *Ambroſii Hoechſtetter* proceſſus iudiciarius. *Mathaeus Ehem* eccleſiae Cathedralis lectores iniuriis affecit, ac contra *Raymundum Fugger* cum ſuis malitioſe egit (m). Fuggerorum ençomia. SS. Euchariſtae Sacramentum ludibrio habitum eſt. Magiſtri eccleſiae SS. *Vdalrici* et *Afrae* iniuſte iuriſdictionem eccleſiae ſibi vindicarunt.

(*g*) *Ibidem pag.* 33. *et* 34.
(*h*) *Ibidem pag.* 34. 35. 36. 37.

(*i*) *Ibid. pag.* 40.
(*k*) *Ibid. pag.* 40. 41. 42.
(*l*) *Ibid. pag.* 46. 47. 48.
(*m*) *Ibid. pag.* 52. 53.

runt (n). Senatus tempore famis furnos erexit. Prohibuit ſub graui poena, ne contra Euchariſtiam, B. V. *Mariam* et Sanctos aliquid proferretur (o). Textor Anabaptiſtarum anteſignanus cum ſuis ſociis igne multatus eſt (p). Aquarum excreſcentia.

(n) *Ibid. pag.* 50. 51. 52.
(o) *Ibidem pag.* 54.
(p) *Ibidem. pag.* 56. 57.

Baſileenſes Crucifixi imaginem male tractarunt. Clerus et Studioſi Friburgam abierunt (q).

(q) *Ibid. pag.* 54. 55.

Bauariae Dux *Wilhelmus*, ne ſubditi ſui Auguſtae Lutheranorum ſermones audirent, prohibuit, multosque Anabaptiſtas morte multauit (r).

(r) *Ibid. pag.* 30. 31. 32.

Brandenburgenſis Marchionis epiſtola ad Haſſiae Landgrauium. Idem a Coquo ſuo vulneratus fuit. *Alberti* Marchionis et Archiepiſcopi Moguntini oratores ad Landgrauium miſſi.

Brunsuicenſis Dux inſigni equitatu Italiam petiit, Modenam obſedit, ac cum confuſione regiones ſuas repetiit.

Carolo V. Imperatori a Regibus Angliae et Galliae bellum indicitur. Caeſaris reſponſio. Alia Caeſaris reſponſio tam per praeconem, quam per epiſtolas, ad vtrosque miſſas. Epiſtola ad Praeſidem Burdigalenſem de Gallorum Rege transmiſſa. Caeſar a Gallorum Rege ad duellum eſt prouocatus, quod etiam acceptauit. Duelli locus deſtinatus. Caeſaris redditus a quolibet regnorum ſuorum accepti Item ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus Marchionibus &c Hiſpaniae ſoluendi. Eius exercitus Papiam obtinuit, Gallos ac Venetos a Medialono abegit, iſtis in Lombardia magnam frumentorum copiam abſtulit, pene totam Apuliam recuperauit, ac fere omnem Gallorum Venetorumque excercitum; proſtrauit. Eius Locum tenentes de Seditione Haſſiae Landgrauii Spirae ad principes ſcripſere. Iidem Saxoniae Duci et Landgrauio, vt arma deponerent, iuſſerunt. Caeſar Secretarium ſuum in partes diuidi iuſſit. Burgundiae Duciſſae, vt armis Gallorum copias inuaderet, mandauit. Eius Capitaneus multa Gallis intulit damna. Eius exercitus magnam copiarum, Genuam occupare volentium, partem peremit. Eius Cancellarius *Balthaſar* de *Waldkirch* per gradus ad Epiſcopatum aſcendit.

Ciuitatum imperalium comitia.

Clemens VII. Papa Romam poſt bellum rediit, et in infirmitate ſua duos Cardinales creauit.

Conſtantienſes ab imperio deſciſcentes Heluetiis ſeſe adiunxerunt, auitam fidem reliquerunt, clerum expulerunt, a Turicenſibus quinque aduocatias obtinuerunt.

Cracouiae magnum incendium graſſabatur.

Curienſis Senatus et ruſtici Abbatem S. *Lucii* variis ac inauditis cruciatibus tortum, demum decollari fecerunt (s).

(s) *Ibidem pag.* 45.

Eboracenſis Cardinalis Caeſari infenſus erat, eoquod ipſum ad papatum euehi haud curaſſet. Idem Caeſarem eiusque fratrem in ſermonibus acribus verbis appetiit. A Duce quodam confunditur. Regis Angliae diuortium decreuit.

Erfordienſes Clerum et monaſteria ſpoliarunt. Seditionem, in qua multi Anabaptiſtae interiere, excitarunt. Coram Sueuico foedere adparuere. Archiepiſcopi Moguntini domos deſtruxere, et clerum omnibus priuarunt; ſed et omnia reſtituere coacti ſunt (t).

(t) *Ibid. pag.* 31. 44.

Ferdinandus Bohemiae et Hungariae Rex *Joannem Weydam* vicit, arcesque Erlen et Treutzaoppugnauit. Eius capitaneum captiuum accepit. Seditioſos Principes, *Joannem* Saxoniae Ducem et Landgrauium Haſſiae per epiſtolam manifeſtauit. Ambaſiatores ac munera ad Turcarum Imperatorem miſit. Cum quibusdam Heluetiis confoederatis foedus iniit. Spirae hebdomadam

Volumen nonum foliis 296. contentum, anni 1528. hiſtoriam complectitur. Acc
Obſidionis Viennenſis enarratio, Perſonalis aulici, poſt *Maximiliani* Imperatoris mor
Welſii menſe Januario 1519. conſtituti deſcriptio Germanica; denique orationes cap
res diuerſis temporibus habitae. Praecipua huius operis capita ſequens index alpl
ticus exhibet.

Index.

Anabaptiſtae Auguſtae puniti fuere (*d*). Anabaptiſtarum anteſignanus *Balthaſar* de Friedberg Viennae igne multatus eſt (*e*). Anabaptiſtae Kaufburae et Landsbergae poenas dederunt. Anabaptiſmus Auguſtam iterum rediit (f).

(*d*) *Ibidem pag.* 30.
(*e*) *Ibidem pag.* 32.
(*f*) *Ibidem pag.* 39. *et* 40.

Andreas Dorias Pirata a Gallorum Rege deficiens, ad Caeſarianos acceſſit, Galliſque multa intulit damna.

Angliae Rex *Carolo* V. bellum ſubditis contradiçentibus indicens, nihil mali eidem inferre eſt auſus. Vxorem ſuam coram conſiſtorio Eboracenſi repudiauit, eamque iterum adſumere a Caeſare coactus eſt. Cardinalem Eboracenſem ad Galliae Regem miſit, a quo male habitus fuit. Eumdem Epiſcopatu, omnibusque dignitatibus priuatum in exilium relegauit, in quo triſtitia abſorptus mortem oppetiit.

Argentinenſes in Spirenſibus comitiis infamiae nota inuſti, ad Heluetiorum partes tranſiere.

Auguſtenſis Ciuis *Georgius* de *Argen* Fridbergam fugit. *Joannes Herwart* ex triſtitia obiit. Auguſtae SS. Euchariſtiae Sacramentum ad S. Vdalricum fuit valde inhonoratum, et in Carmelitarum eccleſia ablatum (*g*). *Sigiſmundus Welſer*, *Sebaſtianum* de *Knoeringen* vulnerauit. Structura murorum vrbis conſummata fuit, et tres turres depoſiti. In coena Domini, Paſchae et poſtea Anabaptiſtae capti, ac puniti ſunt. *Eytelhans Langenmantel* capite plexus eſt (*h*). Fabrica Hoſpitalis pauperum depoſita eſt. Vrbem
ricus Dux Brunsvicenſis equitatu int
Auguſtenſes contra Haſſiae Landgrauiun
latorum numerum miſerunt. Senatui pr
pignoratione Schwabeck in promta pe
ſolutio facta eſt. Domus cum calce pro
tura Hoſpitalis igne deuorata eſt. An
tiſtis ab exilio reuerti a ſenatu conc
eſt (i). Senatus a Caeſaris Cancellario
tus fuit, vt a Lutherana doctrina diſcec
Senatus *Othmaro Luſcinio* domo egredi
hibuit. Feſta quaedam celebrare iuſſit
(k). Mulier quaedam viua defoſſa, e
quidam in quatuor partes diſruptus eſt.
rus foſſarum cecidit. *Godefridus* de
ching e carcere aufugit. *Joannes Pfe*
Piſcator magnum in Danubio tulit dam
Ferdinandi Regis oratores a ſenatu ſupp
poſtularunt. Salisburgenſis Cardinalis v
ingreſſus eſt. *Sigiſmundus Welſer* cum
in eccleſia Minorum altare diruit, et
cifixi imaginem confregit. Iconoclaſt
punitio. *Lucas Welſer* filium ſuum a
liberauit. Eccleſiae a Lutheranis deho
tae ſunt. *Michael* Hereſiarcha blaſphem
Tempeſtas et grando. *Ambroſii Hoech*
proceſſus iudiciarius. *Mathaeus Ehem*
ſiae Cathedralis lectores iniuriis affeci
contra *Raymundum Fugger* cum ſuis ma
ſe egit (m). Fuggerorum encomia. SS
chariſtae Sacramentum ludibrio habitur
Magiſtri eccleſiae SS. *Vdalrici* et *Afr*
iuſte iuriſdictionem eccleſiae ſibi vin
ru

(*g*) *Ibidem pag.* 33. *et* 34.
(*h*) *Ibidem pag.* 34. 35. 36. 37.

(*i*) *Ibid. pag.* 40.
(*k*) *Ibid. pag.* 40. 41. 42.
(*l*) *Ibid. pag.* 46. 47. 48.
(*m*) *Ibid. pag.* 52. 53.

Memmingenſes omnia altaria deſtruxe- (z).
Ibid. pag. 43.

Oettingenſis Comes fratris ſui infantem aptiſmatis fonte ſuſcepit.

Palatinus Comes *Fridericus* ſermones in eranas imperiales ciuitates habuit. Co- *Ludouicus* Landgrauium Haſſiae Ligae icae reconciliauit. Comes *Otto Henri-* uptias celebrauit. Comes *Georgius* E- pus Spirenſis obiit. Comes *Philippus* m Dux in Viennae obſidione a Turcis ſe fortiſſimum, ac inuictum exhibuit. *Patauiae* Anabaptiſtae capti et morte pu- unt (a).
Ibid. pag. 31.

Rain Bauariae vrbs incendio maxima ex conſumta eſt.
Ratisbonenſis Senatus cum Clero ſuo et opo perpetuam ſanxerunt pacem.

axoniae Dux *Joannes* non ſolum Lai- ed et presbyteros et monachos ad ar- erenda conſcripſit. Oratorem ſuum ad m *Ferdinandum* miſit nugas ſuas palian- Regis reſponſum. Armis magnam pe- rum copiam ab Epiſcopo Herbipolenſi quere conatus eſt. Arma deponere iuſ- ſus eſt. Eius in comitiis Spirenſibus qua- drageſimae tempore viuendi ratio.

Spirenſia comitia cum ſolemni proceſſio- ne initium ſumſere. Eorum conſultatores. Principes et ſtatus quidam ſpecialiter ad con- ſultandum electi ſunt. Principum et Statuum ibidem praeſentium et abſentium quoque no- mina. Principum et Comitum rebellium no- mina. Principum et ſtatuum circa fidem de- creta. Decretum contra ſeditioſos factum. Quid ibidem de ſubſidio contra Turcas ac- tum ſit. Gallorum Regis nuntius quomodo dimiſſus ſit.

Turcae in Carniola, ac Goricii magnam fecere cladem, multasque praedas abſtulerunt. Imperator graue ſuis ſubditis impoſuit tribu- tum Eius de Germanis iudicium. Idem Viennam obſedit. Exacta huius obſidionis deſcriptio. Eiusdem exitus.

Vienna a Turcis obſidetur. Nobilium et Belliducum in eadem praeſentium nomina. Ibidem, poſt Turcarum receſſum milites ſe- ditionem excitarunt.

Werdenſis Abbas foedus cum Diabolo iniit.

Therlinga in auita fide permanens, mul- ta dona et priuilegia a Caeſare, et Rege obtinuit.

In fine adiecit author nouem orationes diuerſis temporibus habitas, quibus S. Onuphrii *ab ipſo deſcripta adcedit.*

Volumen decimum, foliis 393. conſtans, res anno 1529. geſtas, et comitia anno Auguſtae celebrata, quae ſequens materiarum index exhibet, comprehendit.

Index.

Andorfium et adiacentes regiones ingens rum copia deuaſtauit.
rgentinenſis Epiſcopus quando et quibus- Auguſtam intrauerit.
uguſtae a *Carolo* Caeſare comitia indic- it. Senatus ad excubias 1000. Lancea- quos Caeſar pati noluit, conduxit. Idem catenas ferreas ad concludendas plateas fie- ri curauit, excubiasque die, noctuque tam in turribus, quam plateis, et iuxta p as conſtituit. Ad comitia quo die, et quibuscum quilibet Principum venerit. Quando et qui- buscum Caeſar vrbem intrauerit. Principes in capitolio ſummo mane conuenere, con- ſul-

ſulturi, quo ordine Caeſarem ſuſcipere vellent. Quot Regum Ambaſiatores in comitiis adparuerint. Principes vrbe egreſſi, Caeſari obuiam proceſſerunt. In comitiis vixnon omnium nationum legati fuere. Quo ordine Auguſtenſes Caeſari obuiam iuerint. Praeſentium et abſentium Principum, Comitum, Praelatorum, ac ciuitatum nomina. Feſtum S. *Joannis Baptiſtae* ſolemni pompa, cum pira incenſa a Caeſare celebratum eſt. Senatus munera Caeſari et Romanorum Regi collata, eiusque iuramentum Caeſari praeſtitum. Victualium pretium a Caeſare Auguſtae deſtinatum. Senatus ciuibus extra domos vagari, dum regalia conferuntur, prohibuit. Quilibet Principum vnum vel duos conſiliarios ſecum ad conclaue adſumſit. Qui illi fuerint. Certi quidam fuerunt ad conſultandum electi. Praedi ator eccleſiae S Crucis comitiorum tempore ſeditionem excitans, captus, tortus, in vincula coniectus, ac in cuſtodia perditus fuit. Hominum morte punitorum comitiorum tempore numerus. *Hieronymus Welſer* cum damno ac ſcandalo ſuorum taxillis luſit. *Raymundo Fugger* ob iniurias illi illatas ſatisfactum fuit. Duo Turcae captiui nocte auſugerunt. Caeſar catenas ferreas deſtrui iuſſit. Equi, meretrices et ruſtici ſtadium cucurrerunt. Eccleſia Minorum purgata eſt, in eaque diuinus cultus praeſente Rege *Ferdinando* reinceptus, ſed mox eadem iterum polluta fuit. Quaeſtio, vtrum eadem eccleſia reconciliatione indigeat, reſponſio Legati. Senatus ad Caeſaris interrogata reſponſio. Auguſtenſis Senator interrogatus, quamdiu Euchariſtiam non vidiſſet, quale reſponſum dederit. Senatus ciuibus mandauit, vt ad campanae ſonum armati ſuos capitaneos adcedant. Senatus promiſſis non ſtetit, et pro hac re quinquies maiorem ſenatum conuocauit. In foro vinario magna pecuniarum ſumma mercatoribus furto ablata eſt. Theca vnacum libris Lutheranis in fauillas redacta eſt. Comitiorum exitus, et Principum diſceſſio. Eorumdem ſtatuta mulierculae ceteris exactius obſeruauere. Comitiorum tempore tribunalis locus. Victualium pretii adcurata deſcriptio. *Sigiſmundus Welſer* cancrorum venditionem iuxta librae pondus introduxit.

Badenſis Marchio *Erneſtus* quando, et quibuscum Auguſtam peruenerit.

Bambergenſis Epiſcopi cum ſuis Auguſtam aduentus.

Bauariae Duces *Carolum* Imperatorem inſigni pompa Monachium introduxere, ac diuerſis ludis, et ſpectaculis honorarunt.

Bauariae Duces cum ſuis Auguſtam venerunt.

Bononienſes Carolo obuiam iuere, et omni honore in vrbem introduxerunt. Solemnis *Caroli* in vrbe Bononia coronatio.

Brandenburgenſis Marchionis *Joachim* ad Comitia aduentus. Marchionis *Albertus Fridericus*, et *Joannes Albertus* Auguſtam cum ſuis venerunt. Marchio *Albertus* Moguntinus Archiepiſcopus principum nomine Caeſarem in aduentu oratione ſalutauit. Marchio *Georgius* cum ſuis Auguſtam intrauit. *Joachim* Elector in inueſtituram Ducum Pomeriae conſenſit, et *Georgius* contra eam proteſtatus eſt. *Joachimi* oratio ad Lutheranos Principes, iterataque reſponſione Lutheri doctrinam falſam declarauit. Eiusdem altera oratio nomine Caeſaris ad Principes Lutheranos habita, illosque dicentes ſe errare non poſſe, corripuit.

Brixienſis Epiſcopus cum ſuis Auguſtae aduenit.

Brunſuicenſes Duces, et Bremenſis Epiſcopus cum ſuis Auguſtam venere. Iidem Duces coram Caeſare contra Goſlarios egerunt.

Caritas annonae fere totam Europam premebat.

Carolus cum ſuis regnicolis apud Toletum comitia habuit. Subditi eius ſubſidium pro reformata pace in Italia et pro corona imperiali obtinenda illi promiſere. Eius oratio ad Hiſpanos ante diſceſſum ſuum habita.

Arma-

Armata manu in Italiam venit. Regis Franciae naues offendit. Genuam venit: Alexandriam diripuit. Londonam obtinuit. Cum Gallorum Rege pacem iniit. Genua Bononiam adiit, cui viginti et quinque Cardinales obuiam proceſſere. Quo ordine Bononiam ingreſſus fuerit, et quomodo ſe erga Papam exhibuerit. Cum omnibus Italis, praeter Florentinos, pacem iniit. Ducatum Mediolanenſem Franciſco Sfortiae in feudum conceſſit. Foedus cum Venetis icit. Florentinos, licet multa promiſiſſent, ad R. Imperium adſumere noluit. Eiusdem annui redditus. Ordo proceſſionis ad coronationem, eiusque initium. Papa eidem inſignia a priſcis inuenta tradidit. Caeſar Papae ad Miſſae officium ſeruiuit. Veſte imperiali indutus per vrbem inceſſit. Plures equeſtri dignitate ornauit. Bononia Mantuam venit, vbi Marchionem in Ducem euexit. Oenipontum venit, vbi fratrem, liberos et Reginam obuiam habuit. Schwatzenſes munere honorarunt. Principum, Marchionum, Nobilium et Officialium, quos ſecum habuit, et quibuscum Auguſtam venit, nomina. Quomodo ſe habuerit, cum ei Principes ex Auguſta obuiam iuiſſent. Principibus manus porrexit. Auguſtae feſtum Corporis Chriſti cum Principibus deuotiſſime celebrauit. Comitia cum Miſſae Sacrificio de Spiritu S. cui omnes Principes adſtare debuere, inchoauit. Vigiliam S. *Joannis Baptiſtae* cum coelico igne, omnique ſolemnitate eiusdem feſtum celebrauit. Catholicos Principes ad ſe inuitauit. Magiſtrum ciuium et Scabinum de Yberlinga militiae tradidit. Viginti et octo doctores contra Lutheranos conuocauit. Quosdam Principes, qui conſultanda diſcuterent, elegit. Feſtum S. *Vdalrici* in noſtra eccleſia celebrauit. Eidem literae de Maurorum clade ex Hiſpania adlatae ſunt. Eius ordinatio, quomodo quilibet ſe die noctuque habere debeat. Quomodo Daciae Regem exceperit. Regalia et feuda Pomeriae Ducibus, et Poruſſiae Magiſtro conceſſit. Quomodo ſe, aduentante nuntio de filii eius obitu, geſſerit. Spira omnes Praeſidentes locumtenentes et RegentesAuguſtam vocauit. Quosdam Principes, Comites, Nobiles et Doctores ad negotia expedienda et ad conſultationes elegit. Quatuor ſenatus nimirum Hiſpanicum, Germanicum, Italicum etBurgundicum habuit. Principibus SS. Euchariſtiae Sacramentum adorare iuſſit. Lutheranos Principes ad auitam fidem redire cum comminatione admonuit. Arbitros inter Catholicos et Lutheranos indulſit, iisque remedia ad vnionem promouendam ex S. Scriptura eruere conceſſit. Choreae et Bombardorum ludi. Caeſar, fidem auitam protegere iurauit. Electores et alii Principes et ſtatus Caeſari auxilium contra Lutheranos promiſerunt. Iſte Principibus promiſit, ſe tamdiu in Germania permanſurum, quousque Secta Lutherana extirpata fuiſſet. Fratri ſuo prope Wellenburg in praeſentia Principum et Reginarum feuda et regalia conceſſit. Duellum iniit. Ciuitatibus denuntiauit, Zwinglianam doctrinam tenentes ſe pati velle. Caeſari quatuor ciuitates in fidei doctrina contradixerunt. Publice legi fecit coram Principibus et ſtatibus omnia comitiorum concluſa. Eius ex Auguſta diſceſſus.

Clemens Papa cum curia ſua Bononiam adiit. Omnium officiorum deſcriptio. Suum conſanguineum de *Medicis* decollari fecit. Quomodo verbis et geſtis Caeſarem ſuſcipiendo ſe habuerit. Qua pompa ad ingreſſum eccleſiae in Caeſaris coronatione ſe ornauerit, et quomodo, Caeſare coronato, in ſuo habitu per vrbem Bononiam inceſſerit. Ibidem tres creauit Cardinales.

Colonienſis Archiepiſcopus cum ſuis Auguſtam venit.

Conſtantienſis Epiſcopus Cancellarius Caeſaris cum ſuis Auguſtam ingreſſus, ibidem Epiſcopus conſecratus eſt.

Euſtettenſis Epiſcopus cum ſuis ad comitia peruenit.

Fames dira per Germaniam graſſabatur.

Felix de *Werdenberg* Auguſtae obiit.

Ferdinandus Rex vnacum coniuge et liberis fratri ſuo obuiam iuit. Auguſtam cum ſuis venit, eiusque vxor cum ſuis ſecuta eſt. *Maria* eius Soror Auguſtam quoque peruenit. Duellum iniit. Caeſarem et Principes ad conuiuium inuitauit, choreasque celebrauit. Auguſtae inueſtituram accepit.

Florentini ab exercitu Papae et Caeſaris obſeſſi ſunt. Piſani eis ſuppetias miſere. Eorum obſeſſio ſoluta eſt. Florentinorum Dux *Alexander* Auguſtae Caeſarem adiit. Auguſtae ſuos oratores habuere, rogantes, vt Romano imperio adſociarentur. Florentinorum intentio.

Franciſcus Gallorum Rex cum ſorore Caeſaris Leonora nuptias celebrauit, omniaque debita Caeſari parata pecunia diluit.

Heydenheimenſis arx in cinerem redacta eſt.

Herbipolenſis Epiſcopus cum ſuis Auguſtam venit.

Hiſpani SS. Euchariſtiae Sacramentum venerari nolentes, male tractarunt. Auguſtae omnia vltra debitum parata pecunia ſoluerunt.

Landgrauii Haſſiae Auguſtae cum ſuis aduentus. Eius aulici in diebus Rogationum impie geſſerunt. A comitiis aufugit.

Legatus Apoſtolicus Auguſtam cum ſuis venit. Eius oratio in comitiis habita.

Leodienſis Epiſcopi cum ſuis Auguſtae aduentus. Ei nocte pecunia furto ablata fuit.

Luneburgenſes Duces ad comitia cum ſuis venerunt. In diebus Rogationum Proceſſionibus praeſentes cachinnis, ac ludibriis repleuerunt.

Lutherus quomodo ſe geſſerit, et ad comitia ſcripſerit.

Lutherani Principes in feſto Corporis Christi proceſſionem comitari noluerunt. Eorumdem fidei confeſſio et articuli in vulgari et latina lingua exhibiti Eorum doctrina de SS. Trinitate a Caeſare adprobata. Docent, omnes homines naſci filios irae. Caeſar ex parte hunc articulum reiecit. Eorum doctrina de duplici in Chriſto natura, de hominum iuſtificatione, de adminiſtratione Sacramentorum, et verbi Dei praedicatione, de fide, et bonis operibus, de Baptiſmo, de coena Domini, de confeſſione, de poenitentia, de vſu Sacramentorum, eorumque miniſtris, de eccleſiae ritibus, de rebus ciuilibus, de extremo iudicio, de libero arbitrio, de cauſa peccati, de cultu Sanctorum, de communione ſub vtraque ſpecie, de Sacerdotum coniugio, de Miſſae Sacrificio, de diſcrimine ciborum, de votis Monachorum, de poteſtate eccleſiaſtica. Epilogus omnium articulorum. Caeſar quosdam eorum adprobauit, quosdam vero reiecit.

Lutherani Principes a Caeſare reſcriptum confutationis illorum, quae eis denegata fuere, petierunt. Lutheranis minatus eſt Caeſar. Reſponſio Lutheranorum ad *Joachimi* Electoris adlocutionem. Huius ad illam reſponſio. Promiſſa Caeſari reuocarunt. Lutherani in quibus cum Catholicis conuenerint. Illorum doctrinae continua inſtabilitas. Illis Caeſar monaſteriis ablata reſtitui iuſſit. Eorum reſponſio. Iſtos, aiebat Brandenburgenſis Elector, omnes haereſes ab inferis reuocaſſe, et ſpoliatores nominabat. Comminationes Caeſaris. Lutheranos infeſtare omnes Principes Caeſari promiſerunt, quod iſti maximopere deplorabant. Negant ſe eſſe coenobiorum ſpoliatores. *Joachim* Marchio iuſſu Caeſaris illis reſpondit, Papam, Reges, et alios Principes auxilium contra illos praeſtituros eſſe, improperat quoque, eos propria ſigilla violaſſe, ac contrafeciſſe, fidem fregiſſe, famoſis libellis Caeſarem. Regem, Electores et alios Principes offendiſſe, ac ſeditionem excitaſſe. Inducias poſtulant, quae tamen eis denegatae ſunt. Eos vltimato *Joachim* Marchio abſoluit. Lutherani Auguſta abiere, relinquentes ſuos conſiliarios. Lutheranorum reſponſio ad ſeptem articulos. Viginti et unus eorum articuli. Eorum declaratio quorumdam punctorum. Cancellarii Marchio-

chionis Badenſis reſponſio. Lutherani, ſub qualibet ſpecie eſſe verum Chriſtum, adfirmant, quod tamen publice docere recuſarunt. Iſtis tertia vice amicabilis compoſitionis via aperta fuit; aſt absque fructu. A *Joachimo* Marchione, vt reſipiſcerent, admoniti fuere. Eorum reſponſio.

Margareta filia *Maximiliani* Imperatoris *Franciſcum* Galliae Regem *Carolo* reconciliauit. Eius obitus.

Mariae Caeſaris Soror Auguſtam cum ſuis venit.

Mechlenburgenſium Ducum *Alberti* et *Henrici* Auguſtae aduentus.

Oratio Moguntini Archiepiſcopi in Caeſaris aduentu habita. Oratio *Vincentii Pimpelli* Archiepiſcopi Roſenſis in Comitiis dicta. Oratio *Friderici* Palatini Caeſaris nomine in prima ſeſſione habita. Oratio Auſtralium pro ſubſidio contra Turcas. Oratio Ducis Saxoniae et Lutheranorum. Oratio *Joachimi* Marchionis Brandenburgenſis in Lutheranos. Oratio *Wolſgangi Frangipani* pro Croatis ad Caeſarem et Principes habita. *Joachimi* Marchionis ad iſtam reſponſio. Oratio *Friderici* Palatini pro inueſtitura Regis *Ferdinandi*. Orationes Epiſcopi Varadinenſis ad Caeſarem et Electores. Orationes quatuor Marchionis Brandenburgenſis in Lutheranos.

Oratoris Hungariae et Sclauoniae libellus grauaminum Caeſari et ſtatibus exhibitus.

Palatini Comites *Henricus* Praepoſitus Eluacenſis, *Wolſgangus*, *Otto Henricus*, *Philippus* et *Fridericus* ad comitia venerunt. Palatinis Caeſar aduocatiam Hagenoenſem donauit.

Pomeriae Duces Auguſtam venerunt, et ibidem Regalia et feuda accepere.

Poruſſiae ſupremi Magiſtri Auguſtae aduentus. Ibidem regalia et feuda accepit.

Sabaudienſis oratoris poſtulatio.

Salisburgenſis Archiepiſcopi Auguſtae aduentus.

Saxoniae Ducum *Joannis* et *Georgii* ad comitia aduentus. Electoris Lutheri doctrinae addicti tragoedia coram Caeſare et ſtatibus exhibita. Ipſe cum filio ſuo et miniſtris noctu armatus fuit. Fidem violauit, ſeditionemque excitauit. Auguſta abiit.

Spirenſis Epiſcopus in comitiis adparuit.

Tridentinus Epiſcopus cum ſuis ad comitia ſe contulit.

Tberlinga in auita fide perſeuerans a Caeſare et Rege multis donata fuit priuilegiis et muneribus.

Zwinglii errores.

Haec ſunt huius voluminis contenta, de quibus pauca admodum in Hiſtoria de ortu et progreſſu haereſum *inſerta leguntur.*

Volumen vndecimum, foliis 279. contentum, ea enarrat, quae annis 1530-1533. contigerunt. In fine index nullus inuenitur ſubnexus; itaque notabiliora iſtius contenta ordine chronologico breuiter adſignabo.

Anno MDXXX.

Ferdinandus Romanorum Rex ex conſilio Caeſaris ac imperii Principum duos oratores *Joſephum* de *Lamberg*, et *Nicolaum Juriſchitz* Conſtantinopolim miſit. Horum Legatorum nomina perſonarum, quas ſecum ſumſerunt. Deſcriptio, tam populorum, quam locorum, per quae tranſierunt. Boſniae deſcriptio a Legatorum interprete *Benedicto Curipe*.

ripeſchitz adumbrata. Legati Conſtantinopoli honore ſunt ab Imperatore excepti. Conſtantinopolim 22. Decembris anni 1530. reliquerunt, et octaua Februarii 1531. Labaci aduenere. Conſtantinopolis iuxta *Wolfgangi* de *Zilenhard* narrationem deſcriptio.

Carolus, comitiis finitis, Auguſta cum fratre ſuo *Ferdinando*, et aliis Principibus recedens, Electorem Palatinum, a quo ſummo honore fuit exceptus, acceſſit. Archiepiſcopum Moguntinum eidem tunc temporis reconciliauit. Ab Electore Spiram, Moguntiam, et denique Coloniam profecti ſunt. In itinere *Ferdinandus* et Epiſcopus Tridentinus in magno vitae periculo verſati ſunt.

Carolus et *Ferdinandus* ſororis exequias maximis expenſis Coloniae celebrarunt.

Anno MDXXXI.

Caeſar Coloniae Natalem Domini celebrauit. Francofordiae Lutheri ſectae deditae electionem Romanorum Regis peragere noluit. Itaque in vigilia Epiphaniae Coloniae *Ferdinandus* a quinque Electoribus Catholicis Rex Romanorum creatus eſt, contradicentibus Principibus Lutheri doctrinae additis (*b*). Colonia per Juliacum Aquisgranum contenderunt, vbi Rex inunctus ac coronatus fuit. Coronationis ſolemnitas deſcribitur. Solemnitatibus abſolutis, Imperator, Rex, Electores et Principes digreſſi, patriosque lares quilibet petiit, Caeſar in Brabantiam, Rex in Auſtriam ſe contulit.

(*b*) *Ibid. pag.* 95.

Ferdinandus in reditu ſuo a Colonienſibus, Spirenſibus et Auguſtenſibus Werdeae fidelitatis iuramentum accepit. Deinde profectus Lincium, demum in Bohemiam, vbi comitia celebrauit, peruenit. In hebdomada S. in Morauia comitia habuit, Belliducem ſuum *Wilhelmum* de *Rogendorf* aduerſum *Joannem* de *Zips* in Hungariam cum exercitu miſit. Budae expugnatio, eiusque ſolutio. *Viti Kantengieſſer* Laugingenſis geſta.

Leonora Imperatoris Soror Regina Galliae inuncta eſt.

Carolus Brabantiae ditiones adiit, ab iisque homagium ſibi praeſtari fecit.

Anabaptiſtae Baſileae, Höchſtadii, Gundelfingii et Straubingae tam morte quam exilio multati ſunt (*c*).

(*c*) *Ibid. pag.* 96.

Wolfgangus Wogelmann Burggrauius Auguſtenſis, inſuper habito Caeſaris ſaluo conductu, a Memmingenſibus tortus et decollatus eſt (*d*).

(*d*) *Ibid. pag.* 96. 97.

Auguſtae octo Catholici Senatu excluſi (*e*).

(*e*) *Ibid. pag.* 98.

Antonius Bimel magiſter ciuium vir opulentus admodum octauo ſuae electionis die ſubito extinctus. Huic textorum Scabinus *Magnus Seitz* ſubrogatus eſt.

Prope *Auguſtam Anabaptiſtae* conuenticula habuere. Venerunt etiam 10. viri et tres mulieres ad domum praedicationis monaſterii S. *Vdalrici*, ibique multis conuenientibus, praedicauere; aſt ab vrbis praefecto vna omnes capti ſunt. Incarcerati quoque ſunt quadraginta viri et mulieres, qui iisdem hoſpitium dedere. Idem per praeconem ſub poena prohibitum fuit. Vxor textoris *Vnſhelm* in tribus peperit matriculis. Alia mulier catellum peperit (*f*).

(*f*) *Ibid. pag.* 89. 99.

Lincii, Zusmershuſii, Mantelhofii Anabaptiſtae puniti ſunt.

Magiſter ciuium Viennenſis Auguſtae Vlmae et Norimbergae ſubſidia ad Turcas debellandos poſtulauit et obtinuit.

Clemens Papa *Joannem* de *Zips* Turcarum amicum per ſubdelegatum excommunicauit.

Georgius Marchio Brandenburgenſis tres homicidas excoriari iuſſit.

Litzel-

Marchionis Muſſi bellum cum Curienſibus et Heluetiis.

Comitum Palatinorum et Caeſarienſis Abbatis ob iurisdictionem diſcordia.

Inundatio multa intulit damna.

Joachim Marchio Brandenburgenſis Stendalienſes Lutheri ſectam ſequentes multauit (*g*).

(*g*) *Ibid. pag.* 101.

Brunſuicenſis Dux Ericus ob magiſtrum ciuium male tractatum a ciuibus in vincula coniectus eſt.

Peringenſes omnia damna illata reſarcire promiſerunt.

Mercatores inferioris Germaniae dolo, a quodam Pirata Rheno nauigante capti ſunt. Pirata a Praefecto Juliacenſi cum ſuis captus, denique capite plexus eſt.

Biberacenſes altaria deſtruxere, ob quod Catholici eos inuaſerunt, ac multos occiderunt. Idem fecerunt Waldſeenſes (*h*).

(h) *Ibid. pag.* 100.

Peſtis in Wirtenbergia multos homines abſtulerat.

Moniales Gundelfingenſes monaſterio egreſſae matrimonium contraxere. Illarum monaſterium *Otto Henricus* Comes Palatinus monialibus Geiſlingenſibus, ab Vlmenſibus expulſis, tradidit.

In ditionibus Vlmenſium *Oecolampadius*, *Zwinglius*, *Buzerus* et alii a Senatu vocati errores diſſeminarunt, ac omnes ſubditos ad eorum partes trahere conati ſunt. *G*aiſlingenſes fruſtra iisdem reſiſtere ſtuduerunt. Idem facere in comitatu Helenſtain voluerunt. *Bernardus Beſſerer* magiſter ciuium a Senatu poſtulauit, vt filius, fratres, conſanguinei eius in conſules, ſenatores et iudices eligerentur. Electi quoque ſunt in Conſules Sacerdotes apoſtatae et vxorati. His peractis Senatus miſſas celebrare, aut audire prohibuit, altaria deſtruxit, imagines confregit &c. Religioſis idem facere et habitum religioſum exuere praecepit. Prior ord. Praedicatorum id facere renuens, Stuttgardiam cum quibusdam fratribus ſe contulit, documenta ſecum adſumens, et omnes cenſus ac redditus Stuttgardienſibus relinquens. Vlmenſes ſub poena et priuatione priuilegiorum ab Imperatore bona Dominicanis ablata reſtituere iuſſi ſunt. Canonici Regulares monaſterium vnacum redditibus Senatui reſignarunt, ordinemque reliquerunt. Praepoſitus vero Vlmam relinquens Blaubeyram ſe contulit. Senatus, ea re percepta, a Praepoſiti fratribus illi auxilium fuiſſe praeſtitum ſuſpicans, eos in vincula coniecit, et tunc demum libertatem eis conceſſit, dum ipſe Praepoſitus fratrum ſuorum innocentiam comprobaſſet. Vlmae omnes Capellae ſolo aequatae ſunt (*i*).

(*i*) *Ibid. pag.* 101. 102. 103. 104.

Simon Rayd Auguſtenſis, Plebanus in Laugingen, Parochiam ſuam relinquens, Vlmam petiit, auitae fidei valedixit, vxorem duxit, ac a Senatu Vlmenſi Oberkücheñſis Praedicator conſtitutus eſt.

Balthaſar de *Waldkirch* Epiſcopus Hildesheimenſis et Conſtantienſis, Praepoſitus plurium eccleſiarum, et Cancellarius Caeſaris, vt vir malae fidei ac auaritiae deditus deſcribitur.

Pretium Victualium Auguſtae ſummum erat. Auguſtenſis Senatus caritatis tempore furnos erexit, panesque coqui fecit.

Vdalricus Rehlinger imagines confringens in vincula coniectus eſt (*k*). Duae moniales Auguſtae ordinem reliquerunt. *Chriſtophorus* de Bobingen, Primitiis celebratis, altera die nuptias celebrauit. Vicarius S. *Mauritii* in fornicatione deprehenſus, in gyrgathum coniectus, et denique in exilium miſſus eſt (*l*).

(*k*) *Ibid. pag.* 104.

(*l*) *Ibid. pag.* 105.

Heluetiorum bellum cauſa religionis initium, Pacis articuli, et belli finis.

ripeſchitz adumbrata. Legati Conſtantinopoli honore ſunt ab Imperatore excepti. Conſtantinopolim 22. Decembris anni 1530. reliquerunt, et octaua Februarii 1531. Labaci aduenere. Conſtantinopolis iuxta *Wolfgangi* de *Zilenhard* narrationem deſcriptio.

Carolus, comitiis finitis, Auguſta cum fratre ſuo *Ferdinando*, et aliis Principibus recedens, Electorem Palatinum, a quo ſummo honore fuit exceptus, acceſſit. Ar piſcopum Moguntinum eidem tunc tem reconciliauit. Ab Electore Spiram, Mo tiam, et denique Coloniam profecti In itinere *Ferdinandus* et Epiſcopus Tri tinus in magno vitae periculo verſati *Carolus* et *Ferdinandus* ſororis exeq maximis expenſis Coloniae celebrarunt.

Anno MDXXXI.

Caeſar Coloniae Natalem Domini celebrauit. Francofordiae Lutheri ſectae deditae electionem Romanorum Regis peragere noluit. Itaque in vigilia Epiphaniae Coloniae *Ferdinandus* a quinque Electoribus Catholicis Rex Romanorum creatus eſt, contradicentibus Principibus Lutheri doctrinae additis (*b*). Colonia per Juliacum Aquisgranum contenderunt, vbi Rex inunctus ac coronatus fuit. Coronationis ſolemnitas deſcribitur. Solemnitatibus abſolutis, Imperator, Rex, Electores et Principes digreſſi, patriosque lares quilibet petiit, Caeſar in Brabantiam, Rex in Auſtriam ſe contulit.

(*b*) *Ibid. pag.* 95.

Ferdinandus in reditu ſuo a Colonienſibus, Spirenſibus et Auguſtenſibus Werdeae fidelitatis iuramentum accepit. Deinde profectus Lincium, demum in Bohemiam, vbi comitia celebrauit, peruenit. In hebdomada S. in Morauia comitia habuit, Belliducem ſuum *Wilhelmum* de *Rogendorf* aduerſum *Joannem* de *Zips* in Hungariam cum exercitu miſit. Budae expugnatio, eiusque ſolutio. *Viti Kantengieſſer* Laugingenſis geſta.

Leonora Imperatoris Soror Regina Galliae inuncta eſt.

Carolus Brabantiae ditiones adiit, ab iisque homagium ſibi praeſtari fecit.

Anabaptiſtae Baſileae, Höchſtadii, Gundelfingii et Straubingae tam morte quam exilio multati ſunt (*c*).

(*c*) *Ibid. pag.* 96.

Wolfgangus Wogelmann Burggrauius guſtenſis, inſuper habito Caeſaris ſaluo ductu, a Memmingenſibus tortus et dec tus eſt (*d*).

(*d*) *Ibid. pag.* 96. 97.

Auguſtae octo Catholici Senatu ex ſi (*e*).

(*e*) *Ibid. pag.* 98.

Antonius Bimel magiſter ciuium vir pulentus admodum octauo ſuae electionis ſubito extinctus. Huic textorum Scabi *Magnus Seitz* ſubrogatus eſt.

Prope *Auguſtam Anabaptiſtae* conue cula habuere. Venerunt etiam 10. viri tres mulieres ad domum praedicationis naſterii S. *Vdalrici*, ibique multis conu entibus, praedicauere; aſt ab vrbis prae to vna omnes capti ſunt. Incarcerati q que ſunt quadraginta viri et mulieres, iisdem hoſpitium dedere. Idem per prae nem ſub poena prohibitum fuit. Vxor t toris *Vnſhelm* in tribus peperit matricu Alia mulier catellum peperit (*f*).

(*e*) *Ibid. pag.* 89. 99.

Lincii, Zusmershuſii, Mantelhofii A baptiſtae puniti ſunt.

Magiſter ciuium Viennenſis Auguſtae mae et Norimbergae ſubſidia ad Turcas bellandos poſtulauit et obtinuit.

Clemens Papa *Joannem* de *Zips* Tu rum amicum per ſubdelegatum excom nicauit.

Georgius Marchio Brandenburgenſis homicidas excoriari iuſſit.

Litzel

Tinctores et Tonſores pannorum ob fraudem et furta tam morte, exilio quam poena pecuniaria multati ſunt. Significatio pretii frumentorum.

Baſileae Chriſtophorus Bongartner vxorem ſuam ob adulterium occidit, et ſeipſum inuocato prius nomine Jeſu, praecipitem dedit.

Nerlingae Georgius Ainkiren fratrem ſuum interfecit.

Heluetiorum comitia, in quibus, omnia bona eccleſiaſtica ablata reſtituere, auitam religionem reſumere, decreuere. Illorum cum Conſtantienſibus diſcordia.

Cometa Auguſtae et in aliis regionibus viſa eſt.

Joannes Ducis Saxoniae obitus.

Carolus et *Ferdinandus*, bello Turcarum finito, ab inuicem ſeparati ſunt. Ferdinando duo contigere infortunia.

Friderici et *Wolfgangi* Comitum Palatinorum aulici.

Nomina nobilium à *Friderico* Duce Saxoniae, a Principibus Anhaldenſibus, a Ducibus Brunsuicenſibus, a Marchione Brandenburgenſi, a Ducibus Bauariae, ab Epiſcopis Spirenſi, Argentinenſi, Treuirenſi, Moguntinenſi, Salisburgenſi, Bambergenſi, Herbipolenſi, et ab aliis S. R. I. Principibus et ciuitatibus contra Turcas miſſorum.

Adſignatio generalis prouinciarum, Principatuum, Dominiorum tam Principum, Comitum, Baronum, Nobilium quam vrbium iuxta S. R. I. circulos, et quot quilibet ſtatus milites habere debeat.

Chriſtophorus Dux Wirtenbergenſis clam ex aula *Ferdinandi* aufugiens, ad patrem ſuum ſe contulit.

Carolus Italiam cum ſuo exercitu petiit, et a Venetis omni honore exceptus eſt.

Andreae Doriae occupationes a Turcis factae.

Caroli et Papae Bononiae conuentus, et mutua eorum interlocutio. Solemnitas Natalis Domini ibidem celebrata.

Anno MDXXXIII.

Franciſcus Galliae Rex amicitiam Caeſari, ſi Genuam illi reſtitueret, promittit. Caeſar talem conditionem reſpuit. In Hiſpaniam, fratre ſuo S. R. I. Vicario conſtituto, remeauit. Duci Saxoniae tamdiu inueſtituram concedere noluit, quamdiu ille *Ferdinandum* Romanorum Regem non agnoſceret.

Angliae, et *Scotiae* Regum bellum.

Senatus Auguſtenſis eccleſiae Minorum ornamenta vendidit. Lutherani in eccleſia S. *Mauritii* miſſam celebrare prohibuerunt, et aliam petulantiam exercuere. Die Paraſceues Saluatorem ad ſepulchrum portare impedire voluerunt, campanasque pulſari fecerunt. Verbum Dei populo annuntiare, Solemnitatem Aſcenſionis celebrare prohibuerunt, vexilla et alia ad altare Parochi ſpectantia abſtulerunt. Aſt *Antonius Fugger* petulantiae *Marci Ehem* fortiter reſtitit, diuinumque cultum propriis ſumptibus omni ſolemnitate celebrari fecit. Textoris cuiusdam factum nefandum admodum in eccleſia S. *Vdalrici* perpetratum (*p*).

(*p*) *Ibid. pag.* 109. 114.

Caroli et *Ferdinandi* Legati Conſtantinopolim miſſi, foedus cum Turcarum Imperatore icturi.

Andreas Dorias Caeſarem in Hiſpaniam perduxit.

Hieronymi de *Zara* Oratoris Regis Hungariae e Conſtantinopoli epiſtola ad *Joannem Katzianer* Auſtriae inferioris Belliducem transmiſſa.

Muradi Satrapae Boſniae epiſtola ad *Joannem Puchler* Styriae, Carinthiae et Carniolae ſupremum Capitaneum. Iſtius reſponſio.

Puchleri et *Andreae* de *Lemberg* epiſtola ad comprouintiales.

Oratores Turcarum Imperatoris omni honore a *Ferdinando* Viennae excipiuntur.

Joannis Presbyteri dominiorum deſcriptio.

Regis Aethiopum Legatus *Franciſcus Aluarez* ad Papam miſſus, duas literas Aethiopum lingua ſcriptas iſti tradidit. Epiſtola *Joannis* Portugaliae Regis. Aethiopum Regis epiſtola ad Portugaliae Regem *Emanuelem.* Altera eius epiſtola ad *Joannem* Portugalliae Regem. Duae eiusdem epiſtolae ad Papam.

Legati Regis Aethiopum oratio in conſiſtorio habita, Secretarii Papae reſponſio. De potentia Regis Aethiopum breuis inſtructio.

Epiſcopi Temixtitani epiſtola ad Capitulum generale fratrum Minorum Toloſae celebratum miſſa.

Carolus Caeſar, *Joannes* Rex Portugalliae et *Joannes Presbyter* Mecham occuparunt. Itaque, his auditis, Turcarum Imperator magnum exercitum contra illos miſit.

Angliae Rex legitimam vxorem repudiauit, ac aliam ducere haud dubitauit.

Principum quorumdam *Germaniae* Norimbergae conuentus.

Principes Laici ob monetas nouas cudendas Spirae conueniunt. Aſt cum Legati *Ferdinandi* etiam aduenissent, et primum Seſſionis locum occupare voluiſſent, re indeciſſa relicta, omnes diſceſſerunt.

Clemens Papa et *Carolus* Imperator legatos ad Saxoniae Ducem de futuro concilio tractaturos Weinmariam miſerunt. Articuli praeliminares futurum concilium reſpicientes. Reſponſio Ducis Saxoniae. Lutheranorum Principum et ſtatuum reſponſio vltima die Junii ſcripta exhibita.

Coniurati Anabaptiſtae multa mala Germaniae inferentes capti, et multati ſunt (*q*).

(*q*) *Ibid. pag.* 114.

Auguſtenſis Senatus quosdam ad Epiſcopum ablegauit, petentes, vt miſſae officium abrogetur, pulſus Campanarum prohibeatur, et vt clerici cum laicis conueniant, Senatuique Parochos et Praedicatores inſtituere concedat. Hoc petitum Epiſcopus penitus reiecit. Serui doctoris *Rehlinger* petulantia a *Wolfgango Freyberg* grauiter punita. Alterius petulantiam *Sebaſtianus Schertlin* multauit. Proceſſiones Senatus abrogare voluit. Decanus et Capitulum Cathedrale proceſſionem in feſto Corporis Chriſti ob ſeditionem timendam inhibuit. Hoc anno Canonici Cathedrales et S. *Mauritii* in profeſtis SS. *Vdalrici*, et *Afrae* proceſſionem ad Sanctorum iſtorum eccleſiam publice inſtituere non audebant. In profeſto Corporis Chriſti Eccleſiae magiſtri magnam campanam ab Abbate S. *Vdalrici* poſtularunt, aſt non obtinuerunt. Vas aquae benedictae ablatum confregerunt, et pro 49. florenis vendiderunt. Horologium in turri eccleſiae S. *Vdalrici* erigere voluerunt (*r*).

(*t*) *Ibid. pag.* 114.-17.

Senatui Auguſtenſi Scriptum aliquod in via publica inuentum traditum eſt. Denuntiatori Scriptoris iſtius 1000 floreni promiſſi ſunt. Aliud ſcriptum inuentum fuit. *Bernardus* de Amerſee, et Balneator Kaufburenſis ob ſuſpicionem acſi litteras illas ſcripſiſſent, incarcerati ac grauiter torti, innocentes agniti, dimiſſi ſunt.

Quatuor viri conſilium, quemcunque offenderent, ſpoliandi ac perimendi inierunt. Cometa Auguſtae et in aliis locis viſa eſt. Carnium et frumentorum pretium.

Ludouici iunioris Comitis Oetingenſis fata.

Plebanus Debnicenſis ob blaſphemias graui vindicta a Deo multatus (*s*).

(*s*) *Ibid. pag.* 117.

Viennae pax Hungariae Regem inter et Turcarum Imperatorem inita publicata eſt.

Andreae Doriae contra Turcas expeditiones.

Clemens Papa Marſiliam iter inſtituit. Eius ſplendidus in eamdem ingreſſus. Rex Franciae ad eamdem maximo comitatu perueniens, omni honore exceptus eſt. Adlocutio Regis in Papae praeſentia. Regina Galliae eamdem vrbem regali pompa ingreſſa, ad oſculum pedis vnacum filiis et aliis a Papa admiſſa eſt. Nuptiae ibidem Ducem Aurelia-

nen-

nenſem Regis filium inter et Papae neptem omni ſolemnitate celebratae.

Joannes Elector Saxoniae vnacum aliis ſex Principibus, et octodecim ciuitatibus ſectae Lutheri addictis per legatos ſuos a Camerae R. I. iudicibus, vt religionis cauſa nullam ſententiam in eos ferrent, poſtulauit. Iudicum reſponſio. Iudices nuntium ad Caeſarem ob eamdem cauſam miſerunt. Caeſaris reſponſio iſtis data.

Vlmenſis Senatus feria Sexta, et Sabbato carnes comedere prohibuit, ac extra ciuitatem miſſas audire permiſit (*t*).

(*t*) *Ibid.* *pag.* 117.

Peſtilentia Norimbergae graſſabatur.

Legatus Galliae Regis, ob necem Conſiliario Ducis Mediolanenſis illatam, captus, et capite plexus eſt. Galliae Rex, eo comperto, Ducem Mediolanenſem, Heluetiorum auxilio, impugnare voluit; auxilio iſto denegato, proditione tam Ducem, quam Ducatum ſibi ſubiicere intendebat. Aſt omnia haec fructu caruerunt.

Auguſtae Moniales monaſterium, Harbrugg dictum, reliquerunt. Tectum turris S. Mauritii, priori deſtructo, cupro tectum fuit. Eiusdem eccleſiae magiſtri Canonicis Coemeterium abſtulerunt. Senatus a monialibus S. *Catharinae* pratum, ad coemeterium conſtruendum emit (*u*).

(*u*) *Ibid.* *pag.* 117. 118.

Volumen duodecimum, foliis 279. contentum acta ac documenta publica, tum ad hiſtoriam Ducatus *Würtenbergici* tum *Auguſtanae* ciuitatis pertinentia, idiomate germanico ſcripta comprehendit. Ea ſequens exhibet ſyllabus.

Inſtrumentum foederis Sueuici, quo ducatus Würtenbergicus die 6. Februarii 1520. Caeſari fuit traditus (*a*).

(*a*) *Sattlers Geſchichte des Herzogthums Würtenberg.* 2. *Th. Beylag* 55. *p.* 123.

Copia inſtrumenti, quo 5000. florenorum *Chriſtophoro* Duci eiusque ſorori *Annae* VI. Februarii 1520. a ſtatibus promiſſa fuere (*b*).

(*b*) *Ibid.*

Chriſtophori Ducis ad confoederatos primae literae 17. Nouembris 1532. transmiſſae.

Ferdinandi Regis fides publica 26. Maii 1533. *Chriſtophoro* interpoſita. Literae eiusdem ad tria foederis capita ob ſaluum conductum 25. Maii 1533. datae.

Literae trium foederis capitum ad *Chriſtophorum* 22. Junii 1533. miſſae.

Chriſtophorus Dux literis 31. Julii 1533. a Confoederatis Ducatus poſſeſſionem poſtulauit.

Confoederatorum literae ob ſaluum conductum 25. Auguſti 1533. *Chriſtophoro* transmiſſae.

Caeſaris ac aliorum ſtatuum Salui conductus literae Auguſtae 25. Auguſti 1533. Duci datae.

Adſignatio tutorum *Chriſtophori* Ducis.

Chriſtophorus Auguſtam ſe contulit, ac in Praedicatorum monaſterio gauiſus eſt hoſpitio.

Chriſtophorus decima Decembris cum ſuis tutoribus, ac Principum nuntiis in curia coram confoederatis ſtatibus comparuit. Poſtquam omnes ſui ordinis ſedem occupaſſent, Galliae Regis nuntius, poteſtatis ſuae copia ſtatibus tradita, perorae incepit.

Oratio latino idiomate deſcripta in hoc volumine legitur (*c*).

(*c*) *Ibid.* 3. *Th. Beylag.* 162. *pag.* 74.

Chriſtophorus petitionem ſuam ad ſtatus referre per ſuos nuntios fecit. Eamdem coram C. M. Commiſſariis repetiit. Commiſſarii fuerunt *Chriſtophorus* Epiſcopus Auguſtanus, *Marquardus* de *Stain* Praepoſitus eccleſiae Cathedralis, et Comes Monfortius *Wolfgangus*. Regis Commiſſarii adfuere, *Joannes Schad* Doctor et Eques de Mittelbibrach, *Joannes Löblin* Regis quaeſtor, Doctor

Joannes Voit, et *Andreas Adler* Regi a Secretis.

Epiſcopi Auguſtani adlocutio ad Ducem.

Commiſſariorum Caeſaris Reſponſio Duci data.

Chriſtophori ad iſtam replicatio. Commiſſariorum ad eamdem reſponſio. Eiusdem per ſuos nuntios reſponſio Regiis Commiſſariis collata. Ipſius perſonale in curia cum Commiſſariis colloquium.

Joannis Regis Hungariae epiſtola ad Confoederatos pro Duce *Chriſtophoro* 25. Nouembris 1533. ſcripta (*d*).

(*d*) *Ibid.* 3. *Th. Beylag* 163. *pag.* 76.

Chriſtophori reſponſio Commiſſariis quoad vrbem Stiriam.

Regis reſponſio per ſuos Commiſſarios ſecunda Januarii 1534. Duci tradita.

Ducis ad eamdem reſponſio. Eiusdem Promemoria ſtatibus per ſemetipſum tradita.

Decima Januarii *Chriſtophorus* ad curiam cum Commiſſariis tractaturus ſe contulit.

Ducis literae per *Wilhelmum* de *Knöringen* ſtatibus miſſae.

Dux Conſules Auguſtanos, et Norimbergenſem ad ſe vocauit, et cum iis contulit. Iſtorum poſt aliquot dies reſponſio.

Ducis et *Commiſſariorum* in curia congreſſus, et collocutio. Eiusdem reſponſio Commiſſariis per literas tradita.

Commiſſariorum replicatio, et Ducis reſponſio.

Galliae Regis nuntii oratio prolixa nimis ante ſuum diſceſſum coram conuentu 31. Januarii 1534. habita (*e*). Ea ſoluta, Dux quaedam in nuntii iſtius praeſentia per *Balthaſarum Klammer* ſtatibus propoſuit. Iſtis finitis, Dux et nuntius diſceſſerunt.

(*e*) *Ibid. Beylag.* 164. *pag.* 77. *et ſeq.*

Ducis reſponſio prima Februarii ſtatibus per literas data.

Ducis et *Commiſſariorum* interlocutio quoad ſaluum conductum, ſuſtentationem et habitationem, donec omnia a Caeſarea Maieſtate diſcuſſa ac deciſa eſſent.

Ducis literae Epiſcopo Auguſtano traditae.

Commiſſariorum Caeſareorum miſſio Duci *Chriſtophoro* per literas octaua Februarii 1534. data (*f*).

(*f*) *Ibid. Beylag.* 165. *p.* 90.

Ducis et tutorum eius diſceſſio.

Vdalrici Ducis Würtenbergiae et Landgrauii Haſſiae literae (*g*). Eorumdem literae ad Caeſarem, et ad Regem *Ferdinandum* datae (*h*).

(*g*) *Hortleder. Von den Vrſachen des Deutſchen Kriegs I. Th. p.* 864.

(*h*) *Ibid, pag.* 865. *et* 867.

Vdalrici Ducis literae ſubditis ſuis 20. Aprilis 1534. transmiſſae (*i*).

(*i*) *Satler* 3, *Th. Beylag.* 43. *p.* 95.

Ferdinandi Regis ad Ducis et Landgrauii poſtulatum reſponſio 29. Aprilis 1534. Pragae data (*k*).

(*k*) *Hortleder l. c. p.* 873 - 875.

Caeſaris reſponſio ad ſtatuum Auguſtae praeſentium preces pro Duce *Vdalrico* factas (*l*). Deinde ſequitur relatio nuntio Apoſtolico a ſtatibus facta (*m*).

(*l*) *Ibidem. pag.* 875.

(*m*) *Ibid. pag.* 880.

Bellum Ducem inter et Romanorum Regem, Ducis victoria, ac ducatus ſui occupatio, a Romanorum Rege quoque ſub diuerſis conditionibus confirmata.

Senatus Auguſtani promemoria Epiſcopo et Capitulo anno 1533. quoad religionis exercitium tradita. Epiſcopi reſponſio, ſecunda illius promemoria, et iterata Epiſcopi reſponſio 24. Martii 1534. Senatui data.

Tertia Senatus promemoria 24. Aprilis per deputatos Capitulo Cathedrali exhibita. Eiusdem reſponſio.

Doctoris *Hell* oratio coram Capitulo Cathedrali habita.

Deputatio ad monaſterium SS. *Vdalrici* et *Afrae*, ad S. *Mauritium*, ad S. *Crucem*, ad S. *Georgium* et ad S. *Stephanum* delegata, per quam verbum Dei praedicare, et miſſas celebrare prohibitum fuit. Senatus etiam omnes eccleſias, octo exceptis, obſerari praecepit.

Senatus decretum quoad religionem prima Auguſti publicatum, et in quibusdam locis affixum.

Haec

Haec ſunt opera hiſtorica a *Sendero* noſtro maxima diligentia conquiſita, collecta; ſtylo ſimplici, ſed ſincero admodum ordine Chronographico conſcripta, a viris eruditione claris *) haud exiguis laudum encomiis celebrata, digna omnino, quae in lucem prodirent integra, nullaque ſui parte multilata, dum ſuae aetatis, reformationis, ac Auguſtanae vrbis hiſtoriam maxime illuſtrarent, ac haud contemnendis publicis documentis rem literariam ditarent.

Fidem haud leuem mereri maxime Auctoris aetate, hiſtoriam, ex ſequentibus facile erui poteſt: I. Eoquod ipſe vigilans illius temporis rerum ſpectator eſſet: II. Sincerum geſtorum narratorem vbique ſeipſum exhibeat: III. A viris, qui vel rebus tractandis praeſentes fuerunt, vel aliunde fidelem rerum notitiam acquiſierunt, et quos in hiſtoriae decurſu adſignat, facta colligere maxime ſtuduerit. Viros autem ſequentes volante oculo hincinde offendi: Patrem ſuum *Caſparum Sender*, qui ſaepius ſe Comitiis interfuiſſe narrat: *Joannem Hitſtetter* Comitis Palatini, et Bauariae interpretem Praefectumque Coquinae, qui ſororem ipſius duxerat: Ruperti Comitis Palatini Secretarium: *Conradum Dum Vdalrico* Duci Würtenbergico a cubiculis: *Vitum* de *Waldenburg Ferdinandi* Regis Theſaurarium: *Petrum Stern* Regis praefati Secretarium: *Joannem Lucam* Caeſareae Maieſtatis *Caroli* V. Quaeſtorem.

*) *Bernardus Pezius in Diſſert. iſagog. ad Tom I. Theſauri Anecdotorum* p. XXXIII. *Oliuerius Legipontius* in *Hiſt. liter. Ord. S. Bened.* T. I. et IV. *Corbinianus Khammius in Hierarch. Auguſt.* T. III. Reg. p. 110. *Illuſtris Paulus a Stetten* T. I. in *Vorbericht de Script. rer. Auguſt.* §. 2. n. 2. *Franc. Anton. Veith. Alphab. VI. Biblioth. Auguſt.* p. 165. et ſeq.

II.

Clementis *Sender* Breuiarius Decretorum, ac Decretalium, Sexti et Clementinarum. in 4to.

Codex iſte, foliis 338. conſtans, charteaceus eſt, et intra annos 1504. et 1507. ab Auctore ſumma induſtria conſcriptus. Praemiſus eſt operi prologus, primum folium explens, cuius initium ita ſonat:

„ *Cupiens ego minimus fratrum Clemens Sinder ex oppido Laugingen oriundus. Et huius* „ *ſacri cetus cenobii Sanctorum Vdalrici et Afre Auguſte Vindelice presbiter monachus et* „ *profeſſus. Jnuiolabileque eorum mancipium pro aliquali exercitatione de penuria ac tenuitate mea iuxta magiſtrum ſententiarum in prologo, aliquid cum paupercula in gazophilacium* „ *mittere ardua ſcandere preſumo, et opus vltra vires meas agere &c.*

In fine ſequentem adſcripſit notitiam: „ *Finit breuiarius decretorum ac decretalium* Sex- „ *ti et Clementinarum totius canonici iuris excerpte electiores auctoritates per fratrem Clementem* „ *ſinder de Laugingen diui ordinis ſancti Benedicti huius Cenobii ſancti Vdalrici monachum Anno* „ *etatis mee triceſimo primo Anno vero ſalutis* 1507. *In vigilia ſancti mathei apoſtoli et euangeliſte hora ſecunda diei Sit igitur laus deo beate virgini et Sancto Onoffrio Amen.*

Inueniuntur quoque in fine huius voluminis diuerſae epiſtolarum inſcriptiones, modi gratulandi ac ſalutandi, et concluſiones.

III.

Clementis *Sender* Armarius Animae in 8°.

Codex iſte charteaceus ſpiſſus admodum in 8vo. ab eodem *Sendero* in monaſterio Vrſinenſi prope Kaufburam, vbi tanquam exul, vti ex huius operis praefatione patet

patet (a) forſan pluribus degebat annis, ſcripſit, ac *Joanni Schrott* Abbati San-Vdalricano ſequenti carmine inſcripſit.

I liber Auguſtam fauſto omine tramite recto
Vlrici ſacri limina tutus adi.
Salue natale ſolum: dominum diuosque patronos,
Abbatem: fratres tuque ſaluta meos.
Perlege Joannes fratrum venerabilis Abbas
Fratris Clementis paucula ſcripta manu.
Quodſi barbaries ſtili terrebit inepti,
Offendes pater pinguia geſta tamen.
Celli peti leta Clementis ſuſpice librum
Fronte: vt dii tibi dent viuere poſſe diu.

In fine operis ſequens legitur notitia: „ *Explicit Armarius anime In die Onoffrii al-* „ *mi confeſſoris Chriſti Editus et conſcriptus per me fratrem Clementem Sender de Laugin-* „ *gen cenobitam ſanctorum Vdalrici et Afre vindelice In monaſterio vrſini. Ad laudem et* „ *gloriam glorioſe virginis marie ac predictorum Sanctorum Anno ſalutis* 1517. *Deo igitur* „ *laus ſit et honor, qui deduxit placide quaſſatum calamum ad portum.*

Sequitur deinde alphabeticus materiarum index, cui diuerſa carmina in *Alexandrum* VI. *Julium* II. *Pium* III. et alios ſubnexa habentur.

(a) Ibi legitur p. 2. *Qui pie viuere volunt in Chriſto, et ob hoc, teſte ſcriptura, perſecutiones et tentationes patiuntur, quarum ſpeciem ſuſtinens, a proprio manſionis loco elongatus exiſto &c.*

IV.

Aduerſaria aſtrologica a Clemente *Sender* collecta, in 8. Codex charteaceus.

V.

Annales Monaſterii Anhuſani Ordinis S. *Benedicti* a *Friderico Plank* Monacho San-Vlricano et Priore Anhuſano conſcripti. Accedit eiusdem *Itinerarium.* Codex Charteaceus in 4.

De Auctore huius operis, eiusque vitae circumſtantiis ſequentia in dictis Annalibus adnotata leguntur.

„ P. *Fridericus Plank* gente Boius, domo Landishutanus, parentibus Patricius, qui „ ſuam familiam continua ſerie ad quadringentos annos deducere poteſt, in celeberrima „ Bauariae ciuitate Landishuta anno MDXCVIII. natus a prima ſtatim aetatula ſtudiis ap„ plicatus, auſteram apud D. Cognatum vitam ducere coactus eſt: inde Dilingam miſ„ ſus, in conuictu delitescere iuſſus, donec cum humanoribus litteris Philoſophiam abſol„ uit. Mox Ingolſtadium ablegatus, cum aliquantulum Juridicae facultati operam nauaſ„ ſet, pertaeſus profanos hominum mores, de ſanctiore viuendi genere circumſpicere coe„ pit, et penſiculatis diligenter in omnem partem rationibus, Auguſtae in SS. *Vdalrici* „ et *Afrae* monaſterio, quod D. *Benedicti* normam ac inſtitutum ſectatur, ad feſtum S. *Pau*„ *li*, quod Conuerſio vulgo dicitur, ſcilicet 25. Januarii Anno M.D.CXIX. in Monachum „ attonſus eſt. Eo ipſo die, cum vix a Tonſoris nouacula abſolutus eſſet, illius Soror,

„ *Sybilla*

„ *Sybilla* nomine, quae ſuum fratrem vnice ac tenerrime adamauit, inſperato ſuperue-
„ niens, multis lachrymis ac crebris gemitibus ſuum amorem confeſſa Chriſti tyroni haud
„ vulgarem peperit luctam. Dum hic germanum deſiderium dulciſſimaque prioris vitae
„ conſuetudo retraheret, et miſerabilis lachrymantis ſemellae praeſentia abitum vrgeret,
„ inde vero caeptus diſciplinae ardor, perennisque foelicitas ſtimulos iniicerent; ſed vicit
„ tandem vera pietas, et inconcuſſum, licet omnis generis concurſarent tentamenta, ſer-
„ uauit propoſitum; ſic vt ſtrenuus contra ſtygios inſultus, ac blanditiam propinquorum
„ illecebras athleta ſuperior, 12. Martii Anno MDCXX. Benedictino inſtituto obedientiam
„ ſecundum conſuetum ritum, morumque ſtabilitatem pollicitus ſit. Vix in numerum
„ lectus erat Monachorum; illico Bibliothecae praeficitur, et deinde cum Salisburgi Ru-
„ dimentis paedotriba deeſſet, eiusdem anni menſe Octobri Profeſſor conſtituitur. Eo in
„ munere cum annum expleſſet, domum reuocatus, Theologiae, tum Dilingae, tum Sa-
„ lisburgi per biennium operam dare permiſſus eſt. Ab his deinde ſtudiis auocatus, Syn-
„ taxin Juuauii praelegere coactus. Interrupit eum deinde laborem peſtilitas, quae poſt
„ alcydonia incipiens Profeſſoribus annuum prope otium tribuit. Hinc ille, ne ſegnitie
„ corrumperetur, Raſtadium - quod oppidum eſt in alpibus Salisburgenſibus - commigrare
„ debuit, et iuuentuti ciuicae Principia explicare, Catecheſin in templo docere, aliaque
„ parochi officia explere. Agebatur annus Domini MDCXXVI cum Ruſtici Altenmar-
„ chenſes audita ipſius concione ſibi in locum P. *Wolfgangi Buecher* pro eccleſiaſte ſubſti-
„ tui rogarunt, et denuo a Praepoſito impetrarunt. Vbi per nouem menſes commora-
„ tus tandem ex inuidia quorumdam exagitatus, qui laudem huius ſui collegae ferre ne-
„ quierunt, ſtatuit tutius cedere aemulorum nequitiae, quam ibi diutius cum ſuae animae
„ periculo immorari. Itaque impetrata a Salisburgenſi Abbate licentia iterum Juuauium
„ abiit, et ſequenti anno rurſus ſyntaxin praelegit. Anno MDCXXVIII Poeſin cum do-
„ ceret, incidit translatio ſolemnis SS. *Ruperti* et *Virgilii* Juuauienſium Patronorum, ad
„ quam feſtiuitatem publica in platea ante aream triumphalem Carmina ſectis exornata,
„ emblemataque depicta figere iuſſus eſt. Vnde cum eo nimium defatigaretur labore,
„ domum abire maluit, quam ſub illo penitus fatiſcere onere. Sic cum biennium in mo-
„ naſterio quieſceret, Anno MDCXXX. Anhuſium poſtulatus menſe Decembri Prior con-
„ ſtituitur." Haec ipſe Auctor de ſe ſcripta reliquit.

Prioris officio vsque ad nonam Aprilis diem anni 1632. in monaſterio Anhuſano functus, inde ab Heterodoxis ac Suecicis militibus, catholicis, clero praecipue infeſtis, vitae ſuae conſulturus, fugere coactus, nullibi ſecurus, per Sueuiam, Tyrolim, et Bauariam (*a*) exul circumactus, tandem ad patrios lares, Landishutam ſcilicet delatus, ibidem ex exilio quarto Junii die anno 1634. ad coeleſtem patriam auocatus eſt (*b*).

Annales iſti octodecim foliis conſtant. Praemittitur prologus, quem folio ſecundo ipſum opus excipit. Agit Autor imprimis compendioſe admodum de Monaſterii Anhuſani exordio, incremento, et decremento, de ſibi inuicem ſuccedentibus, tam Catholicis quam Auguſtanae Confeſſionis Abbatibus, tandem fuſiori ſtilo variantem huius monaſterii fortunam tum reformationis tempore ſub Duce *Vdalrico* tum Suecico marte graſſante vsque ad annum 1631. deſcribit. Annalibus Auctor ſuum exilii tempore iter admodum moleſtum, ac ob hoſtium inſidias periculoſum breuiter conſcriptum ſubiunxit.

Scri-

(*a*) Eius *Itinerarium.*
(*b*) *Carolus Stengelius* in *notis ad praeſentes Annales. Hiſtoria Vniuerſitatis Salisburgenſ. L. II.* C. VIII. p. 440.

Scribendi ſtylus a latinitatis puritate non abhorret; aſt acrioribus hinc inde verbis pro iſtius ſeculi, ob religionis controuerſias litigiis opulenti, more, et quae illi aduerſitates, ac exilium grauiſſimum expreſſerant, Autor uſus erat.

Cum itaque Annales memorati haud parum lucis tum Hiſtoriae Würtenbergicae tum ſupra dicti Monaſterii tam a *Bruſchio* in *Cent. I. Monaſt. Germ.* quam a *Chriſtiano Friderico Sattler* (c) compendioſe deſcriptae adferrent, in adpendice integros exſcribere, ac notis illuſtrare decreui.

(c) Topographiſche Geſchichte des Herzogthums Würtenberg CLXVIII. p. 551.

VI.

Caroli *Stengelii* Abbatis Anhuſani Ord. S. *Benedicti* Volumen aduerſariorum in 8. Codex Cartheaceus.

Volumen iſtud 174. foliis conſtat. Ea, quae in iſto Autor congeſſit, eius vitae ſeriem, geſta, variamque eius fortunam ſpectant, atque haud exiguo lumine ſui temporis hiſtoriam illuſtrant. Itaque operae pretium eſſe exiſtimo, vt accuratam de iis, quae in illo continentur, notitiam lectoribus meis transſcribam.

Primis duobus foliis breui admodum ſtylo Germani ſui Georgii *Stengelii* Societatis *Jeſu* Alumni vitae circumſtantias deſcribit. Licet Cl. *Veith* in Alphabeto III. *Bibliothecae Aug.* p. 183. et ſeqq. excerpta habeat, haud ingratum tamen lectori fore exiſtimo, ſi integra illas exſcribam.

„ R. P. Georgius *Stengelius* chariſſimus frater meus, natus eſt Auguſtae anno 1584. „ circa D. *Georgii* mane circa tertiam octiduo ante quam templum S. J. ibidem dedi- „ caretur. Nouem poſt hebdomadis infans cum matre, fratre, et ancilla miſſus eſt a pa- „ tre in Hauſtetten ob tumultum Lutheranorum contra magiſtratum ob introductum no- „ uum Calendarium Gregorianum. Sedato tumultu poſt octiduum rediit Auguſtam, vbi „ poſt decennium anno 1594. menſe Decembri factus eſt ephaebus generoſae V. *Barbarae* Fuggerinae, filiae *Philippi Eduardi*, coniugis *Philippi* iunioris. Abſolutis ſtudiis hu- „ manioribus an. 1601. 5. Julii profectus eſt Landsbergam ingreſſurus S. J. Abſoluta Phi- „ loſophia Ingolſtadii, humanitatem docuit Bruntruti, inde Monachii, Theologia abſoluta „ Ingolſtadii, docuit Philoſophiam Dilingae, Theologiam vero Ingolſtadii integro Sep- „ tennio.

„ Inde variis muneribus perfunctus, Monachii Sereniſſimo *Carolo Franciſco Alberti* „ Bauariae Ducis filio Philoſophiam moralem priuatim praelegit, ibidemque in D. Virgi- „ nis templo aliquot annis Eccleſiaſten egit, donec tandem anno 1640. Dilingae Recto- „ rem agere iuſſus eſt. Vbi triennio ſuo abſoluto, iterum Ingolſtadium rediit, ibidem „ ſtudiorum praefectus ſicuti et maioris Congregationis et domeſticus Exhortator, et in „ templo Exemplorum ennarrator ſumma cum laude fuit. Vnde tandem anno 1651. 2. Apri- „ lis Dom. Palmarum vltimo concionatus tanto cum feruore, vt ipſemet lachrymatus au- „ ditores fere omnes ad lachrymas commouerit. Inde febrim malignam continuam con- „ traxit, ſed morbum diſſimulauit, nec bene expreſſit medico, ſeu ex ignorantia fac- „ tum ſit, ſeu occultauerit affectum ſuum. In Coena Domini vnacum aliis corpus Do- „ mini in templo de manu P. Rectoris accepit. Feria 6. Paraſceues a prandio quaedam „ ordinauit in aula propter ſecuturam proceſſionem poenitentialem, erat enim praefec- „ tus Congregationis maioris. Cumque eodem die D. Comes *Franciſcus Fuggerus* vel-

„ let

„ let viſitare, ipſe eidem vſque ad exteriorem portam vltro occurrit dicendo: an putet
„ eundem aegrotare, qui ſibi ita occurrere poſſet? Sabbato facto, noctu in templo erat,
„ cum Chriſtus reſurgeret, id eſt, hora decima.* In Dominica Paſchali ſolemni morbus
„ vires exeruit - febris maligna et continua - et quidem tamférociter, vt ſtatim filius
„ mortis habitus fuerit: vnde tria ſacramenta rite percepit; ſcilicet facta Confeſſione Eu-
„ chariſtiam et extremam vnctionem. Medicus D. *Dieler* Profeſſor Academicus prohibuit,
„ accedere quemquam propius, quam opus erat, ne inficeretur halitu venenoſo, cum
„ diceret, ſi tempus peſtis adeſſet, quod affirmare vellet et poſſet, hunc P. *Stengelii* mor-
„ bum eſſe genus peſtis grauiſſimum; hinc illi dedit de lapide, quem *Bezoar* vulgo no-
„ minant, ſed ſero; non enim potuit iam valde debilis per ſudorem peſſimos humores pro-
„ pellere. Feria ſecunda Paſchatis mane operationes intellectuales exercere non potuit;
„ hae tamen ante horam extremam redierunt, vt potuerit vocare Confeſſarium ſuum,
„ eique ſua ſecreta communicare: deinde mediante duodecima pie in domino obdormi-
„ uit 10. Aprilis. Vixit annos LXVII. minus 14. diebus, agens in Societate *Jeſu* an-
„ nos L.

„ Poſt haec praenobilis D. Jo. Caſparus *Egloffus*, *Landshoffmeiſter* Palatinatus Neo-
„ burgenſis 21. Maii narrauit mihi, ſe a D. Doctore *Loes* audiuiſſe, chariſſimum D. fra-
„ trem meum intoxicatum fuiſſe; eoquod tanquam praefectus Congregationis maioris ni-
„ mis grauiter inuectus fuiſſet in quosdam ſtudioſos." Haec de ſuo fratre.

Deinde tranſit Autor ad vitae ſuae ſeriem deſcribendam, quam ſequenti modo concepit.

„ F. Carolus *Stengelius* natus eſt Auguſtae Vindelicorum anno Chriſti MDXXCI.
„ die XXIX. Januarii, qui erat Dominica ſexageſimae, mane circa horam octauam, cum
„ matre triduo integro in partu laboraſſet; vnde infans tam imbecilli corpore prodiit,
„ vt omnes cenſerent, eumdem ad virilem aetatem minime peruenturum; et certe infir-
„ mo fere ſtomacho et capite ſemper fuit.

„ Parentes eius honeſti et catholici ſemper fuere. Pater *Chriſtophorus* adhuc adole-
„ ſcens inſeruiit nonnullis annis Generoſis DD. Antonio et Philippo *Fuggeris*, *Marci* Se-
„ nioris filiis, Ingolſtadii literis operam dantibus, iisque tam gratus et acceptus fuit,
„ praeſertim *Antonio*, vt is duplices promiſſorias literas, manu ſua exaratas, ſigilloque
„ munitas ei traderet, quibus illi liberum faciebat, cum is Auguſtae matrimonium in-
„ iiſſet, eligendi officium praefecti domeſtici, aut cuiuscunque alterius, quod illi magis
„ collibuiſſet; ſed tantiſper ſuperuixit *Chriſtophorus*, quod *Antonius* Auguſtam rediiſſet.

„ Fuit deinde Abbati Fultenbacenſi aliquamdiu a cubiculis; ac poſtliminio Auguſtam
„ ad R. D. Abbatem *Jacobum* S. *Vdalrici* - vnde ab eodem ad DD. *Fuggeros* promotus
„ fuerat - et ibidem obſonatoris ſiue Oeconomi officio fideliter et laudabiliter functus eſt
„ ad obitum ſuum vsque, ita vt eius mortem tam D. Abbas, quam Patres conuentus
„ praecipui plurimum lugerent. Obiit phtyſicus 15. Aprilis feria 6. Paraſceues mane
„ ante tertiam diei horam, cum tota fere quadrageſima decubuiſſet, et ſacramentis ec-
„ cleſiaſticis munitus fuiſſet. Sepultus eſt in ambitu Monaſterii SS. *Vdalrici* et *Afrae*
„ anno 1588. Reliquit ſuperſtites duos filios, dictum *Carolum* et *Georgium*: filiola *Maria*
„ bimeſtri prius defuncta. Ante obitum vxori faſſus eſt, ſed id praecipue a Domino Deo
„ exoptare, vt ſaltem alter filiorum ſacris initiaretur, et Dei ſeruitio ſe manciparet: nam
„ cum Ingolſtadii cum DD. *Fuggeris* moraretur, ſaepius in animo habuiſſe, Societatem
„ Jeſu tunc recens ibi florentem ingredi.

„ Mater *Chunegundis* Norimbergae itidem Catholicis nata parentibus, ſed duoden- „ nis tempore foederis Schmalchaldici cum matre *Apollonia* vidua — quae demum anno „ 1602. 30. Octobris prope nonagenaria in domo filiae Auguſtae obiit — ob mutatam „ religionem exul facta, Auguſtam peruenit, et demum matrimonium contraxit cum dic- „ to Chriſtophoro *Stengelio*, nuptiis in Hauſtetten ſolemniter celebratis 7. Februarii, quae „ erat Dominica ſexageſimae anno 1580. Poſt obitum viri vidua permanſit vltra annum, „ ſecundas exin nuptias contraxit cum Nicolao *Bertſchin* Illuminiſta, vt vocant, anno „ 1589. cum quo varias tribulationes perpeſſa, vixit vsque ad annum 1616, quo obiit „ 27. Junii die, quae erat feria 2da circa mediam primam pomeridianam, cum fere in „ ſextum vsque menſem cum morbis grauiſſime conflixiſſet. Sepulta eſt 28. Junii in „ coemeterio nouo intra ambitum a ſiniſtris imaginis crucifixi Saluatoris noſtri. Peperit „ marito ſuo duos liberos, filium Philippum nomine anno 1590. Cal. Maii circiter, ſed „ non diu ſuperuixit, et in veteri coemeterio S. Saluatoris non procul a D. *Stephani* „ ſepultus eſt, vti et ante *Maria* filia, ſed in diuerſis monimentis. Item filiam *Annam* „ *Mariam* anno. 1593. 6. Maii, quam anno 1615. matrimonio iunxit Joanni *Bobingero* „ ſcribae, nuptiis celebratis 16. Nouembris.

„ *Carolus* porro necdum ſeptennium ingreſſus, vſus eſt praeceptore domeſtico — „ nunquam enim ſcholas triuiales frequentare voluit — Joanne *Frieſenecker* homine pro- „ bo et pio, a quo principia et rudimenta, vt vocant grammatices percepit, et literas „ pingere didicit. Gymnaſium vero Societatis *Jeſu* frequentare coepit anno 1588. in „ Angaria Pentecoſtes: et ad ſecundam claſſem Grammatices aſcendit eodem anno D. *Lu-* „ *cae*, praeceptorem in vtraque claſſe habuit Chriſtophorum *Grenzing*, qui poſtea multis „ annis Rectorem Dilingae egit, et poſt Praepoſitus Prouincialis eiusdem Societatis Jeſu „ fuit. In ſyntaxi vero ſemeſtri P. Chriſtophorum *Amanum*, et deinde anno integro Ni- „ colaum *Lilium*. In humanitate vero Chriſtophorum *Holtzleutner*. Monaſterium vero in- „ greſſus eſt anno 1593. 16. Ianuarii, mane ante octauam. — His adiecit catalogum Monachorum, qui vel ante illum religionem Benedictinam profeſſi, vel eum ſecuti erant. — Deinde pergit: „ Profeſſionem vero edidit cum F. Jacobo *Rupſer* et Fr. Chriſtophoro „ *Phraſio* 12. Martii anno 1596. et cum iisdem Sabbato *Sitientes*, Acolythus creatus eſt.

„ Eodem anno cum iisdem fratribus Ingolſtadium miſſus eſt 29. Auguſti. Atque „ menſe Nouembris Sodalitati Religioſorum Ingolſtadii adſcriptus. In Rethorica Profeſ- „ ſorem habuit M. Joachimum *Melchlinum*: in Dialectica P. Adamum *Higinium*, in Ca- „ ſibus conſcientiae Vitum *Michaelem* ex Judaeo SS. Theologiae Doctorem et Rectorem „ collegii Georgiani, qui poſtea ad Franciſcanorum ordinem tranſiit.

„ Altero anno 1597. in quatuor temporibus Pentecoſtes domum reuocatus eſt, in „ eiusque locum Ingolſtadium miſſus eſt Fr. Georgius *Scharber*. Domi poſtea cum prae- „ dictis ſuis confratribus Philoſophiae operam dedit ſub. M. Georgio *Higelio* Landishu- „ tano. Et licet magnum animum ſemper geſſerit ad altiora ſtudia in Academia aliqua „ percipienda, tamen ſemper impeditus fuit a ſenioribus illius temporis, quibus docti „ viri ſuſpecti erant, et non putabant, grauiora ſtudia a Monachis eſſe pertractanda. Hu- „ mano itaque deſtitutus auxilio, confugit ad diuinum, atque ipſo D. Virginis in coelum „ aſſumtae feſto die anni 1599. cum iam lecto incubuiſſet, incidit illi conſilium bonum, „ poſtliminio enim ſurgens ante crucifixi imaginem votum edidit, vt ſi ſibi ſtudiorum cau- „ ſa Ingolſtadium redeundi licentia conceſſa fuiſſet, vellet quotidie ad honorem nominis „ B. V. *Mariae* illam B. *Joſcionis* recitare orationem;

Mag-

M *agnificat anima mea*
A *d Dominum cum tribularer:*
R *etribue ſeruo tuo.*
I *n conuertendo*
A *d te leuaui occulos.*

„ Cum Antiphona: *Aue ſanctiſſima Maria:* ℣. *Dignare me*, et Orat. *Concede.* Quod li„ cet voto non teneretur — nunquam enim ſtudiorum cauſa Ingolſtadium rediit — ta„ men vix vnquam poſtea omiſit, quin ſub noctu eamdem orationem diceret, neque „ fruſtra id fuiſſe poſtea expertus eſt, quod enim tot poſt libros ſcribere potuerit, non „ ſuae induſtriae, ſed ſingulari D. V. patrocinio adſcribendum ſemper iudicauit.

„ Anno 1602. Sabbato poſt primam Dominicam quadrageſimae Subdiaconus ordinatus „ eſt, et cum duo ex noſtris Chriſtophorus *Phraſius*, et Joannes Gualterus *Bütterlin* ad Ca„ pucinos tranſiiſſent — quorum prior *Joſephi*, poſterior *Mariani* nomen apud eosdem tulit — „ *Carolus* 20. Auguſti Cantor chori, Rector Muſices, et ſcholae magiſter conſtitutus eſt. In qua „ ſingulis diebus cum fratribus iunioribus quinque horas conſumere debuit, mane nempe a ſex„ ta vsque ad octauam, poſt prandium a duodecima — qua per horam cantus exercendus erat „ — vsque ad tertiam, et interim per nullam horam canonicam a choro. exemptus erat, „ praeterquam ſub prima. Iisdem diuerſas lectiones praelegit pro captu cuiusque, *Syn„ taxin*, *Proſodiam*, *Ciceronem*, *Virgilium*, *Rethoricam* et aliquando etiam *Grammaticam*, „ *Dialecticam Fonſecae*, et ſemel etiam *caſus conſcientiae* anno 1610. Iis, qui ad ſacerdo„ tium promouendi erant, quibus duos integros tractatus dictauit, vnum de *ſacrificio* „ *Miſſae*, et alterum de *variorum ſtatuum peccatis.*

„ Eidem ſcholae dum praefectus eſſet, aliquod comoedias publice exhibuit: I. de S. „ *Joanne Baptiſta* anno 1603: II. de S. *Barbara* 1605. III. de SS. *Cypriano* et *Juſtina* „ 1609. IV. de S. *Jldephonſo* 1610. V. *Satyricam Poeſin* ſeu *Nemeſin* 1611. vel 1612. „ quam ſpectauit Sereniſſimus *Maximilianus Erneſtus* Archidux Auſtriae. VI. de S. *Nar„ ciſſo* 1614. VII. de S. *Simperto* 1615.

„ Anno 1603. Diaconus ordinatus eſt Sabbato poſt primam Dominicam quadrageſi„ mae, Sacerdos vero eodem Sabbato anno 1605. Primitias celebrauit 18. Aprilis in „ anniuerſaria Dedicationis eccleſiae SS. *Vdalrici* et *Afrae.* Poſt biennium 1607. ſucce„ dente ſibi aliquamdiu in ſcholaſtico munere P. Caſſiano *Speijer*, factus eſt Magiſter No„ uitiorum, breui tamen iterum etiam ſchola eidem commiſſa eſt: quam iteratis vicibus „ adminiſtrauit vsque ad annum 1611. Magiſtri Nouitiorum munere ſe etiam abdicauit „ eodem anno, diuerſis ſibi ſuccedentibus. Eidem tamen iterum praeeſſe iuſſus, prae„ fuit vsque ad annum 1622.

„ Subprior in capitulo ab Abbate proclamatus eſt 10. Aprilis 1615. ſimulque canto„ ris munere liberatus. Rectoris muſices tamen officium adhuc adminiſtrauit vsque ad 2. „ Decembris, quo P. *Bernardus* Prior creatus fuit. Exinde etiam praeter Juniorum fra„ trum etiam ceterorum Patrum confeſſiones excipere iuſſus eſt. Tandem anno 1622. „ ex decreto RR. et Illuſtriſſimi Praeſulis D. *Henrici* Epiſcopi Auguſtani poſt maturam „ conſultationem cum viſitatoribus habitam 21. Nouembris Oeconomus eſt promulgatus, „ idque munus iniit 24. eiusdem ceteris abdicatis. Quod quam illibenter ſubierit, vtpo„ te iam triginta annis ſpiritualia tantum tractans, nunquamque temporalium adminiſtra„ tioni ſeſe ingerens, quamque id aegre etiam tulerint graues viri nonnulli, vel ex pau„ cis quae ſublicio intelligi poterit."

„ *Joannes Rieber Monachus Weingartenſis ſcribit: R. V. a quiete ad inquietudinem „ ſuffectam dolemus ego et noſtri omnes — credat mihi — vnacum R. V. ſupra modum. „ Precor omnia felicia et fauſta ex animo; quandoquidem ſuperis et ſuperioribus ita viſum, „ oportet, vt acquieſcamus. Interim tamen R. V. ſtudia totaliter non ſeponat, ſed ſucceſ- „ ſiuis horis ſemper aliquid meditetur.*

„ *Admodum R. D. Sigiſmundus Abbas Seonenſis: bene factum, quod ex ordinatione „ RR. et Illuſtriſſ. Epiſcopi Auguſtani ſis monaſtarii Oeconomus conſtitutus. Poſtulauit hoc „ Vita D. N. eidem Epiſcopo abs te inſcripta, poſtularunt merita, doctrina, diligentia; „ ſed tum demum felicem te praedicabo, vbi honorem hunc absque onere, imo absque miſe- „ riis et moleſtiis expertus fueris.* Hucusque ille. Et ſane miſerias et moleſtias plurimas „ cum variis perturbationibus perpeſſus eſt, quas ſolus nouit, qui ſcrutatur corda Deus.

„ Aliter, ſed iocoſe gratulatus eſt P. Matthaeus *Raderus* S. J. *Ex literis R. V. ani- „ maduerti, ipſam paullatim graſſari ad Infulam: quid enim oeconomiae officium aliud pro- „ mittit, quod ego R. V. gratulor, illam fortaſſe olim gratulabor.*

„ Poſtulatus eſt in Abbatem Anhuſanum 17. Auguſti datis, et 22. eiusdem praeſen- „ tatis literis 1629. a RR. et Illuſtriſſimo Principe ac Domino *Henrico* Epiſcopo Auguſta- „ no. Iterum menſe Junio 1630. Tandem 16. Decembris eiusdem anni electus et con- „ firmatus Anhuſii, ac eodem etiam die interfuit electioni A. R. D. *Philippi* Praepoſiti „ Herbertingenſis. Demum 29. Dec. Dilingae in templo Societatis conſecratus eſt ab „ ipſomet Epiſcopo Auguſtano, aſſiſtentibus R. D. Philippo *Reſchio* Suffraganeo Euſtet- „ tenſi et R. D. *Siluanio* Abbate Fultenbacenſi. Primitias ſub Infula celebrauit Anhuſii „ 28. Jan. 1631. in noua ſolemnitate D. N. J Ch. quo die etiam 50. annos aetatis com- „ pleuit. *)

His finitis, Autor morbi, quo anno 1612. laborabat, et a quo magis diuina, quam humana ope ſanatum fuiſſe adfirmat, mentionem facit. Sequitur deinde formula Sanctiſſimum Nomen *Jeſu* quotidie inuocandi ab ipſomet conſcripta. Iſtam excipiunt Confraternitates, quibus pro iſtius ſeculi more nomen dederat; hanc vero catalogus liborum ab ipſo tam latino quam vulgari idiomate conſcriptorum, et a latino in germanicum translatorum. Memorantur actus pontificales, quamdiu abbatiali dignitate gaudebat Autor, in diuerſis eccleſiis peracti.

Denique deſcribit Autor exilii ſui diarium, titulo ſequenti praemiſſo: *Hodeporicum Caroli Stengelii Abbatis Anhuſani cum anno 1632. 26. Februarii Monaſterium relinquere cogeretur.* Quae et quanta mala, quam graues moleſtias, ac aduerſitates per quindecim annos ſuſtinuerit, vir iſte tam virtute, doctrina, ac praecipua humanitate inſignis, haud absque commiſeranti lacryma legi poteſt. Vix enim per anni circulum monaſterii clauum in ſummis rerum anguſtiis tenuit, vitae ſuae conſulturus, locum ſibi concreditum relinquere, de domo in domum, de regione in regionem, omnibus rebus, neceſſariis etiam ad vitam conſeruandam priuatus fugere coactus eſt. In tanta rerum anguſtia gratia ac munificentia *Paridis* Archiepiſcopi Salisburgenſis, *Vrbani* Admontenſis, *Antonii* Scotorum Viennenſis, *Alberti* S. *Petri* Salisburgenſis, *Antonii* et *Placidi* Cremiſanenſium, *Placidi* Lambacenſis, *Romani* Garſtenſis, *Mauri* Lunaelacenſis, *Gabrielis* Seittenſtettenſis, *Auguſtini* Glunicenſis Abbatum recreatus, ac ſuſtentatus eſt. Tribus itaque et dimidio annis in grauiſſimo exilio peractis anno 1635. die 14. Auguſti Anhuſium reuerti permittebatur. Aſt tres tantumodo annos reſtaurando, mundando, monaſterium deuaſtatum, perforatum, omnique ſuppellectili orbatum

*) Plura, quae electionem praecedebant, quae in ipſa, et poſt ipſam acta ſunt, in Annalibus Anhuſanis in apendice poſitis habentur.

batum comſumſit, tunc rurſus anno 1638. 14. Maii, omnibus rebus prius a milite ſpoliatus migrare compulſus eſt. Crudeli infortunio per plures annos circumactus, anno 1637. die 20. Februarii ad ſuae profeſſionis locum reuerſus, reliquum vitae tempus inter continua pietatis et literarum exercitia transegit. Diarium iſtud ſeſe vsque ad 23. diem Januarii anni 1654. extendit. Haec ipſe Autor in praeſenti opere adnotata nobis reliquit.

Si quis plura de eodem ſcire cupit, adeat Hiſtoriam Liter. Ord S. *Benedicti* (a) et Cl. *Veithium* (b), vbi ſatis de viri huius inſigni pietate, virtutumque ſtudio, de admiranda in aduerſis, difficilique fortuna eiusdem conſtantia, ac aequanimitate, de eius eruditionis varietate, et doctrinae profunditate, de virorum eruditione celeberrimorum iudiciis, laudumque encomiis illi decantatis, de operibus tam multitudine, quam materiarum diuerſitate inſignibus inſtrui poterit.

(a) T. III. p. 186. et ſeqq.
(b) Alphabet III. Bibl. Auguſt. p. 133. ſeqq.

VII.

Caroli *Stengelii* Coronae lucidae pars II. de Scriptoribus Ordinis S. *Benedicti*, in 4. Codex Charteaceus.

Opuſculum iſtud paginis 117. contentum, iam anno 1661. prelo paratum habebatur; quanam vero ex cauſa iſtud fugerit, non eſt exploratum. Agit Autor in iſto de viris Ord. S. *Benedicti* vitae ſanctitate, et doctrina conſpicuis, vt ſequens denotat operis titulus: *Corona lucida ex illuſtribus vita, doctrina et ſcriptis libris, Monachis Ordinis S. Benedicti deſcripta. Autore R. P. D. Carolo Stengelio Ord. Eiusdem Abbate Anhuſano.* Folio ſecundo legitur Ordinariatus cenſura his verbis expreſſa: *Cum praeſens tractatus, Corona lucida appellatus, a Theologis lectus nec fidei catholicae, nec bonis moribus aduerſari, ſed multa erudita continere cenſeatur, in publicum prodeat. Auguſtae* 16. *Nouemb.* 1661.

Gaſparus Epiſcopus Adramytanus
Vicarius Generalis

Praemiſit operi Autor praefationem, quam integram ob inſignem eiusdem eruditionem orbi literario communicabo.

„ Via ad Deum eſt ſcientia, quae ad inſtitutionem recte et honeſte viuendi pertinet (c). Per ſcientiam itur ad diſciplinam, per diſciplinam itur ad bonitatem, per bonitatem ad beatitudinem. Nam ſcientia eſt Deum noſcere, virtus colere: in illo ſapientia in hoc iuſtitia continetur (d). Eſt igitur eruditio ampliſſima ſuppellex, et haereditas principatu maior (e): opes et potentatus et huius honores ſeculi, bona fortunae ſunt, fluxa, mutabilia, caduca, quae, vt fortuna vult, huc atque illuc feruntur. Illa enim mortale genus quaſi in ludo habet, et hunc deprimit, illum autem extollit. Nec enim magnum, ex figulo regem, et rurſus ex rege figulum facere. At animi bona, quae ſunt Continentia, Caſtitas, Fortitudo, Juſtitia, Moderatio, Intellectus, Ingenium, Memoria &c ſtabili quodam nexu adhaerent homini, nec aufferri a nobis niſi cum vita poſſunt: haec vere ſunt noſtra bona, haec dum luce inter mortales fruimur, vitam praeſtant ſuauiorem, poſtquam migramus ex hoc ſeculo, ſpem dant felicitatis aeternae.

„ Quam-

(c) Hugo de inſtit. Nouit.
(d) Lactant. lib. 6. c. 5.
(e) Pius. P. epiſt. 105.

„ Quamobrem etſi propria religioſorum bona, in quibus regnant, ſunt bona gratiae,
„ et ſpiritus, tamen hoc etiam placuit diuinae bonitati, vt eos inſuper quibusdam natu-
„ ralibus (e quibus duo illa ampliſſima cenſeri debent, *Doctrina* et *Eloquentia*) cumu-
„ laret, ſiue vt nihil huic ſtatui deeſſet ex veris ſolidisque ornamentis, ſiue quod haec
„ optime et commodiſſime cum ſpiritualibus bonis conſpirant, tum ad noſtrum ipſorum
„ profectum, tum ad opem proximis ferendam, cui pleraque haec inſtituta diriguntur.

„ Atque eruditionem --- ex Benedictinis ita effloruiſſe videmus, vt vere dicere
„ poſſimus, ab iis etiam eruditionem eſſe factam, maioremque in modum illuſtratam,
„ vt facilior et planior poſteris traderetur: ii enim tum viuentes docendo, diſputando,
„ interpretando, literariis hisce ſtudiis incredibile lumen attulere; tum vero ea etiam
„ ſcripta, tamque multa poſt vitam reliquere, quae omnes fere Scientias planiores, aper-
„ tioresque fecerint, quas quidem dignas ſtatuiſſent, in quibus elaborarent.

„ Ac ſi vrbibus et nationibus integris glorioſum eſt, vnum aut alterum ciuem habuiſ-
„ ſe, qui vel *doctrina*, vel *militari gloria* excelluerit, et quibus id contigit, eorum me-
„ moriam ex annalibus et antiquitate iactare ſolent, quaſi magis gloriari ad communem
„ laudem pertineat, quanto magis gloriari poſſet ordo Benedictinus tam multis, tamque
„ praeſtantibus alumnis?

„ Libet igitur quaſi curſim omnem eiusdem ordinis noſtri aetatem ab initio inſpi-
„ cere, vt eorum multitudinem, et copiam videamus, qui in doctrinarum ſtudiis magni
„ fuerint: quod etiam eo magis mirum eſt, quoniam veteres illi monachi de induſtria ſe-
„ ſe a literis remouebant, quo ſe totos in vna rerum coeleſtium contemplatione abde-
„ rent, vt de S. P. N. *Benedicto* narrat *Gregorius* (*f*), qui cum liberales artes Romae
„ aggreſſus eſſet, conſilio eas deſerens *receſſit*, vt ille ait, *ſcienter neſcius, et ſapienter in-
„ doctus.* Attamen et ille ipſe ordinis noſtri primus inſtitutor, et pene parens omnium
„ Monachorum in Occidente, *ſcripſit Regulam Monachorum diſcretione praecipuam, ſermo-
„ ne luculentam*, in qua de aſſidua diuinarum literarum tractatione, luculenta ſane poſte-
„ ris documenta reliquit. Nam ad lectioni vacandum diuinae ſancit (*g*) *in caput quadra-
„ geſimae ſingulos de bibliotheca promi codices, eosdem per ordinem ex integro legi*: denique
„ ephoros conſtitui, qui notent, inſpiciantque deſidioſos, et aliis, quam huic ſacrae lec-
„ tioni, intentos. *Quae enim pagina*, ait idem Sanctus Pater (*h*) *aut quis ſermo diuinae
„ autoritatis veteris ac noui teſtamenti, non eſt rectiſſima norma vitae humanae? Aut quis li-
„ ber Sanctorum Catholicorum Patrum, hoc non reſonat, vt recto curſu veniamus ad creato-
„ rem noſtrum*? Inſuper, vt Antonius *Poſſeuinus* expreſſe loquitur (*i*): *Cauit, vt ſucceſſo-
„ res ſui ſcriptorum illuſtrium monumenta cuſtodirent, quibus eccleſia carere non poſſet*: quae
„ deinceps cura in ſucceſſores ſacrae eiusdem diſciplinae ita peruaſit, vt quantacumque
„ ab Ethnicis, vel ab haereticis procella oboriretur, bonae tamen artes, et optimi ortho-
„ doxorum labores haud penitus interirent.

„ Innumerabiles itaque fuere Benedictini viri magni et hominum quoque opinione
„ ac fama celeberrimi: nos tamen non omnes hoc loco commemorabimus, quod eſſet in-
„ finitum, ſed eos tantum, qui praeter eximiam virtutem, inſuper etiam doctrinam, et
„ eruditionem excellentem adiunxere: atque ex his etiam ipſis praecipuos tantum ex om-
„ ni aetate delibabimus.“

Prae-

(*f*) Lib. 2. Dialog. c. 1.
(*g*) Cap. 48.
(*h*) Cap. 73.
(*i*) In Apparatu.

Praeſatione finita, enarrat Autor per XXIV capita viros tam eruditione, quam ſcrip- : celebres; deſcribit eorum vitas, virorum eruditorum elogia de iſtis prolata in medium oſert, opera ab illis conſcripta aut recenſet, aut exacta indicat, vbinam recenſita ha- antur, loca, vnde ſuam hauſerit eruditionem, notitiamque deriuauerit. in margine notat.

Primo capite S. *Benedictum*, eiusque S. regulam commeritis laudum encomiis celebrat.

Secundo capite depraedicat profundam M. Aurelii *Caſſiodori* eruditionem, inſignem is Bibliothecam, et ſequentia opera ab eodem compoſita, ſcilicet: *Inſtitutiones ad di- nas lectiones duos libros: Expoſitionem ſeu Commentarium in Pſalmos Dauidis*. aliasque *Scripturae interpretationes*: alia *Caſſiodori* opera ſilentio praeterit, et lectorem ad *Ba- nii* Annales, ac *Poſſeuini* adparatum remittit.

Capite *tertio* recenſet S. *Benedicti* diſcipulos ſanctitate et doctrina conſpicuos, nimi- m: S. *Fauſtum* S. *Mauri* vitae ſcriptorem: *Gordianum* S. *Placidi* vitae Autorem: *Mar- n* inſignem Poetam: *Joannem Maxentium* Abbatem Pictauienſem: *Sebaſtianum*, qui S. *eronymi* vitam conſcripſit: *Congellum* Scotum Abbatem Benchorenſem, cui regularis vi- : methodum, pluresque ad coenobiorum Patres epiſtolas attribuit: *Eygypium* Abbatem: *lonem* primum Glanofolii Abbatem: *Aegidium* Abbatem Carminum de pulſibus, venis, vrinis Autorem (*k*).

Caput *quartum Dioniſii* Exigui, natione Scythae, et Abbatis Romani vita, merita, doctrina occupant. Adiunxit eidem Autor *Bandominam* (*l*) natione Gallam, cui librum undum vitae S. *Radegundis* Reginae attribuit.

Capite *quinto* differit Autor de *Gregorio* Turonenſi, quem ex Monacho Turonenſi isdem vrbis Epiſcopum creatum fuiſſe, exiſtimat, quod tamen nullus recentiorum ad- nare auſus eſt. Secundum huius capitis locum *Martinus* Dumienſis Abbas poſtea Braca- iſis Epiſcopus, quem *diſputationem* de *ira*, de *humanitate*, de *moribus*, et de *differen- quatuor virtutum cardinalium* compoſuiſſe ſcribit. (*m*).

Capite *ſexto* Autor fuſiori ſtylo S. *Gregorii* Magni vitam, res geſtas, eruditionem- e ſcribit. Sequentibus *tribus* capitibus depraedicat *Leandrum*, *Fulgentium*, et *Iſidorum*, s tam Sanctitate, quam eruditione ac pontificia dignitate illuſtriſſimos fratres. Eorum is praemiſit genealogiam ab Oſtrogothorum Regibus petitam.

Capite *decimo* exhibet S *Paterium* S. *Gregorii* M. diſcipulum, Romanae eccleſiae tarium, ac Secundicorium, et Brixienſem Epiſcopum, quem *libri teſtimoniorum* Auto- n laudat. Iſtum excipit *Claudius* Claſſitanae vrbis Abbas, hunc Ragimbertus Abbas ae S. *Walarici* Abbatis Autor. Sequuntur deinde S. *Columbanus*, S. *Gallus*, S. *Jo-* · Abbas Luxouienſis, S. *Joannes* Abbas Vallis Clarae, deinde Epiſcopus Gerundenſis, *dericus* Monachus, *Elericus* Anglus Cambrius Monachus, et S. *Valerius* Abbas S. *Pe-* Montenſis.

Integrum caput *undecimum* S. *Ildephonſi* Archiepiſcopi Toletani vita et res geſtae ex- nt. Capite *duodecimo* memorat autor viros ſequentes tam virtute quam doctrina con- :uos, videlicet: *Cedmonum* qui ſimplex cognominabatur, S. *Ceolfridum* Abbatem Lon- dinen-

k) Carmina iſta in Hiſt. Lit. Ord. S. Ben. p. IV. p. 288. Aegidio Corbelenſi, qui ad finem Se- culi XII. florebat, adſcribuntur.

l In Actis Sanctorum Ord. S. Benedict. T I. p. 309. legitur *Baudoniuia*.

m) In Hiſt. Lit. Ord. S. Ben. p. IV. p. 82. et. 83. ſequentia eidem adſcribuntur opera: *Formula honeſtae vitae*: liber de moribus: quaedam carmina: collectiones canonum, et alia quaedam.

dinenſem et Ven. *Bedae* praeceptorem, *Smaragdum* Abbatem S. Michaelis, S. *Chilianum* Franconiae Apoſtolum et Martyrem, S. *Juliannm* Archiepiſcopum Toletanum, S. *Adamannum* Hyenſem in Scotia Abbatem, Oſtophorum Pharenſem Monachum et deinde Epiſcopum Vigornienſem, et S. *Wilibrordum* Epiſcopum et Friſiae Apoſtolum.

Capite *decimo tertio* S. *Joannes Damaſcenus ſequenti* vero S. *Coſmas* Monachus Italus, et Monaſterii S. *Sabbae* Abbas, S. *Anthelmus* Abbas Malmesburienſis, et deinde Schirenbrunenſis Epiſcopus, *Ansgardus* Monachus Fontanellae, S. *Benedictus* Biſcopius Anglus, *Hedda* Monachus Wintonienſis, *Hedius Stephanus* Monachus Cantuarienſis, *Egbertus* Friſius, *Jonas* Gallus, Abbas Fontanellae, *Felix* Crolandienſis Monachus, *Cuthbertus Giruicius* Monachus Londienſis, et S. *Marcellinus* qui et *Marchelmus* ab aliis dicitur.

Capite *decimo quinto* debitis laudibus celebratur *Beda* Venerabilis, quem ſequuntur *Stephanus* Leodienſis, *Ethelwolphus Bernicius*, *Anaſtaſius* Monachus Caſſinenſis, et Cardinalis, S. *Bonifacius* Archiepiſcopus Moguntinus, *Florus* Monachus S. *Trudonis* Leodii, *Magon*, ſeu *Mogo* et *Meginhardus* Fuldenſes Monachi, S. *Beatus* Hiſpanus Monachus de Valcauado, *Richtruda* et *Giſla* Anglicae Moniales, *Anſo* Abbas Laubienſis, B. *Paulus* natione Longobardus, et *Hildericus* Monachi Caſinenſes.

Capite *decimo ſeptimo* fuſe admodum de B. *Alcuino* loquitur Autor.

Capite *decimo octauo* recenſet S. *Ludgerum* Friſonum Apoſtolum, *Chriſtianum*, qui et *Druthmarus* dicitur, Monachum Corbeienſem, *Egilwardum* Monachum Herbipolenſem, *Ermenricum* Abbatem Eluacenſem, *Eginardum Caroli* M. Cancellarium, *Theodulphum* Abbatem Floriacenſem, deinde Epiſcopum Aurelianenſem, et *Angelomum* Monachum Luxouienſem.

Capite *decimo nono Stengelius* in texenda B. *Amalarii* Archiepiſcopi Treuirenſis vita haud parum excurrit. Breuius vero capite *vigeſimo* de *Haimone*, de *Vſuardo* et de *Treculpho* monachis Fuldenſibus diſſerebat. Capite *vigeſimo primo* B. *Mauri Rabani* Abbatis Fuldenſis et Archiepiſcopi Moguntini vitam atque eruditionem multis celebrabat. Caput *vigeſimum ſecundum* comprehendit *Lintbertum*, *Strabum*, *Rudolphum*, *Aſcrihum*, *Ruodberthum*, *Ruthardum* Monachos Fuldenſes, *Otfridum* Monachum Wiſenburgenſem, *Werenbertum*, *Helpericum*, *Hartmundum*, Monachos San-Gallenſes, *Anaſtaſium* Abbatem Romanum, et S. R. E. Bibliothecarium, *Burchardum* Anglum, *Emericum* Eluacenſem, *Flaualdum* Rhemenſem, *Milonem*, et *Hubaldum*, ſeu *Hucbaldum*, vel *Hogbaldum* Monachos Elnonenſes, *Remigium* Antiſiodorenſem, *Remigium* Abbatem S. *Luthuuini*, S. *Rembertum*, S. *Anſcharium* Epiſcopum Bremenſem, S. *Anſegiſilum* Abbatem Laubienſem. *Tribus* vltimis capitibus agitur de *Hincmaro* Rhemenſi, de *Meginfrido* Monacho Fuldenſi, *Paſchaſio Radberto* Abbate Corbeienſi, *Adreualdo* Floriacenſi, *Almanno* Altuillarenſi, *Ambroſio Ansberto* ſeu *Autberto*, *ſamſone* Cordubenſi et *Ruperto* Monachi S. *Albani*.

Iſti ſunt viri ab Autore noſtro haud exiguo labore collecti, qui fere omnes ordinem S. *Benedicti* ab eius ortu vsque ad finem ſeculi noni tam vitae Sanctitate, quam ingenii monumentis illuſtrarunt, magnamque laborioſae vitae laudem iure ab omnibus ſunt promeriti.

VII.

IV.

Caroli Stengelii Chriſtologia in 4. Codex cartheaceus.

Hoc opus, cuius *Hiſtoria litteraria* Ord. S. *Ben.* (*n*) et Cl. Franc. Antonius *Veith* (*o*) iam meminerunt, in duos diſtinctum eſt tomos. Eius titulus ita ſonat: *Chriſtologia, id eſt de Genealogia, Ortu, Infantia, Pueritia, Vita, Miraculis, Paſſione, Reſurrectione, et Aſcenſione Dei ac Domini Noſtri Jeſu Chriſti Autore R. P. D. Carolo Stengelio, Ord. S. Ben. Abbate Anhuſano. Tomus I. De Genealogia Chriſti, et Patriarchis in ea contentis.* Tomus iſte, qui 468. paginis conſtat, in tres, vt mihi videtur, partes eſt diſtributus; in prima agit Autor de Saluatoris noſtri Genealogia; in ſecunda continuatur hiſtoria Patriarcharum huius Genealogiae ab *Adamo* vsque ad Chriſtum absque interruptione; in tertia eius incarnatio, infantia et pueritia vsque ad baptiſmum comprehenditur. In fine eiusdem legitur: *Praeſentes labores et aerumnae finem habent, praemia tamen, quae illis a Deo propoſita ſunt, aeternitas ipſa metitur. Atque haec breuiter de Joſephi morte, ac vniuerſa Jeſu ſaluatoris infantia, pueritia et adoleſcentia dicta ſunt.* Tomus ſecundus in tres quoque diuiſus eſt partes, in prima deſcribitur vita Saluatoris praedicantis, et miracula patrantis; ſecunda Paſſionis hiſtoriam (*p*) comprehendit; tertia a Domini Reſurrectione vsque ad Aſcenſionem ſeſe extendit.

Voluit et hoc opus Autor typis publicare, ad quod etiam ſequentem Ordinariatus facultatem obtinuit: *Vt tractatus ab admodum Reuerendo Patre ac Domino Carolo Stengelio Abbate Monaſterii Anhuſani conſcriptus, ac Chriſtologia vocatus; a Theologis ad id deputatis, quod nec fidei, nec bonis moribus aduerſetur, ſed plurimum eruditionis, quam D. Autor ſuis in libris paſſim demonſtrat, contineat cenſus, in lucem prodire poſſit, concedimus. Auguſtae* 15. *Jan.* 1651.

Caſpar Epiſcopus Adramytenus
Vicarius Generalis.

Huic legitur ſubiecta Theologicae facultatis licentia: *Chriſtologiae tomus primus a Reuerendiſſimo Domino Carolo Stengelio Abbate Anhuſano compoſitus ſine vlla fidei aut bonorum morum offenſa typis euulgari poterit. Ita cenſeo*

Guilelmus Ludouicus Bennz SS. Theolo.
Doctor, Profeſſor, et pro tempore Collegii
Theologici Decanus.

Tomo *primo* adiecit Autor Annales ab orbe condito vsque ad Saluatoris natiuitatem, in ſex mundi aetates diſtinctos, quibus ſequentem eruditam praemiſit praefationem:

„ Exactam temporum rationem, omnium ducem hiſtoriarum et magiſtram eſſe, omnes vno ore praedicant. Sine qua multos videas, alioquin eruditos viros, quotidie ſacros libros volutantes, qui tamen, quae ſaepius lectitauerint, ita confuſe concipiunt, vt ſine errore, cum opus eſt, ea proferre vix poſſint. Ita fit, vt in his, quae ſunt temporis, ſaepe numero vnicum errent, plura alia neceſſario ſecum trahat, et vbi ſemel a vero annorum tramite deflectere contigerit, totam temporum ſeriem perturbari neceſſe ſit.

 „ Quam-

(*n*) Parte III. p. 388.
(*o*) Alphabet III. Biblioth. Auguſt. p. 171.
(*p*) Pars iſta ſecunda, de Paſſione ſcilicet, iam anno 1628. typis Auguſtae in 4to. euulgata eſt; aſt eam variis additamentis auctam operi praeſenti inſerere voluit.

„ Quamobrem operi huic noſtro apponere fategimus compendioſam quamdam ab or-
„ be condito ad Chriſtum paſſum Annalium tabulam, in qua praeter ordinariam anno-
„ rum directionem, veluti in paruo quodam ſpeculo, licebit multa ſimul breuiter diſtinc-
„ teque intueri nempe totam illorum temporum ſeriem ſatis appoſitam ſubordinatam, nec-
„ non plurima eorumdem Temporum initia, quae Arabes *Jarich*, Graeci *Epochas*, La-
„ tini vero *Aeras* vulgo nominant, a quibus ipſamet tempora deduci et dinumerari ſo-
„ lent. Item Sabbaticos Jubilaeorumque annos et praeterea ſingula prope tempora vi-
„ tae regnique ac principatus procerum, quorum ibi fit mentio: quando ſcilicet quisque
„ natus, quo tempore ad regnum adſumtus, quando mortuus ſit, quot annis regnaue-
„ rit, et huiusmodi alia. Quodſi forte ſtudioſus lector hancce chronologiam a veteribus
„ nonnunquam diſſentire animaduerterit, nouerit, nos, relictis priorum chronologiarum
„ aſſeclis, exactiſſimam recentioris et pariter accuratiſſimi Scriptoris Auguſtini *Tornielli*
„ chronologiam ſecutos. Qui vero harum rerum perfectiorem cognitionem aſſequi deſi-
„ derant, eos ad ipſummet fontem, id eſt praedictum Autorem remittendos eſſe dixi-
„ mus. Vale.

Annales iſtos *Auguſtinus Torniellus* Congregationis S. *Pauli* Clericus Regularis, qui ad ſeculi XVII initium florebat, multo congeſſit labore, et in duos tomos diſtribuit, cuique aetati chronologicam ſubiunxit tabulam, quas Autor noſter hic inſerere decreuerat. Tabulas iſtas excipit *Mantiſſa* ex Vicentii *Regii* chronologia, hanc nonnulla ex Jacobi *Saliani* Annalibus de die conceptionis et natiuitatis Chriſti; deniqui ſequentibus de Chriſto metris opus finire voluit.

Jeſus Chriſtus Dei, ac
Virginis filius.
Meta

Siſtimus o tandem tibi Clementiſſime Aſſertor,
Sacri Voluminis Alpha et Omega:
Non longius vagaturi, te contacto
Quo enim procedat, qui te accedit, vltimam rerum metam?
Tu auiti generis Meta:
Matris annos in proauis numeraturus
Trium et Sexaginta Patriarchum ſtemma claudis.
Omnium nobiliſſimum, quia notiſſimum.
Nam patritii Stipitis reliqui,
Qui commendantur vetuſtate Carioſi
Simul eduntur et exeduntur.
Tu antiquorum antiquiſſimus, nouiſſimorum nouiſſimus,
Maioribus maior, poſterior poſteris;
Seuiſti nobilitatem tuam, et meſſuiſti:
Vere tuam, quia a te fluxit, in te rediit.
Tu diuinorum operum Meta:
Coeleſti ſatu mortalia coeleſtibus nectens,
Ex Deo homo, ex Virguncula Deus,
Quod vnum deerat vniuerſitati miraculum expleuiſti.
Tu temporum Meta:
Summo ſolſtitio, nocte media, anno extremo natus.
Solis fugam, vmbrarum incrementa, anni lapſum inhibuiſti;

Et geminus vere *Janus*
Antiqui nouique ſeculi intercalaris Spectator
Pacem, vti terminales ferias, orbi indulſiſti.
Tu dignitatum Meta:
Qua in ſtabulo contacta purpurati Aſtronomi retroceſſere.
Nam quis vltra bubile illud faſtus explicet,
Vbi ſuperbiae fraenum eſt foenum?
O nouae Aſtronomiae ſectanei Reges!
Ceteri praeſepe inter ſtellas, hi ſtellas in praeſepi obſeruarunt.
Scite igitur capitum decora ante tuos pedes proiecere;
Gnari dignitates deſinere, vbi incipiunt.
Tu Moſaicae legis Meta:
Duriſſima iura circumciſus circumcidiſti,
Et inamaena Synagogae ſpatia metaſti;
Lapideo illo gladio pro limitaneo lapide, infixo.
Tu Sapientiae Meta:
Phariſaicam templi exedram duodennis euertiſti.
Nam te audito, qui omnia docebant, nihil ſe ſcire didicerunt:
Ex Infante Magiſtro, ſe nouerunt infantes.
Tu infernae potentiae Meta:
Spectante ſolitudine cum lucifero congreſſus,
Auidum eſuriendo ſtrangulaſti;
Et inceſtam illam naturam, aeternae flammae cuſtodem
Malarum Veſtalium ſupplicio de rupe impellens,
Heſperum feciſti ex *Lucifero*.
Tu peccati Meta:
Jordanem intrando abluens, vt aliorum ſordes elueret,
Herculeae inſtar columnae fluctibus demerſus,
Vndarum et ſcelerum curſum progredi vetuiſti.
Tu votorum Meta:
Patrium orbem bene merendo diſcurrens,
Fatigato ſaepius pede, nunquam manu
Supplicia a Supplicibus auertiſti.
Tu mortis Meta:
Arboris eiusdem paxillo, quo mors Adamum tranſfixerat,
Aequa talione mortem confixiſti:
Quae funeſtiſſimo exacto ſtadio,
Ad eumdem ſtipidem, vnde mota fuerat, ſtetit:
Et Adamo altero abſorpto, priorem vomuit.
Tu gloriae Meta:
Aeneos orci poſtes cruenta dextera eluctatus,
Gementem ſub terras Patriarcharum populum,
A tartareis ignibus ad Empyreos euexiſti:
Relictisque in monte veſtigiis, quae inſiſteremus,
Tam faciles ad te aditus pandis, vt volare ſit velle,

Te igitur beatiſſimam omnium rerum Metam
Et deſtinato aſſecutus; exàcti operis curſum ſiſto:
Hoc vno rectum; quod ad te peruenit.
Is enim erat, qui a te deerrat.
His feſtiuo ſtationem occupans,
Foliorum carbaſa complico:
Et pro anchora, emeritum calamum figo
Anno tuo 1643.

IX.

Caroli *Stengelii* Catalogus Eccleſiarum Collegiatarum, Monaſteriorum, Parochiarum et Beneficiorum in dioeceſi Auguſtana extantium, in Fol. Codex cartheaceus.

Opuſculum iſtud 96. paginis contentum, dilucidis admodum deſcriptum eſt literis. Autor eidem ſequentem praefixit titulum: *Deſcriptio omnium et ſingulorum tam Monaſteriorum, quam Eccleſiarum Collegiatarum in ipſa ciuitate et tota Dioeceſi Auguſtana exiſtentium Ordine alphabetico.* Opus Autor incipit ab adſignatione officialium Eccleſiaſticorum *Reuerendiſſimi D. Epiſcopi Auguſtani*, deinde tranſit ad *capitulum Cathedrale*, quod XL. Canonicos voce actiua gaudentes, e quibus ſex praelaturae ſeu perſonatus cenſentur, continere ſcribit. Vicarios eccleſiae ſeu ſocios Chori XL. numerat. Beneficia de Collatione Capituli XXIV. de collatione Epiſcopi tria, de collatione Praepoſiti vnum, de Decani duo, de ſummi Cuſtodis nouem, de Scholaſtici vnum in Eccleſia Cathedrali extare ſcribit. Recenſet et alios eiusdem Eccleſiae officiales, et beneficia in vrbe exiſtentia.

In Eccleſia collegiata *Eluacenſi* praeter Praepoſitum Principem et Decanum duodecim Canonicos nobiles, Prouiſores quatuor, Vicarios octodecim &c. eſſe dicit. Eccleſiae collegiatae S. *Mauritii* Auguſtae Praepoſitum, Decanum, duodecim Canonicos, tres Prouiſores, octodecim Vicarios Chori, et quatuor Chorales laicos attribuit. His adcenſet Eccleſias collegiatas, S. *Petri*, et S. *Gertrudis* Auguſtae, S. *Vdalrici* in Häbach, S. *Petri* Dilingae, SS. *Philippi* et *Jacobi* Grünenbaci, *B. Mariae* Feuchtwangii.

Monaſteria ordinis S. *Benedicti* 26. numerat, inter quae etiam *Lorchenſe*, *Anhuſanum*, *Echenbrunnenſe*, *Munchrottenſe*, *Neoburgenſe*, *Liezhaimenſe*, *Reiſtingenſe* et S. *Nicolai Auguſtenſe* recenſita habentur: Monaſteria *Canonicorum Regularium* Ord. S. Auguſtini ſeptem, ex quibus *Herbrechtingenſe* in Wirtenbergia extinctum eſt: Ordinis *Praemonſtratenſis* tria: Ordinis *Ciſtercienſis* ſeptem, ex quibus *Koenigsbrunnenſe* in Wirtenbergia et *Zimmernenſe* in Rhoetia ſita ſeculariſata fuere: Ordinis *Carthuſiani* duo: *Chriſtgardenſe* in Rhoetia ſitum nunc temporis non exiſtit: Ordinis *S. Spiritus de Roma* vnum.

Monaſteria Ordinis S. *Dominici* vndecim, S. *Franciſci* viginti tria, *S. Auguſtini Eremitarum* quinque: *Carmelitarum Calceatorum* duo, Patrum *Societatis Jeſu* domus nouem adſignantur. Ex iſtis plura hodie extincta ſunt.

Monaſteriis *Commendas* quoque Ordinis Teutonici B. V. *Mariae*, *Donauwerdanam* nimirum, *Oettinganam*, *Kapfenpurgenſem*, et *Blumenthalenſem* adſociauit.

Poſt haec progreditur Autor ad deſcribenda Archidiaconatum, et Capitula ruralia, omnesque Paraecias et beneficia recenſet, atque Patronos, ſeu qui Paraeciis ſeu beneficium conferendi iure gaudent, vbique indicat.

Ar-

Archidiaconatus duodecim Paraecias et ſex beneficia compleſtitur. In diſtriſtu Sueuiae ſeptemdecim decanatus et capitula numerantur: I. *Füſſenſe* nouemdecim Paraecias, et viginti et vnum beneficium comprehendens: II *Campidonenſe*, Paraecias XXVI. et XVII. beneficia continens: in ciuitate vero Campidonenſi XXII. beneficia numerabantur: III. *Ottenburenſe*, XLVII. Paraeciis et beneficiis XXXIII. conſtans: IV. *Kaufburenſe*, Paraecias XXX. et beneficia X. compleſtens. V. *Oberndorfenſe* Paraecias XXVII, et beneficia V. in ſe habens. VI. *Schongauienſe* XXIV. Paraecias et IX. beneficia numerans: VII. *Schwabmenchingenſe* compleſtebatur Paraecias XXIV, et beneficia VIII. *Baisweilenſe* Paraecias XXII. et VI. beneficia. IX. *Kirchheimenſe* ſeu *Wallershouenſe* Paraecias XXIX. et X. beneficia. X. *Mindelheimenſe* Paraecias XXXII. et XVII. beneficia. XI. *Oberottenſe* Paraecias XIX. et XVII. beneficia. XII. *Weiſſenhornenſe* Paraecias XXX. et XXI. beneficia. XIII. *Ichenhuſanum* Paraecias XXXVI. et XXVII. beneficia. XIV. *Jetingenſe* Paraecias XXVII. et XVIII. beneficia. XV. *Agenwangenſe* Paraecias XXVII. XXIII. beneficia. XVI. *Wertingenſe* Paraecias XXI. et XI. beneficia. XVII. *Weſtendorfenſe* Paraecias XXIV. et VII. beneficia.

In diſtriſtu Rhetiae tredecim numerabantur capitula. I. *Dilinganum* continebat Paraecias XXIV. et LIX. beneficia. II. *Elchingenſe* ſiue *Weidenſtettenſe* Paraecias XXIV. et XI. beneficia. III. *Giengenſe* ſeu *Baltmarshouenſe* Paraecias XVI. et XV. beneficia. IV. *Neresheimenſe* Paraecias XXII. et IV. beneficia. V. *Eluacenſe* Paraecias XXIX. et XXX. beneficia. VI. *Wallerſteinenſe* Paraecias XL. et XXXVIII. beneficia. VII. *Gamundienſe* ſeu *Lorchenſe* Paraecias XIII. et XII. beneficia. VIII. *Dinkelſpihlenſe* Paraecias XXVI. et XXX. beneficia. IX. *Nördlingenſe* Paraecias XXVI. et XLII. beneficia. X. *Haidenhaimenſe* ſeu *Guſſenſtattenſe* Paraecias XVII. et V. beneficia. XI. *Lautrenſe* Paraecias XXII. et VII. beneficia. XII. *Höchſtadienſe* Paraecias XV. et IX. beneficia. XIII. *Donauwerdenſe* Paraecias XXIII. et XIX. beneficia.

In diſtriſtu Bauariae nouem extant capitula: I. *Weilheimenſe* compleſtitur Paraecias XXXVIII. et XIV. beneficia. II. *Oberaltinganum* Paraecias XXVIII. et VIII. beneficia. III. *Schwabhuſanum* Paraecias XVIII. et IV. beneficia. IV. *Landsbergenſe* Paraecias XXIII. et X. beneficia. V. *Baiermenchinganum* Paraecias XIX. et IV. beneficia. VI. *Fridbergenſe* Paraecias XLI. et VI. beneficia. VII. *Aichachenſe* Paraecias XXXI. et XXII. beneficia. VIII. *Hohenwardenſe* Paraecias XXXIX. et XIV. beneficia. IX. *Rhainenſe* Paraecias LI. et XIX. beneficia.

Haec erat dioeceſis Auguſtanae ante pacem Weſtphalicam facies, de qua a Confeſſioni Auguſtanae addiſtis non ſolum Paraeciae, ſed et integra capitula fuere direpta, monaſteria plura extinſta, et eccleſiae collegiatae annihilatae.

Deſcriptio iſta dioeceſis Auguſtanae typis nondum publicata nec in *Hiſtoria literaria Ord S. Ben.* recenſita reperitur, nec a Cl. *Veithio* fuit excitata.

X.

Proprium Feſtorum, quae in monaſterio Anhuſano celebrantur, a Carolo *Stengelio* eiusdem monaſterii Abbate colleſtum, in 8. Codex Cartheaceus.

Praemiſit Abbas huic operi praefationem ad fratres ſuos direſtam, in qua inſigne ſuae pietatis ſtudium, diuinum cultum pene extinſtum reſtaurandi ſeruorem, Sanſtorem honorem promo-

promouendi ardentem Zelum ac fratres ſibi ſubditos ad Sanctorum imitationem inflammandi deſiderium eluceſcit. Dignam eam cenſeo, vt integre exſcribatur.

Praefatio.

„ Quamquam omni hominum generi Deum Opt. Max. deuotiſſimo pietatis, orationis ac diuinae laudis ſtudio colere incumbat; maxime tamen eccleſiaſtici ac monaſtici ſtatus homines hac legis neceſſitate, et quidem arctius obſtringuntur. Cum enim hic ex reliquo mortalium coetu in ſortem Domini vocati, et ſanctius vitae inſtitutum amplexi, eminentioris ſtatus ſui vi et ſeruitio ſe prae ceteris manciparunt; conſequens eſt, vt eius etiam cultui et maiore vitae ſanctitate, et aſſiduo orandi pſallendiue munere ardentius inſiſtant. Quod, vt ab iis certo ordine fieret, eccleſia certam precandi, Deumque laudandi normam, quae horis Canonicis continetur, eccleſiaſticis perſonis praeſcripſit, tandemque poſt Breuiarii Romani reformationem SS. concilii Tridentini decreto factam, Breuiarium monaſticum ex eodem Romano reſtitutum, pro omnibus ſub regula S. P N. *Benedicti* militantibus approbauit et confirmauit. Non prohibuit interim, quin certa feſta pro veteri conſuetudine in certis prouinciis, ordinibus, dioeceſibus, vrbibus, et monaſteriis celebrari poſſint, dummodo vitiis ad normam et ritum praedicti Breuiarii accommodatis, et a ſede apoſtolica approbatis vterentur.

„ Quod nos attendentes, vt primum ad clauum noſtri monaſterii Anhuſani, ſingulari Dei benignitate ex haereticorum manibus erepti ſedere coepimus, in gratiarum actionem feſtum Solemnitatis D. N. I. C. cum integra octaua officio proprio Romae approbato, cum licentia RR. ac Illuſtriſs. Ordinarii noſtri *Henrici* Epiſcopi Auguſtani inſtituimus.

„ Cumque oratorium nouum, quod in maxima temporum difficultate, rerumque omnium penuria et cariſtia conſtruximus, SS. Nominis *Jeſu* et *Mariae* ac omnium ordinis S. P. N. *Benedicti* conſecrari facere cupiamus, aequum videtur et rationabile, vt veterum SS. Patrum exempla ſectantes certa quaedam feſta ad honorem et laudem Titularium noſtrorum ordinaremus. Selegimus itaque imprimis ad maiorem Dei et Saluatoris N. J. C. gloriam deuotionalia quaedam feſta, praeſertim illa, quae ab Eminentiſſimo S. R. E. Cardinale Petro *Perullo* ſunt edita: ad honorem vero B. V. Mariae etiam octauas illas, quae continentur in octauario Romano S. D. N. *Vrbani* VIII. praeter illam ad niues.

„ Cumque animaduertiſſemus, compluribus S. Ordinis noſtri profectum et augumentum exoptantibus Cordidolium peperiſſe, quod viderent omnes fere reliquos ordines, Sanctos ſuos in Apotheoſin relatos ſtudioſe et feſtiue colere; noſtros vero negligi et omitti — non quod laudem et diligentiam hanc illis inuiderent, ſed potius ſummopere probarent, et imitari cuperent. dummodo eſſent, qui praeirent — nequaquam nobis committendum eſſe ſtatuimus, vt haec laus noſtro ordini, vti antiquiſſimo, ſic et celeberrimo diutius deeſſet. Seligimus igitur celebriores tantum Sanctos Ordinis noſtri omnium nationum et regionum, eosque ſolum, quorum nomina in Martyrologio Romano continerentur, vel cum certa ſcientia, et approbatione ſedis apoſtolicae alicubi celebrarentur. Eum in finem excuſſimus variarum dioeceſium propria ex iisque deſcripſimus lectiones proprias II. Nocturni. Et ne toties per annum repetitae Homiliae III. Nocturni faſtidium parerent. Ordinauimus alias deſumtas ex ſupradicto octauario Romano *Vrbani* VIII. pro omnium totius orbis eccleſiarum vſu approbatas,

„ Sane

„ Sane plurimos olim fuiſſe SS. ordinis S. P. N. *Benedicti*, qui officio eccleſiaſtico
„ celebantur, quorumque dies feſti in variis provinciis ſolemniter agebantur, conſtat ex
„ antiquiſſimis MSS. Miſſalibus et Breuiariis: licet poſtea tempora, bella, haereſes, Mo-
„ nachorum migrationes, Praélatorum mutationes, et alii caſus eorum memoriam dele-
„ uerint; cum natura ita comparatum ſit, vt nihil ſit ſtabile et firmum, ſed cuncta tem-
„ pus edax, et inuidioſa vetuſtas conſumat, idque vt dixi, temporis viciſſitudo, regno-
„ rum euerſiones, bella, mutationes, et tumultus efficiunt.

„ Plurimos ſanctos reperire eſt, quos eccleſia Romana veneratur, et Martyrologio
„ ſuo inſcripſit, et licet Benedictini fuerint, nobis quaſi ignoti ſunt. Aliorum feſti dies
„ recoluntur in templis ſecularibus, et nos eorum non meminimus.

„ Ego ſane affirmare auſim, me, quidquid in hoc praeſtiti, ſolius Dei gloriam,
„ et Familiae meae honorem, atque animarum ſalutem quaeſiuiſſe: non enim ideo PP.
„ praecedentium laudabilia geſta proponuntur, vt vanae et inquietae curioſitati ſeruiatur,
„ ſed vt per ea rudes inſtruantur, infirmi conſortentur, laſciui grauitatem ſectentur, du-
„ ri corde compungantur deuoti ad perfectionem, informentur, et vt per aedificationem,
„ conſolationemque legentium S. eccleſia roboretur, et laus Dei, cuius dona ſunt bona
„ noſtra, per gratiarum actionem amplificetur.

„ Dum Deus tam ſit in ſanctis ſuis mirabilis, non diffiteor, quoties mihi aliquorum
„ Sanctorum nomina et virtutes proponuntur, mentem ſubit, hos ſub eodem Imperatore
„ et inſtituto meruiſſe, eodem mecum habitu viros, ſeque cum Chriſto crucem tollendo
„ crucifixiſſe, et tandem aeuiterna quiete et gloria donatos; non potuit non ſtimulos ad
„ eos imitandum addere.

„ Quod et proximis vſuuenire poſſe, non eſt dubium; cum tot et tam exacta mona-
„ ſticae perfectionis exempla ob oculos poſita aduertent. Quare non dubitandum, quin
„ tepidi feruorem, negligentes animum, vitiis dediti confuſionem ſibi parabunt, dum ad-
„ uertent, eos, qui eodem inſtituto nomina dederunt, tam perfectos, tam auſteros, tam
„ conſtantes, et tam fortes fuiſſe, et profeſſionem, ac ſtatum ſuum plurimi facient. Bo-
Es ſollen auch alle Iungen Conuentuales vnd Nouitien, täglich die Kürchen, mit ſingen vnd leſen, auch die predig, vnd dann die lectiones, wie ſollichs alles vnd iedes vnnderſchiedlich in der Ordnung, vor vnd nachmittag aſſigniert vnd begrifen Iſt, mit fleiſs chriſtenlich, vnd gehorſamlich beſuchen, vnd die ſelbigen kheins wegs verſaumen, leſteren, noch ſchmehen, ſonder bei dem Anfang, biſs zu end ſein vnd bleiben, So offt vnd dick aber einer oder mer huerüber ſollichs one ſonder Erhafft vrſachen oder erlaubdtnus deſs herrn praelaten vnd der preceptoren verſaumen, vnd ſich abſentieren wurd, ſoll ein Ieder übertretter ſeines weins zu ſtraff deſſelben tags priuiert werden.

Es möcht aber einer daſs geuarlich prauchen, ſoll es nit bei diſs ſtraaff pleiben ſonder höher nach ſeinem verſchulden vor dem hern praelaten vnd preceptori gebueſst vnd geſtrafft werden.

Von Gots Leſterung.

Item dieweil auch in den zehen gebotten vnſers hern vnd ſonſt im rechten verbottem, das göttlich nam durch kheinem Menſchen vergebens, vnnutz oder vppiglich ſoll genennt werden, vnd beſunder deſs die Cloſters perſonen vnd Iugendt, ſo in Iren guten ſtudien, vnd diſciplin, mer dann gemeine leyen bericht ſein ſollen, welch Conuentual oder Nouitz dann allein vſſer vnigem gemüt vnnd beſſer gewonheit, vngeuärlich einen ſchwuor thutt, oder vergebenlich gottes Namen, oder wanns die menſcheit Chriſti antrifft, fuert, der lettlicher ſoll von eines Ieden ſolchen fluchs oder Schwur inſonderheit wegen zwen tag ſeins geordneten weins one nachleſslich priuiert werden.

Es ſoll auch ein Ieder Conuentual oder Nouits vor vnd bei dem ſollichen fluchen vnd ſchweren beſchehen, ſchuldig ſein, bei ſtraff des kerkers darinn ein tag vnd nacht, mit waſſer vnd brott gebueſſt werden, dem hern prelaten vnd preceptori anzuzeigen. Wo aber einer auſs Zorn verdachtem muth fürſetzlich vnd geuärlich ſchwert, ſo ſollen alſdann der oder dieſelbigen vbertretter, in kerker gelegt, vnd dem verſchulden nach, ettlich tag vnd nacht dar Inn mit waſſer vnd brott geſpeiſst vnd gebueſst werden.

Wer aber ſach, das einer oder mer ſich im fluchen vnd gotsleſteren, ſo gar freuentlich vnd geferlich halten, der ſoll alsbald in kerker gelegt vnd alsdann der prelat ſollichen nach ſeinem verſchulden, vnd andern zum Exempl härtigclich vnd mit der ſtrenng ſtraaffen laſſen,

Von der gepuerlichen Reuerenntz.

Item ſie ſollen dem hern prelaten als Ihren hern zuuorderſt, darzu die ſeniores, vnd Ire preceptores in gepuerlich Reuerentz, auch vor Augen haben vnd halten. Vnd dann darzu ſie vnd ein ander, kheiner dem andern weder mit worten noch wercken belaidiglich vffwögen, hadern, auſpeen, vergauferen, verſpotten, ſchmehen oder ſchelten, ſonnder Ieder gegen dem anndern als ſeinen mitcollega vnd bruder mit ſchleinigen, beſcheidenlichen, tugentlichen worten, zufriden ſein vnd pleiben. Welcher huerüber einer oder mer, dem anderm allein mit wort beleidigen, verachten, verſpotten, vffwögen wurde, derſelbig ſoll ein tag ſeins Weins, oder mit einer ander correction dem verſchulden nach, vnd gut anſehen des hern prelaten vnd der preceptoren priuiert vnd geſtrafft werden.

Item

Item es ſoll ir kheiner kein wöhr klein oder groſs im kloſter tragen, noch bei Inen in iren Cellen haben, ſonnder dieſelbigen in der preceptoren handen behalten.

Item es ſoll ir kheiner auſſer dem Cloſter weder für die porten, noch annder orthen one erlaubdnus des her prelaten, priors oder preceptores zuſpacieren nach anderes zuuerrichten gon bei ſtraff des kerckers.

Doch ſoll Inen pro recreatione zu weilen mit Iren preceptoren ſpacieren zugon mit vorwiſſen des hern prelaten oder priors vnd angepuerlichen vnd vnörgelichen orthen hiemit nit abgeſchlagen ſein.

Von Niechteren vnd Zichtigen Leben.

Item dieweil dem Cloſter perſonen vor anndern ein nuechter vnd zuchtig leben gepuert, ſo ſollen ſie ſich des ſchandtlichen laſters, des zu vnd voll trinckens, auch alles vnordentlichen Zechens vnd ſpilens vnd annder dergleichen vppigkheit, in vnnd auſſerhalb Cloſters gentzlich enthalten, vnd mueſſigen, Vnd Ieder vbertretter darumb in Kercker vom hern prelaten, dem verwircken nach mit waſſer vnd brott gepueſſt vnd geſtrafft werden.

Item ſie ſollen ſich laſe halten vnd ergerung Vnzucht, auch aller ſchandtlicher leichtfertiger, ſchamparer vnd vnzichtig worten in vnd auſſerhalb Cloſters genntzlich enthalten. Wo einer fuervber ergriffen, der ſoll vom hern prelaten mit gut anſehen der preceptoren mit dem kercker dem verſchulden nach hertiglich mit waſſer vnd brott geſpeiſſt vnd gebueſst werden.

Es möcht aber einer ſich mit ſollichen vnd dergleichen Laſtern vnnüchteren, vnd vnzichtigen leben, worten vnd wercken, ſo grob oder vber empfangner ſtraaff weiter vnd mer vergreiffen, derſelbig ſoll alſpald in kärcker gelegt, vnd von dem hern prelaten alsdann hörtiglich geſtrafft, darzu das Cloſter verwirckt haben, auch daruon excludiert werden alles dem verwirckten vnd geſtalt der ſachen nach.

Vnnd ein Ieder der zu ſollichen vnnüchtern vnd vnzuchtigen leben vnd ſchandtlich vnnd leichtfertig reden vnnderſchlauf gibt, oder darzu hilf oder Rath gethan, oder das einer oder mer, daſs von einem geſehen, gethon vnd getriben geſchehen ſein, das verſchwigen wurt, ſoll gleich dem thätter geſtrafft werden.

Vnnd ſonſt auch ſich an allen orten im Cloſter ſtill, beſcheidenlich, erbar vnd chriſtenlich halten, wa einer vnbeſcheidenlich befunden, darumb vom hern prelaten im kercker dem verſchulden nach gebueſt vnd geſtrafft werden. doch ſoll Inen mit einandezuchtig chriſtlich vnd Erbärlich zu ſeiner gebuerlichen Zeit zu reden nit abgeſtrickt ſeinr

Von der Tiſch Zucht.

Es ſoll ein Ieder ſich befleiſſen, Nachdem man zum tiſch geleittet, bei dem gebett anfenglichs zu ſein bei priuirung ſeines weins ſelbigs tiſchs.

Es ſoll auch ein Ieder bei Leſen vber tiſch von anfang biſs zum end pleiben vnd ſein, Vnd wann auch das leſen an Ir einen küme daſſelbig der ordnung nach gehorſamlich erſtatten, bei priuierung dreier tag ſeins weins.

Vnnd welcher vnder dem gebett vnd leſen ob dem tiſch ſchwetzen, oder ſunſt ſich mit vngeberten halten, oder von dem tiſch, ehe man daſs gratias geſprochen, laufen wurde, derſelbig ſoll, ſo offt das geſchicht, ſeins weins ein gantzen tag priuiert, oder dem verwircken nach im kercker mit waſſer vnd prott geſtrafft, vnd gebueſst werden.

Es ſoll auch kheiner nichts Eſſenigs noch wein vom tiſch hinweg tragen, ſonndern ſich auch einer Ieder ſeins verordneten tiſchs vnd weins beniegen, vnd wenn am tiſch vberbleibt, ligen, vnd vfheben laſſen, bei priuierung ſeins weins zweien tag.

Item es ſoll ein Iettlich ſich deren Kleider, wie man Iedem die verordnet, vnd keiner andern gebrauchen, auch ir keiner den andern ſelbig kleidung halber verſpotten, verachten, vergauleren, Alles bei vermeidung der ſtraaff des kärckers Nach eines Ieden verſchulden.

Item es ſoll irer keiner dem andern nichts nemen, abtragen, zerbrechen oder verwueſten, wo daſs von einem oder meren beſchehen, darumb von dem hern prelaten im kercker der verwirckung nach, mit waſſer vnd brott geſtrafft vnd gebueſst werden.

Vnd ein Ieder ſoll ſein Bett ſelber bethen, daſs bettgewandt, Kleider vnd Buecher ordentlich vfheben, auch ſein Zell ſauber halten, bei ſtraaff von dem hern prelaten vnd preceptoren zugewarten.

Es ſoll auch ir keiner dheni Cloſter verwanndten noch auſsleuht in die Conuent ſtuben, noch deſs ſchlaafhaus, onerlaubt deſs prelaten oder preceptors fueren, bei priuierung ſeins weins zweier tag.

Darzu ir Ieder alle officiales vnd Miniſtros des Cloſters vngeirt vnd vnuerhindert laſſen mit Inen kein anhang haben, vnd machen, bei vermeidung der ſtraaff nach geſtalt der ſachen.

Item ſie ſollen khein gäſt zu ſich eruordern noch laden, ſonder ſich aller gaſterey, zerens, vnd zechens, in vnd auſſerhalb Cloſters gentzlich enthalten bei vermeidung deſs hern prelaten ſtraff, darumb ſeinen verſchulden nach zuempfachen.

Doch ſo ir einen oder mer Iars einmal oder zwei ſein vatter, bruder oder pfleger jne zubeſuchen khommen wurde, ſollichs ſoll alsdann im Cloſter mit erlaubung des hern prelaten, ein Imbiſs oder zwen, nach geſtalt der ſachen nit abſchlagen ſein.

Aber hieunden ſoll ein Ieder Conuentual oder Nouitz derenhalben kheine kirchen vnd lectiones verſaumen bei priuierung ſeins weins wie obgemelt.

Es ſoll ein Ieder Conuentual vnd Nouitz, ſchuldig vnd verpflicht ſein, wen ein Ieder von dem anndern, wider eine oder mer diſer ſtatuten vnd ordnung geſehen, gehört, erfunden, vnd vernumen, das Ieder Zeit dem hern prelaten oder preceptores fürbringen, vnd kheiner des andern verſchonen.

Vnnd wann auch einem preceptori, ein ſollich delictum vnd exceſs angezeigt, oder ir einer Ieder Zeit ſolich für ſich ſelb gewar wurden, darauf dann ir Ieder ſeiner ſchuldigen pfluecht halben, ſehen vnd mercken ſoll, Alsbald ein Ieder vbertretter, zur ſtraff anhalten. Aber die verwirckung, ſo mit dem kercker gebueſst vnd geſtrafft ſollen werden, die ſelbigen mit des hern prelaten vorwiſſen exequieren.

Vnnd ob einer oder mer dem anndern vmb angebung oder ſtraaff, einiches vbertretten, mit worten oder wercken, beleidigen wurde. die ſollen vnd werden dermaſſen vnd nach geſtalt, einer Ieden handlung, geſtrafft vnd gebueſst werden, das ein Ieder ein Exempl darab nemen mag.

Item es ſoll auch keiner heimlich weiſs on vorwiſſen vnd verlaubung deſs Landsfürſten, vnd hern prelaten vom Cloſter abkhomen.

Vnd ſo ir einer oder mer huerüber heimlicher weis, one vorwiſſen vnd erlaubdnus hochermeltes Landsfürſten vnd hern prelaten auſſer dem Cloſter abtretten, ſo ſollichs alsbald von dem hern prelaten vnſerm Gn. Fürſten vnd hern zugeſchriben, vnd alsdann von Iren F. G. dero Amptleiten, hinder dem ſolliche geſeſſen, beuelch gethon werden,

Nach

ach ſolichem abtrettnem zutrachten vnd in hafftung zubringen. Vnnd daſſelbig alsbald F. G. berichten, damit Ir F. G. als der Landsfürſt ein ſollichen, mit dem hern preten wiſſen mögen, Nach ſeinem verſchulden, vnd anndern zum exempl zuſtraffen vnd ıbueſſen.

Damit ſich nw kheiner der vnwiſſenheit zuentſchuldigen hab, ſo ſoll nw fürohin zu len quartalen ditz ordnung vnd Stattuten, offentlich in der Conuent ſtuben, vor allen onuentualen vnd Nouitien durch dem preceptoren in gegenwürdigkeit des hern prelan, verſtendiglich vorgeleſen vnd declariert werden.

Doch erhelt der her prelat Ime ſuer Inn beuor Ieder Zeit nach geſtalt der ſachen ſe ſtatuten, vf gut achten vnd approbation vnſsers G. Landsfürſten vnd hern zuenrn, zubeſſern vnd zumeren. Actum den 14. Martii Anno &c. 56.

Onophrius Abbt
zu Brenzahauſſen ſp.

Hans Dietrich von Pleimigen ſp.
Caſpar Ber ſp.
Sebaſtian Hurrmalt

XX.

Conuentus Praelatorum Wirtenbergenſium Göppingae anno 1645. *habitus.*

A. C. 1645. 19. Martii ex Decreto Rmi D. N. Ordinarii iui ego *Carolus* ad Conntum RR. DD. Praelatorum Wirtenbergenſium Göppingae congregandorum. Erat aum Dominica 3. Quadrageſimae ſiue *Oculi*. Poſt celebrationem ſtatim aſcendi currum, anſus in Guſſenſtat, deſcendi iuxta Hocheneibach per praecipitium. Circa 4tam veni ɔppingam, et diuerti in aedibus Adelbergenſibus. Dormiui autem in domo D. *Oeſchlini*, am conſtituerat D. Adelbergenſis pro pleriſque DD. Praelatis ibidem pernoctaturis. Interfuerunt huic conuentui, D. *Georgius* Abbas Adelbergenſis, tamquam Director, D. *Joaimus* Abbas Bebenhuſanus primus Aſſiſtens, D. *Joſephus* Abbas Murharttenſis, D. *Wolfngus* Abbas Koenigsbrunnenſis, D. *Wunibaldus* Abbas Hirſaugienſis, D. *Alphonſus* Abs Alderſpacenſis, D. *Raymundus* Abbas Blauburanus, D. *Carolus* Anhuſanus, D. *Fran:us* Praepoſitus Herbertingenſis, D. *Placidus Rauber* Adminiſtrator Lorchenſis, electus undus Aſſiſtens, Confeſſarius Pfullingenſis, Praefectus Denckendorffenſis ſecularis loco ni Epiſcopi Conſtantienſis, D. *Nicolaus* Abbas Herrenalbenſis, podagra impeditus, renſit in Weilerſtatt; votum ſuum commiſit Rmo D. Bebenhuſano, D. Abbas Maulbrunnſis, neque per ſe, neque per alium comparuit, ſicuti nec Abbas S. *Georgii*.

Die 20. et 21. ſemper per 4. horas habitae ſeſſiones ab hora 7. vsque ad vndecim; A prandio ab hora ſecunda vsque ad ſextam et vltra. Sub ipſa ſeſſione pomerina feria tertia aduenerunt Protectoriae Chriſtianiſſimi Regis Galliae, Pariſiis 20. Febr. ae. Die 23. feria quarta tantum mane habita ſeſſio, et facta eſt diſtributio collectan, quantum quisque pecuniarum contribuere debeat, pro R. P. Priore Murhartenſi amo *Adami* — qui ad hoc munus omnium calculis delectus fuerat: ſin autem aliquis batum ire deberet, illuc proficiſcetetur D. Adelbergenſis — mittendo ad conuentum naſterienſem in cauſa Monaſteriorum reſtitutorum in Wirtenbergia. Ego pro mea quopromiſi 50. fl. vbi domum rediero 25. fl. et ad Paſcha iterum 25. fl. ad S. Martini fl. Pro aduocato noſtro confirmatus eſt D. Ioannes *Leixelring*. A prandio pleriique diſce-

diſceſſerunt, remanſi Ego et D. Herbertingenſis. Vix ad horam egreſſi fuerant, occur illis P. *Criſtophorus* Oeconomus Hirſaugienſis cum aliis Weilerſtadio profugus ob irruptio nem Gallorum, qui Rhenum transgreſſi Pforzheimium occupauerant: vnde D. Hirſaugien ſis et D. Koenigsbrunnenſis Göppingam ad nos reuerſi ſunt. 23. mane diſceſſimus Göp pinga D. Koenigsbrunnenſis mecum in curru, et D. Herbertingenſis in equo. Pranſi ſu mus in Weiſenſtain: D. Decanus ibidem nos vino honorauit. D. Io. Baptiſta *Kemnat Obervogt* ibid. piſcibus. D. Decanus mihi commendauit ſuum nepotem ex ſorore *Ma cum*, quem me ſuſcepturum promiſi. A prandio iterum D. Regiofontanus mecum in cu ru iuit: poſtea praedictos duos Praelatos deſerui in Stainhaim, et iam ſub noctem do mum perueni.

I. O. G. D.

NOTITIA
HISTORICO-LITERARIA
DE
CODICIBVS MANVSCRIPTIS
IN BIBLIOTHECA
LIBERI AC IMPERIALIS MONASTERII
ORDINIS S. BENEDICTI
AD SS. VDALRICVM ET AFRAM AVGVSTAE
EXTANTIBVS.

CONGESSIT
P. PLACIDVS BRAVN
ARCHIVARIVS ET BIBLIOTHECARIVS
EIVSDEM MONASTERII

IN FINE HABETVR
ADPENDIX
CONTINENS
ANECDOTA
HISTORICO-LITERARIA
EX IISDEM CODICIBVS EXCERPTA.

VOLVMEN SECVNDVM.

AVGVSTAE VINDELICORVM.
SVMTIBVS FRATRVM VEITH, BIBLIOPOLARVM.
MDCCLXXXXII.

PLACIDVS BRAVN
LECTORI SVO
S. D.

Anno iam elapſo primum Notitiae Hiſtorico-Literariae codicum manu exa-'atrorum in Bibliotheca noſtra adſeruatorum *Volumen ſub glorioſiſſimis* Sere-ıiſſimi Ducis Wirtenbergiae, CAROLI EVGENII, *Literarum et Li-eratorum* Fautoris Gratioſiſſimi *auſpiciis in lucem prodiit. Cum itaque t hic etiam literarius labor ab eruditis benigne acceptus, et haud exiguo lau-'is encomio honoratus fuerit, inſuper et nouis ſtimulis hinc inde iniectis, ne nimum in proſequendo et exequendo ſemel incepto labore deſponderem, intra nnum horis a reliquis negotiis liberis tantum congeſſi, quantum ad iuſtum ſuf-icere poterat volumen.*

Incepi laborem a Codicum antiquiſſimorum deſcriptione, ex quibus primum btinet locum Gloſſarium biblicum latino-theodiſcum, *ſaltem ſeculo decimo :riptum. Idem exacte adumbratum eiusque contenta tibi, Lector erudite! ac-urate exhibeo; eius aetatem iuxta Critices regulas, a Benedictinis Congrega-'onis* S. Mauri *) *traditas, taxare ſtudui, omniaque verba theodiſca in linguae ntiquae theodiſcae ſcrutatoris gratiam, et ad eiusdem Linguae gloſſaria magis itanda in* Adpendice *exſcripta adpoſui.*

Iſtud libri duo Conflictus Arnobii et Serapionis de Deo vno et trino, e duabus in Chriſto ſubſtantiis &c. *qui ſeculo nono, vti regulae in notis ſub-*

*) Dritter Theil des neuen Lehrgebäudes der Diplomatik p. 86. et ſeq.

ſubiectae demonſtrabunt, ſcripti videntur, excipiunt. Haud leui labore noſtrum Codicem cum impreſſis comparare, variantes lectiones adnotare ſtudui; et adnotatae in Adpendice *exhibitae conſpici poſſunt.*

Tertium locum occupat Codex, gloſſas ſuper quaedam S. Matthaei *Euangelii capita et quaeſtiones ſuper illud* S. Lucae *continens, ſeculo decimo rudi admodum et barbaro ſtilo, vti praefatio integra exſcripta oſtendit, ſcriptus.*

Quartus Codex ſaltem ſeculo duodecimo ſcriptus, Sententias *ex SS. Patribus a quodam Anonymo excerptas comprehendit. In Fine fragmentum Decreti* Nicolai *Papae II.* de electione ſummi Pontificis *inuenitur.*

Iſtum ſequitur fragmentum Miſſalis *euiusdam, ſeculo duodecimo ſcripti. Contuli iſtud cum noſtri temporis Miſſali Romano; diſcrimen vtrinque obſeruatum exacte adnotaui, collectas, ſecretas, praefationes &c. nec in miſſalibus impreſſis, nec in ſacramentariis* Gelaſii *et* Gregorii *repertas in Antiquitatis Lyturgicae amatoris gratiam excerptas exhibui.*

Sextus Codex Ritus Ordinis Ciſtercienſis *in monaſterio Sueuiae longe celeberrimo* Salmenſi *vſitatos ſeculo tertio decimo conſcriptos, et cantica variosque hymnos ſequenti ſeculo collectos, antiquorum rituum indagatori haud ingratos, comprehendit.*

Memoratos magnae antiquitatis Codices excipiunt Opera Philoſophica, Theologica, *ac* Philologica, *aut ſeculo decimo quarto aut decimo quinto ſcripta, breuiterque admodum recenſita, quorum maxima pars a* Narciſſo PFISTER *Monacho San-Vlricano vel compoſita, vel conſcripta, aut rubricis illuſtrata fuere. Scio me equidem, ſaepius a quibusdam viris eruditis tam oretenus, quam ſcriptotenus ad monitum, ne eiusmodi ſcripta Operi praeſenti ob exiguam eorum vtilitatem inſererem; aſt re cum aliis accuratius perpenſa, ad exemplum eorum, qui ante me in recenſendis Bibliothecarum Manuſcriptis operam laudabiliter poſuerunt, enumerare conſtitui;*

cre-

credens, non omnino nullum emolumentum eorum recenſionem rei literariae adlaturam eſſe. Licet enim iſtorum materia noſtro praeſertim tempore careat vtilitate, Viri tamen, qui dies ſuos in tam difficili ſtudio conſumere, hactenus penitus ignoti aeternae obliuioni eripiuntur; literaria illarum diſciplinarum hiſtoria illuſtratur, ac ditatur; cuiusque ſeculi genius, ratiocinandi modus, ſcientiarum fortuna conſpicitur, ac exploratur.

His breuiter recenſitis, iterum gratiora, ac vtiliora comparent, nimirum Virorum eruditione clariſſimorum Epiſtolae *plusquam trecentae ſupra mille ad* Carolum STENGELIVM *Monachum San-Vlricanum et Abbatem Anhuſanum intra viginti annos tum in literario tum in aliis negotiis ſcriptae et tribus voluminibus contentae, quarum quaedam minoris momenti ſolum adnotaui: quae maioris attentionis dignae videbantur, aut fuſius deſcripſi: aut integras ob ſuam praecipuam eruditionem in* Adpendice *exhibui.*

Epiſtolis ſubiungitur Chronicon Vrsbergenſe *dictum, vnacum digreſſione de genuino eiusdem Autore, quem ex doctiſſima diſſertatione D.* Michaelis KVEN *Praepoſiti Wengenſis Vlmae, adhuc inedita, et ex illa Cl. D.* Georg. Ant. CHRISTMANN, *Hiſtoriae Fridericianae praemiſſa colligere adlaboraui. Accedit breuis hiſtoria de* Guelfis, *vnacum Tabulis Genealogicis.*

Deſcribitur deinde Q. Jul. Hilarionis *Chronologia cum variantibus lectionibus, quam* Fredegarii Scholaſtici, Hermanni Contracti *Monachi Augienſis Chronica, Monachi cuiusdam* Weingartenſis *Hiſtoria de Guelfis, Annales* Hermanni *Abbatis Altahenſis,* Henrico Steroni *alias (ſed male) adſcripti, et* Andreae *Altahenſis, Eccleſiae Ratisbonenſis Archidiaconi excipiunt. Haec omnia in vno Codice contenta habentur.*

Denique Fredegarii *Chronicon memoratum, ſed ab altero ſcriptum, adumbratum reperitur. Iſti ſubiiciuntur* Eginhardi *Abbatis Prumienſis Annales, Hiſto-*

ria breuis de S. Simperto *Epiſcopo Auguſtano*, *quae in* Adpendice *typis excuſa reperitur*: Euſebii Pamphili, *et* Tironis Proſperi *Chronica. Haec iterum omnia in vno Codice collecta inueniuntur.*

Finem operi imponit Vita et Paſſio S. Ignatii *Epiſcopi et Martyris, duabus tantummodo paginis membranaceis contenta; ne itaque penitus interitui ſubiaceat, in* Adpendice *typis imprimi curaui.*

His omnibus abſolutis, Adpendix *ſequitur. Quaenam in illa fuerint inſerta, iam enarraui; et Syllabus eidem praemiſſus clarius demonſtrabit.*

Haec itaque ſunt, Lector erudite, quae in praeſenti volumine ad rem literariam illuſtrandam et ditandam deſcribendi haud leue in me ſuſcepi munus. Si et praeſentem laborem eadem beneuolentia, ac adprobatione, qua ceteros a me praeſtitos, accipias, certum te eſſe volo, me in ſemel ſuſcepta prouincia impertraeſe perrecturum, tantumque temporis reliquis negotiis ſuffuraturum, vt ſingulis annis tantum materiae comportem, colligam, ac ordinem, quantum ad iuſtum Volumen ſufficere poſſit. Interim vale et mihi faue. Scribebam in imperiali Monaſterio ad SS- Vdalricum *et* Afram, Auguſtae, *VI. Calendas Nouembris, anno a partu Virginis MDCCXCI.*

CON-

CONSPECTVS OPERIS

		Pag.
	Gloſſarium Biblicum latino-theodiſcum - - -	1
	Conflictus Arnobii et Serapionis de Deo vno et trino &c.	4
	Gloſſa ſuper quinque S. Matthaei Euangelii capita &c. -	5
	Diuerſae ſententiae ex SS. PP. excerptae. - -	10
	Miſſale. - - - - - -	12
	Ritus Monachorum Ciſtercienſium. Hymni et Cantica. -	20
XIX.	Narciſſi Pfiſter Mon. San-Vlricani quaedam ſcripta Theologica et Philoſophica - - - - - -	24-29
	S. Thomae quaeſtiones ſuper IV. Sententiarum &c. -	29
	Tituli Capitulorum S. Scripturae - - -	30
,	Lectura ſuper quosdam Ariſtotelis libros - - -	Ibid.
I.	Henrici Regentis Erfordiae reportata ſuper 8. libros Phyſicorum.	31
'.	Joannis de Sacro Boſco tractatus de Sphaera &c. - -	Ibid.
,	Bertholdi de Gepzen quaeſtiones ſuper XII. Metaphyſicorum &c.	32
I.	Commentum ſuper libros de generatione et corruptione &c. -	33
II.	Alberti M. Opus de Miſſae Sacrificio &c. - - -	34
III.	Thomae Regentis Erfordiae Commenta in Iſagogas Porphyrii &c.	35.
.	Joannis Bydani quaeſtiones ſuper Porphyrium &c.	36.
	Raymundi Summa: Logica Walteri Burlei, et Guilielmi Occam: Decreta concilii Moguntini: Reſponſio Henrici Regis Angliae Nuntio Felicis Antipapae data: Caroli Galliae Regis Epiſtola ad Praemonſtratenſium Capitulum: Decretum Capituli Carthuſianorum.	36
I.	Vlrici de Vienna Fallaciae &c. - - -	38
II.	Ariſtotelis liber de Phiſionomia &c. - -	39
III.	Petri Hiſpani Summula &c. - - -	Ibid.
IV.	Alberti M. Philoſophia pauperum &c. - - -	Ibid.
V.	Tractatus Philoſophici - - - -	40
VI.	Quaeſtiones ſuper octo libros Phyſicorum - -	Ibid.
VII-XLIII.	Diuerſi tractatus Philoſophici - - -	41-43
.	Alexandri Grammatici doctrinalis partes III. - -	44
	Joannis de Neuburg tractatus Grammaticales - -	Ibid.

-XLVI.

		Pag.
XLVI.	Auguſtini Dati libellus de arte dicendi &c.	45
XLVII.	Idem &c.	46
XLVIII.	Regimen Grammaticale &c.	47
XLIX.	Alexandri Grammatici doctrinale &c.	Ibid.
L.	Joannis de Garlandia opuſcula	48
LI.	Joan. Serrae ars noua epiſtolarum &c.	Ibid.
LII.	Donati Grammatici opuſcula de octo orationibus partibus	50
LIII.	Joannis de Garlandia Synonima &c.	Ibid.
LIV.	Compoſita verborum &c.	51
LV.	Jacobii Publici Epitome oratoriae artis &c.	52
LVI.	Ars Rhetorica: Ars dictandi: diuerſa ſcripta electionem SS. Pontiff. Vrbani VI. et Clementis VII. reſpicientia	53
LVII.	Tractatus de verbis Compoſitis &c.	54
LVIII.	Priſciani opera &c.	55
LIX.	Ars generalis vltima: Petri Rauennatis artificioſa memoria &c.	56
LX.	Alexandri Grammatici doctrinale &c.	59
LXI.	Hugonis Spetzhart ſpeculum Grammaticale	60
LXII.	Nicolai Perotti rudimenta Grammatices &c.	62
LXIII.	Alani Lexicon	Ibid.
LXIV - LXVI.	Vocabularii latino - germanici	63 - 64
LXVII - LXIX.	Epiſtolae virorum illuſtrium ad Carolum Stengelium datae.	64 - 91
LXX.	Chronicon Vrsbergenſe, et Hiſtoria de Guelfis	91
LXXI.	Hilarionis Chronologia: Chronica Fredegarii Scholaſtici, Monachi Weingartenſis de Guelfis, aliud eiusdem: Hermanni Abbatis Altachenſis, et Eberhardi Ratisbonenſis Annales	97
LXXII.	Fredegarii Scholaſtici, Reginonis, Euſebii et Tironis Proſperi Chronica	108
LXXIII.	S. Ignatii Epiſcopi et Martyris vita et paſſio	114
	Adpendix hiſtorico - litteraria	115

NOTI-

NOTITIA
HISTORICO-LITERARIA
CODICVM MANVSCRIPTORVM
IN
BIBLIOTHECA
LIBERI ET IMPERIALIS MONASTERII
AD SS. VDALRICVM ET AFRAM AVGVSTAE
ADSERVATORVM.

I.

Gloſsarium Biblicum. in 8. Codex membranaceus.

Integer hic codex triginta et vnum complectitur faſciculos: faſciculus quilibet octo conſtat foliis, in quorum vltimo faſciculi numerus rubro colore eſt adſignatus. Initiales literae et librorum tituli modo rubro, modo nigro colore ſunt exſcripti. Diſtinctionis ſignum nullum aliud praeter punctum occurrit. Verborum abbreuiatio hinc inde conſpicitur. Diphtongus æ ſolummodo adparet. Triplicis generis characteres ſibi tamen haud diſſimiles in ipſo operis decurſu obſeruantur: operis initio minores pallido atramento expreſſi, in medio maiuſculi nigro, in fine minuſculi iterum occurrunt. Verba quandoque non ita inter ſe cohaerent, vt non abſque difficultate legantur. Jota nec virgulam ſibi impoſitam habet, nec punctum. Et haec eſt externa huius codicis antiquiſſimi facies. Nunc, quaenam in iſto tractentur, dicendum venit.

Autor, vel compilator huius operis quorumdam veteris teſtamenti librorum ſibi praefixit expoſitionem et quidem quadruplicem, verba enim latina modo latinis explicat, modo theodiſcis, nunc ſenſum moralem, nunc myſticum attigit. Praemittit Autor ſuo operi *S. Hieronymi* prologum, qui ita incipit: *Deſiderii mei deſideratas accepi epiſtolas, qui quodam preſagio futurorum cum danihele ſortitus eſt nomen* &c. Tunc Autoris praefatio ſequentibus verbis initium ſumit: *Preſit hebraice. Geneſis grece. Generatio latine. In principio id eſt in filio. Celum a celando. ſiue a celſitudine. terra a terendo. abyſſus ab altitudine. Aqua a quantitate. dies a diuidendo Sol ſignificat Chriſtum. luna ſignificat eccleſiam. ſtella ſignificat electos* &c. Pluribus verbis ita expoſitis, in eadem fuſiorem in illa S. Scripturae verba: *omnis qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur*, diſquiſitionem ingreditur. Hanc excipit quoque quorumdam verborum explicatio. Iſta finita, incipit *Gloſa in librum Geneſis*, cuius initium ita ſonat:

In principio; initio ordinis creaturarum. Terra autem erat inanis; inutilis. Et vacua; ornatu. Alia habet tranſlatio inuiſibilis et incompoſita in quo intelligitur adhuc inperfectio corporalis ſubſtantie ſignificata. Veſpere ipſius creature finis ſignificat. Mane initium alterius diei. Fiat firmamentum in medio aquarum firmamentum enim non propter rationem, ſed

propter firmitatem aut propter transgreſſibilem terminum ſuperiorum et inferiorum aquarum vocatum intelligere licet &c. Prima folii 25. pagina *Explicit cloſa De Geneſs. Incipit cloſa Elleſmot* ſeu libri Exodi his verbis: *Ingruerit. irruerit. lateris; tegulis non coctis de terra et paleis efficitur. Mares; maſculos. Elegantem; pulchrum* &c. Librum Exodi excipit Leuitici ſequenti modo: *Oblatorius; miniſter ſuper crepidinem; ſuperſummitatem. Rupto vulneris loco. idem inciſo collo. Veſſiculam; Croſ. Plumas; pennas minores cum maioribus* &c. Auerſa folii 42. pagina *Explicit Vaiegracti; Leuiticus Incipit Vaiebdabber. Id Numerus.* Eius initium eſt ſequens: *Summa; numerus. ſuriſadai. vnum nomen eſt. Mortariolas; morteras. morſan. Tridentes; uncinos.* Prima folii 47. pagina *Explicit Vadedeber Id eſt Numerus. Incipit Deuteronomus Id eſt ſecunda lex*, qui ita inchoat:

Faran. interpretatur. auita. Toſel. Inſulſus. in. Aliquando. pro non ponitur. Laban. dealbatio. Aſeroth. atrium. interpretatur. et iſte IIII ciuitates ſignificant eccleſiam. Vndecim diebus. de oreb; de ſinai. Ad cades. barne. Referunt. quidam iſtum librum per XI. dies. ſcriptum. et illa mirabilia. que a ſinai. et deinceps uſque Cades barne illis. contingebant. in iſto libro ſcripta &c.

Initium libri *Joſue* ita ſonat: *Quem filium num dicimus. et naue poſſumus dicere. fenore. Lehina. Per membra per conciſiones. hoc eſt per ſententias. Amici mei. pro inimicis ponuntur.* &c: Judicum vero ſequenti modo: *Conſuluerunt. idem interrogauerunt. Caria tharbe et ebron. vnum nomen eſt. Caria thſepher et dabir. ciuitas litterarum. ſalcatis turribus. idem ſerratis. vt quidam codices habent* &c. Prima folii 55. pagina *Expliciunt verba. De V. Libris. Moyſi. Nunc incipit. De Malachim. Quem nos Regum interpretati ſumus.*

Primo libro praemittit Autor S. *Hieronymi* prologum. Iſte ſic inchoat: *Ramatha ciuitas eſt ipſa que in veteri translatione. Aromathia dicitur vnde fuit ioſeph qui in euangelio de aromathia fuiſſe ſcribitur* &c. Secundus ita incipit: *Stans ſuper illum occidi eum. hoc mentitus eſt ſed pro adolatione regis hoc dixit in libro iuſtorum* &c. Tertii initium ſequentis eſt tenoris: *Foueat eum. idem calefaciet. Sermo eius cum ioab; conſilium eius. Ego et filius meus peccatores; pauperes* &c. Quartus ita incipit: *Cancellos. ligna ſubtilia. in tranſverſum facto et de ferro in modum retis. Beelzebub deus muſcarum* &c. Prima folii 108. pagina *Explicit. Gloſa. De Malachim.* Tunc ſequitur liber *Paralipomenon*, quem paucis admodum abſoluit. Hunc, praemiſſo prologo, excipiunt *Salomonis Parabolae* et *Eccleſiaſten*, quas nullis verbis theodiſcis explicat, et ſenſu maxime myſtico et morali exponit. Iſtis finitis, Autor ſequentem ſubnexit breuem commendationem.

Commendo tibi pater ſententiolas a commentario hieronimi iſtas archidoctore. cum ingenti ſtudore — ſtudio — a me in vnam fiſcellulam adunatas. et ſi aliquo modo tibi videor in ſententus ut puto errare varus. veniam concedere mihi flagito. et non autor ſed me inperitiae inputemini. ſi ſitque aliquid ad emendandum. cum pia deuotione hoc age. vt reor pande. multumque in domino. vale.

Poſt haec breui admodum tam verbis latinis, quam theodiſcis explicat *Eccleſiaſticum*, libros *Sapientiae*, *Job*, *Tobiae*, *Judith*, *Eſther*, *Esdrae*, *Neemiae*, *Machabaeorum*, et Prophetas tam maiores quam minores, quibus quaedam de *Geneſi* ſubiunxit. In fine legitur: *Gloria. Tibi. Domine.*

S. Scripturae explanationem ſequitur expoſitio *libri paſtoralis* theodiſca, vndecim foliis contenta, quae integra in Adpendice exſcripta habetur. Iſtam excipiunt Gloſsae in libros *Sapientiae*, *Eccleſiaſtici*, *Prouerbiorum*, et *Eccleſiaſten*, a ſupra memoratis oppido diuerſae: in tribus prioribus occurrunt verba theodiſca, in iſto ſolummodo expoſitio moralis

ralis fuſiori ſtilo conſcripta reperitur. In eiusdem fine legitur capitalibus literis ſcriptum: *Explicit liber Eccleſiaſten. Hoc cloſa eiusdem Deo gratias Amen.* His diuerſimoda ſubnexa leguntur. E. G. *Septem ſunt luminaria. Dies. Sol. Stellae. Ignis. Coruſcatio. Cor fidele Septem ſunt tenebrae. Nox. Abyſſus. Tempeſtas. Tribulatio. Transgreſſio mandatorum dei. Infernus. Cor infideli.* Tunc quaedam differit de lectione, de origine verborum: *Paganus*, *Gentilis*, *Apoſtata*, et *Idololatria*.

In Autorem huius operis indagare, conſultum mihi haud videtur. *Bernardus* PEZIUS Benedictinus Mellicenſis, antiquitatum ſtudioſiſſimus *a*) a Monſeenſi gloſſario *b*) et Rabiniano *c*) diſtinctum eſſe, adfirmat. Idem Codicem praeſentem typis lubens diuulgaſſet, ſi iſte loci Bibliothecario ſtatim in oculos incurriſſet. Ego quoque lubens damnum iſtud reſarciendi operam nauarem, ſi integra volumina edendi inſtitutum meum in praeſenti eſſet. Itaque ſaltem in eorum gratiam, qui in detegendis linguae Germanicae fontibus multum deſudant, verba latina theodiſcis ab Autore explicata in Adpendice N. I. adiicere mecum conſtitui.

Nunc quaedam de huius Codicis antiquitate diſſerere adhuc reſtat. Eruditiſſimus PEZIUS *d*) octingentorum annorum aetatem referre, ſcribit, cui etiam omnes rei diplomaticae gnari, eumdem conſpicientes, conſentire haud grauantur. Id magis adhuc ex critica eiusdem examinatione, ex ſpeciminum a MABILLONIO *e*) exhibitorum comparatione, et ex adcurata iuxta regulas a Benedictinis Congregationis S. *Mauri* *f*) traditas deſcriptione patebit.

Scriptura ſeu characteres noſtri codicis cum ſpecimine a MABILLONIO l. cit. ordine quarto ex codice *Rabani* Corbeienſis adducto haud parum conuenit. Inueniuntur enim etiam in praeſenti *æ*, eaedem literae *a*, *e*, *ſ*, *t*, diphtongus *æ*, ſed non ita frequens, ac et coniunctis literis tum in verborum medio, tum in fine.

Pergamenum tam ſubtilitate, quam albedine ſuperbit *g*). Lineae tam horizontales quam perpendiculares graphio ductae adparent *h*).

Signaturae in vltima faſciculi pagina, et quidem in eiusdem medio, romanis numeris rubro colore expreſſae conſpiciuntur *i*). Cuſtodes nulli obſeruantur *k*). Librorum ti-

a) Diſſertatio Iſag. in primum tomum theſ. Anecd. Nou. p. LXI. N. VIII.

b) Integrum illud T. I. Col. 319. et ſeqq. inſertum legitur.

c) Gloſſarium *Rhabani Mauri Georgius* ab ECKHART in Adpendice T. II. Comment. de rebus Franciae Orientalis p. 950. et ſeqq. ex Codice Bibl. Caeſareenſis erutum orbi literario communicavit.

d) In diſſert. l. cit.

e) V. De re diplomatica libri VI. Lutetiae Pariſiorum anno 1681.

f) V. Dritter Theil des neuen Lehrgebäudes der Diplomatik von einigen Benedictinern von der Congregation des heil. Mauri ausgegeben, vnd von Johann Chriſtoph Adelung aus dem franzöſiſchen überſezt.

g) Wenn das Pergament ſehr weis, vnd ſo fein iſt, daſs es von der bloſsen Wärme der Hand zuſammen rollet, ſo iſt ſolches ein Merkmal eines ſehr gewiſſen Alterthums. Ibid. p. 86.

h) Sind die Linien rot, ſo gehören ſie in die ſpäteſten Zeiten; ſind ſie mit Kreide oder Reisbley gezeichnet, ſo verraten ſie das 12te 13te oder 14te Iahrhundert. Sind ſie aber blos mit dem Griffel gezogen, ſo kan man ſie in die vorhergehende Iahrhundert ſetzen. Ibid.

i) Stehet die Signatur in der Mitte, ſo gehöret ſie in das 8te Iahrhundert. Ibid. p. 96.

k) Der Cuſtos, der in den zehen erſten Iahrhunderten vnbekant iſt, wird gegen das 14te gewöhnlich, vnd ſtehet gemeiniglich auf der lezten Seite eines ieden Hefts. Ibid.

tuli, et finales ſubſcriptiones capitalibus, vncialibus literis ſcriptae ſunt *l*). Diſtinctionis ſignum nullum aliud praeter punctum occurrit; verba quoque inter ſe bene diſtincta cernuntur *m*). Signa abbreuiationis ſequentia inueniuntur; nimirum — et ɕɑ *n*). Ex quibus omnibus merito colligitur, codicem noſtrum aut nono, aut decimo ſaltem ſeculo primam adſpexiſſe lucem, vnde etiam Eruditorum aeſtimationem ſibi haud iniuria vindicat.

l) Wenn die Capital in den Titeln mit der Vncial vermiſcht wird .... ſo halten wir ſolches für das Merkmal eines ſpätern Jahrhunderts... Es iſt in dem 9ten Jahrhundert in den Handſchrifren, ſelbſt wenn ſie in kleinerer Schrift ſind, durchaus üblich, vnd im 8ten ſehr häufig. Ibid. p. 98.

m) Im 8ten Jahrhundert fängt man erſt an die Worte durch gröſsere vnd regelmäſsigere Entfernungen abzuſondern. Dieſe Zwiſchenräume werden in gewiſſen Handſchriften vnd Diplomen ſeit dem 9ten Jahrhundert genau beobachtet; in andern aber nur zum Theil. *Ibid.* p. 94

n) Ein Merkmal eines ſehr hohen Alterthums iſt das Zeichen der Abkürzung — oder ɕɑ. Ibid.

II

Conflictus Arnobii Catholici et Serapionis de Deo vno et trino, de duabus in Chriſto Subſtantiis in vnitate perſonae, et de gratiae ac liberi arbitrii concordia, in duos libros diſtinctus. in 4to. Codex membranaceus.

Centum foliis praeſens comprehenditur codex, in quo nullum, praeter vnicam lineolam, deprehendi defectum, alias optime conſeruatus. Initiales literae nigro ſunt expraeſſae colore. Atramentum pallidum admodum adparet, ita vt hinc inde, ſed raro, vnum aut aliud verbum lectu difficile ſit. Characteres per integrum opus ſibi valde ſimiles videntur. Diſtinctionis ſigna tria obſeruaui, punctum nimirum, ſemicolon, et exclamationis ſignum. Abbreuationes frequentius occurrunt: verbum *eſt* lineola trauerſa impoſito et ſubiuncto puncto eſt expreſſum. Nec verborum, nec orationis adcurata obſeruatur diſtinctio. Jotae nec virgula, nec punctum eſt ſuperimpoſitum.

In operis fronte legitur maiuſculis literis expreſſum: *Incipit Conflictus Arnobii Catholici*, qui in duos eſt diſtinctus libros. In exordio ſummam totius diſputationis rationem exponit, id eſt, qua de re, a quibus, quibusque iudicibus initus, ac terminatus fuerit. Tenor eorum ita ſonat: *Superuenientes Aegyptii, qui oſtenderent ſe antiquorum prouinciae ſuae magiſtrorum diſcipulos iamnes ſcilicet et mambre, quos memorat Apoſtolus dei famulo moſeo quibusdam preſtigiis reſtitiſſe, ita etiam et in veritate reſiſtentes. Cum hanc nobis calumniam imponere niterentur, quod fides noſtra de incarnatione dominica a recti itineris tramite deuiaret, hoc ab eis tandem impetrauimus vt ceſſante ſeditione uerborum ſingulis ex vtraque parte altercantibus, ceteri cognitorum loco ſedentes. Singulos tantum iudices eſſe permitterent: quibus liceret pro merito concluſionum dare ſententiam. Factumque eſt vt Arnobius a parte ſedis apoſtolicae defenſor fieret, et Serapion a Synedrio Aegyptiorum altercator exiſteret. Iudices vero eſſent a parte catholica Decius Conſtantius, ab Aegyptiorum parte Amonius.*

In primo libro diſputatio maxime circa myſterium Sanctiſſimae Trinitatis verſatur. *Arnobius* ſimilitudinibus ex ratione petitis demonſtrare niſus eſt, tres quidem eſſe perſonas,

ſed

ɂd vnum tantummodo Deum. E. G. *In vno capite duo ſunt oculi, ſed eſt ſubſtantia eo-um vnus aſpectus: duae nares, ſed vnus odoratus eſt: duae aures, ſed vnus auditus. Quod-in vnius*, pergit Arnobius, *ſtubſtantiae in te iſta bina continent vnitatem, non vis in Deo 'atre et filio vere duas perſonas vnam habere ſubſtantiam? Sicut in vna ſapientia tres iſtae ıcorporeae perſonae ſubſiſtunt, id eſt, memoria, et ingenium, et intellectus, et cum tres ſint, ›n tres faciunt, ſed vnam ſapientiam perfectam, ſi tota tria perfecta fuerint; ita vna Dei-ıs perfecta erit in fide noſtra, cum perfectum Deum credamus Patrem et Filium et Spiritum anctum vnam Deitatis omnipotentiam obtinere.*

Pone tres pretioſiſſimas margaritas incomparabiles, vnius tamen meriti, in obſcuro loco; ut in coeca nocte repoſitas. Cum tamen venerit lumen diei et ſolis ſplendor, quanto amplior ıerit ſerenitas luminis tanto erit amplior oculis attendentibus horum trium lapidum pretioſo-ım ſplendor.... Lux, quae eos manifeſtauit totos tres lapides vna eſt.... Si ergo etiam ille lapides pretioſi vno diei lumine ornatum ſui ſplendoris oſtendunt, quomodo non Pater, et ilius et Spiritus Sanctus vnius diuinitatis ſuae omnipotentiam vno pandunt lumine, Deita-m non oculis corporeis, ſed oculis cordis, ſi fuerit fidei catholicae feneſtra adaperta, &c. robat etiam, filium eſſe verum Deum, aequalem Patri, ex pluribus S. Scripturae tum eteris tum noui Teſtamenti teſtimoniis. In fine primi libri legitur maiuſculis literis ex-reſſum: *Explicit liber primus Arnobii. Incipit liber II. Altercationis Arnobii et Serapionis.*

In hoc libro haereſes *Arii*, *Eytichetis*, et *Neſtorii* refutare *Arnobius* ſtudet, incarna-onisque myſterium tum ex S. Scriptura tum ex S. Patribus, tum ex ratione explanare ›natur. Imprimis filium Dei eſſe aequalem Deo, licet ipſe dixerit: *Pater maior me eſt*, ɜmonſtrat; hoc enim aſſeruit natus ex matre ſine patre carnali, ſicut filius ex Patre ſi-e matre genitus dixit, *Ego et Pater vnum ſumus.* Deinde oſtendit, Filium Dei naturam umanam adſumſiſſe, quin aliquid de Deitate amitteret, et *Mariam* Beatam Virginem ›sque iniuria *Matrem Dei* vocari. Adducit in teſtimonium Sanctos Patres, maxime . *Cyrillum* Epiſcopum Alexandrinum, cuius epiſtolam, in qua *Neſtorii* haereſin refutat, ıtegram recitauit, atque ex ea prolixiorem adſumſit myſterii incarnationis explicationem.

Redit iterum Arnobius ad myſterium SS. Trinitatis, quod ſequenti ſimilitudine de-ıonſtrare conatur. Ex vena naſcitur fons; et de vena et fonte non naſcitur fluuius, ſed rocedit. Sic Pater vena eſt, filius fons, qui naſcitur de vena, de vena vero et fonte non aſcens, ſed procedens fluuius, eſt Spiritus Sanctus. Huic demonſtrationi ſubiunxit diui-ae vnitatis probationem ex Sacris literis deſumtam. Tunc paucis quaeſtionem de mor-ıorum et viuorum iudicio propoſitam explicat. Denique agit de gratiae et liberi arbitrii ›ncordia.

Diſputationi huic adiunxit S. *Auguſtini* Sermonem de *natiuitate D. N. J. Chriſti*, in uo Deus et homo per duas naturas declaratus, et *Maria* vere Dei Mater demonſtrata it: iſti vero S. *Damaſi* Papae epiſtolam ad *Paulinum* Antiochenae eccleſiae Antiſtitem irectam, in qua diuerſae haereſes anathemate percuntiuntur.

Hoc opuſculum *Franciſcus Feu-Ardentius* Sacrae Theologiae Doctor iuxta codicem ıanu exaratum et in bibliotheca monaſterii S. *Jacobi* Ord. S. *Franciſci* Leodii extantem rimus ad calcem *Irenaei* Coloniae 1596. edidit, notisque illuſtrauit. Eamdem editionem ı bibliotheca Patrum recuderunt Pariſienſes et Lugdunenſes. Codicem praeſentem cum litione Feuardentiana comparare haud grauatus fui, in eaque haud paucas, nec contem-endas deprehendi variantes lectiones, quas vnacum S. *Cyrilli* epiſtola in nulla eiusdem ope-

 rum

rum editione reperta, in eruditorum gratiam in Adpendice ſub *Numero II.* recenſitam ſiſtam.

Autorem huius operis Eruditi paſſim laudant *Arnobium*, *Juniorem* vulgo dictum, vt ab *Arnobio* Afro, qui tempore *Diocletiani* florebat, diſtinguatur, gente, quantum coniicere fas eſt, Gallum; claruit circa annum 461. vt ex inſcriptione commentarii in pſalmos *Leontio* Arelatenſi, et *Ruſtico* Narbonenſi Epiſcopis nuncupati colligitur. *Caſimirus Oudinus* T. I. Comment. de Scrip. Eccleſ. Col. 1283. &c. contra communem eruditorum opinionem huius operis parentem *Vigilium* Tapſenſem celebrat, ea maxime ductus ratione: *Arnobius* hic, vt ex pſalmorum commentariis videtur, fuit Semipelagianorum Sectae aſecla, ac conſequenter diui *Auguſtini* doctrinae, quam iſti homines ſugillabant, aduerſarius. Aſt Scriptor *Conflictus* inter *Arnobium* et *Serapionem* doctrinam S. Doctoris in omnibus ſequebatur, eamdemque vt *apoſtolica ſcripta* credendam, tenendam ac defendendam cenſebat, quod tamen Semipelagianis e diametro oppoſitum eſt.

Vigilium Tapſenſem huius operis parentem eſſe, ex ſequentibus rationibus colligit *Oudinus*, eoquod *Vigilius* plures dialogos ſub alienis nominibus conſcripſit: dein in praeſenti dialogo eadem dicendi forma, eadem phraſis obſeruantur, quibus *Vigilius* in ſuis dialogis vtebatur. Longe aliter argumentabatur *Feuardentius*, qui ait: Autor huius operis *is eſt, qui breues in pſalmos commentarios reliquit, quoniam eadem breuitas, acies animi, ſtyli neglectus, loco eodem ſenſu ac penes verbis reddita, eaedemque confutatae haereſes deprehenduntur.*

Codicem praeſentem iam a S. REGINBALDO primo noſtri monaſterii Abbate, qui iam anno 1012. nouae plantationi Benedictinae praefuit, poſſeſſum fuiſſe, ex ſecundo folio coniicitur; in eius enim inferiori margine nomen eiusdem capitalibus literis ſic ſcriptum legitur: REGINP. in ſuperiori vero: S. AFRE. Ex hoc iam ſatis colligere eſt, illum ſaltem ſeculi vndecimi initio fuiſſe exaratum. Aſt forſitan iam nono ſeculo primam adſpexiſſe lucem, ſequentia nos docent.

Pergamenum magis firmum quam ſubtile adparet. Lineae tam horizontales quam perpendiculares graphio ductae ſunt. Signaturae in vltima cuiuslibet faſciculi pagina numeris romanis nigro colore exaratae occurrunt. Tituli vncialibus literis ſcripti, et initiales literae nigro colore abſque decoratione expreſſae ſunt *a*). Litera *a* ſaepe admodum aperta conſpicitur *b*). Litera *t* ſigma ſupra cis format *c*). Literae *ri*, *mi* coniunctae ſaepius occurrunt *d*). Diphtongus ae literis coniunctis, ſed raro admodum, alias vero per *e* caudatum expreſſa eſt. Abbreuiationes verborum lineola transuerſa adnotatae ſunt. Verba quandoque bene inter ſe diſtincta, quandoque vero ita cohaerent, vt legendi difficultatem haud exiguam pareant *e*). Verbum *eſt* potiſſimum abbreuiationis ſigno; nimirum lineola

a) Die Anfangsbuchſtaben der Alinea, die ohne Zierrathen ſind, gehören in das früheſte Alterthum: *Lehrgebäude der Diplomatik.* p. 97.

b) Im 9ten Iahrhundert findet man noch viele oben ofne a. Ibid. p. 100.

c) Manche Handſchriften des 11ten Iahrhunderts haben viele *t*, deren Schaft den Kopf durchſchneidet; da hingegen die aus den zwey vorhergehenden die Geſtalt eines liegenden vnd vmgekehrten ∽ über ein c weit häufiger behalten. Ibid. p. 100.

d) Im 9ten Iahrhundert ſind die Verbindungen der Buchſtaben *ra*, *re* noch ſehr häufig. Ibid.

e) Die Zwiſchenräume der Worte werden in gewiſſen Handſchriften vnd Diplomen ſeit dem 9ten Iahrhundert genau beobachtet; in andern aber nur zum Theile. Ein Feler, welcher die Handſchrif-

neola tranſuerſa cum duobus punctis ÷ indicatur *f*). Characteres, quibus praeſens ſcriptus eſt Codex, magnam cum illis habent ſimilitudinem, qui Tabula IX. in ſpeciminibus quarto, et quinto a MABILLONIO exhibiti conſpiciuntur. Hae itaque characteriſticae notae, iuxta quas cuiuslibet codicis antiquitas taxari debet, praeſentem nono ſeculo exaratum fuiſſe, omnino indicant.

Operi memorato ſubiectum habetur fragmentum cuiusdam hiſtoriae ex Anglorum geſtis excerptae. Eius initium ita ſonat: *Quidam presbyter fuerat religioſus valde, frequenter ſolemnia miſſarum celebrans, ad corpus ſancti epiſcopi et confeſſoris domini. Qui cum multo tempore ſanctam Chriſto duceret vitam, cepit omnipotenten deum piis inuocare, viſibiliter vt ſibi oſtenderet corpus, quod de Maria virgine aſſumſit.* Characteres minuſculi, ac perantiqui ſunt. Diſtinctionis ſignum ſolum occurrit punctum. Quantum mihi videtur, ſaltem ſeculo decimo ſcriptum iſtud fuiſſe, adfirmari poterit. Finis eiusdem ab inſcio quodam, ac fatuo antiquitatis contemtore deletus merito deploratur.

ſchriften aus dem Ende des 8ten oder aus dem Anfang des 9ten Iahrhunderts bezeichnet, iſt dieſes, wenn ein Theil der Worte gut, der andere aber ſchlecht vnterſchieden, vnd abgeſondert iſt. Ibid. pag. 94.

f) Ein anders Merkmal eines ſehr hohen Alterthums iſt das Zeichen der Abkürzung — es mag allein ſtehen, oder mit zweien Puncten, den einen oben, vnd den andern vnten, begleitet ſeyn. Ibid.

III.

Gloſſa ſuper quinque priora S. Matthaei Euangelii capita, Quaeſtiones ſuper Euangelium S. Lucae, et ſuper primum caput Geneſis. Codex membranaceus in 8.

Codex iſte ſeptuaginta duobus foliis conſtat. Pergamenum firmum, ac minus politum plerumque obſeruatur. Characteres prioris operis characteribus haud parum conſonant; abbreuiaturae verborum quoque vixnon eaedem occurrunt. Praeter punctum nullum aliud conſpicitur diſtinctionis ſignum. Grammaticales errores frequentes admodum comparent. Licet opuſculum iſtud lectu haud difficile ſit, verborum tamen cohaerentia expeditae lectioni hinc inde remoram ponit.

Opus absque titulo ab Autoris praefatione initium ſumit. Eius tenor ſequens eſt. „Quattuor euangelia Jeſu Chriſti Domini noſtri. figurate ſunt in quattuor fluminibus paradiſi ade. ab vno fonte egrediuntur. quae inrigant totam terram et fructificare faciunt eam. Ita quattuor euangelia ab vno ſonte egrediunt. hoc eſt Chriſtus. quem fons viuus et verus qui dixit. Qui ſitit veniat et bibat. et de ventre eius fluent aque viue. Que inrigant corda fidelium. predicando diuina miſteria. et figurata ſunt quattuor euangelia. in quattuor angulis. libri legis ſuper quas mittebat moyſes de ſanguine hircorum. Ita quattuor euangelia in fine de ſanguine paſſionis Chriſti armata ſunt. Et figurata ſunt in quattuor columnis. que ſuſtinebant templum ſalomonis. Ita quattuor euangelia que ſuſtinunt eccleſiam Chriſti. que fundata eſt et aedificata ſupra petram. Et figurata ſunt quattuor euangelia in quattuor partibus mundi. in quibus predicantur euan-

„ gelia

„ gelia quattuor. Hoc eſt. Anatho. Diffis. Arctus. miſambria. Id eſt oriens. occidens.
„ meridies. aquilo. Vt dixit in euangelio. Venient ab oriente et occidente. et meridie.
„ et ab aquilone. et recumbent cum habraam. et iſaac. et iacob. in regno caelorum.
„ et figurata ſunt. quattuor euangelia in quattuor fluminibus. que fluebant de petra quam
„ percuſſit moyſes, in heremo et ſatiauit populum. Ita iſta quattuor euangelia. que flu-
„ unt de petra. Id eſt de Chriſto percuſſo in paſſione et ſatiant populum fidelem. et in-
„ luminant. Vt dixit apoſtolus. Fuiſtis aliquando tenebre nunc autem lux eſtis in domi-
„ no. Et figurata ſunt in bino quaterno numero hominum qui in archa noe erant quia
„ archa figurat eccleſiam que gubernatur ſub euangeliis. Et figurata ſunt quattuor euan-
„ gelia in quattuor creaturis principalibus. De quibus factus eſt homo. Id eſt ignis.
„ aer. aqua. terra. quia ſicut primus homo. de his quattuor creaturis creatus eſt. Ita no-
„ uus homo creatur. in iuſtitia per quattuor euangelia. Vt dixit apoſtolus. Induite vos
„ nouum hominem qui ſecundum deum creatus eſt. in iuſtitia et ſanitate. Et figurata
„ ſunt quattuor euangelia. in viſione. quam vidit ezechiel quattuor animalia. Vnum ha-
„ bens faciem quaſi hominis. quod mattheo conuenit. qui de incarnatione. initiauit ſuum
„ euangelium. Vt dixit. Liber generationis Jeſu Chriſti. Et ſecundum animal habens fa-
„ ciem quaſi leonis. quod marco conuenit. quia ſicut in deſerto leo rugit. Ita et mar-
„ cus. quando dicit. Vox clamantis in deſerto parate viam domini rectas facite ſeminas
„ eius. Et tercium animal habens faciem quaſi. vituli: quod luce deſignatur. quia a ſa-
„ cerdotibus vitulos. offerebant. Initium ſui euangelii. Vt dicit fuit in diebus herodis
„ regis. ſacerdos quidam. nomine Zacharias. de vice abiae. Et quattuor animal. habens
„ faciem quaſi aquile. quod iohanne conuenit. Quia ſicut aquila in alta volat. et poſt
„ ſolem proſpicere. Ita iohannes. illam diuinitatem Chriſti. Vt dicit. In principio erat
„ verbum. et verbum erat apud deum. et deus erat verbum. Et iſtas quattuor ſpecies
„ Chriſtus in ſe habet. Homo naſcendo. in carnem. Leo propter potentiam et fortitu-
„ dinem. Vitulus propter paſſionem. et innocentiam. Aquila propter aſcenſionem in cae-
„ lum. Vnde non defuit vnquam et vnicuique chriſtiano conuenit habere iſtas quattuor
„ ſpecies quas Chriſtus in ſe habet. Vt homo fiat. qui rationem capit. et recipit diui-
„ na miſteria. et vt leo fiat propter fortitudinem. in tribulatione. quia multe tribulationes
„ iuſtorum et rel. Et oportet vt vitulus fiat propter operationem ſemetipſum deo. ſicut ſa-
„ cerdotes offerebant vitulos ad aram. Et oportet chriſtianum vt fiat ſicut aquila in con-
„ templatiua vita. Id eſt in theorica mens enim eius in caelo deſignatur. Vt dixit ſanc-
„ tus paulus. Noſtra conuerſatio in caelis eſt. Similitudines autem euangeliorum in no-
„ uo teſtamento haec ſunt. quoniam vidit iohannes animalia quattuor ante et retro plena
„ oculis ſicut in apocalipſin teſtatur. quod euangeliſte ante habent oculos. quando de futu-
„ ro nuntiant. Retro vero habent oculos. quando de preterito adnuntiant. Et altera ſi-
„ militudo euangeliorum in nouo teſtamento quod legitur in actibus apoſtolorum. quod
„ vidit petrus vas in viſione per quattuor lineis miſſum de caelo in terram. Hoc eſt ec-
„ cleſia Chriſti per quattuor euangeliſtas pendens in qua ſunt reptilia. et quadrupedia et
„ volucres. Id eſt quod terrena ſapiunt et potentes ſeculi. et ſancti volantes ad caeleſtia.
„ Vt paulus dixit. Noſtra conuerſatio in caelis eſt. Interrogo vbi ſunt quattuor euange-
„ lia. Id eſt matheus in iudea. Marcus in Alexandria. Lucas in achaia. Johannes in aſia.
„ Matheus ex ore Chriſti. Marcus ex ore Petri. Lucas ex ore Pauli. Johannes ex pectore.
„ quia ille recumbebat ſuper pectus domini. Et de pectore domini diuinitas in os eius
„ intrauit. Ideo melliflua diuinitas eructauit. Vt dixit. In principio erat verbum et rel.

„ Mat-

,, Matheus quaſi qui erat. Marcus ſeminat. Lucas irrigat. Johannes incrementum dat. Ma-
,, theus mel. propter dulcedinem predicationis eius. quia perfectibus in fide predicat. Mar-
,, cus vinum. quod vulnera curat a putredine. hoc eſt vulnera peccatorum a putredine de-
,, lictorum. Inde dixit propheta. putruerunt et corrupte ſunt. cicatrices meae. Johannes
,, oleum quia de diuinitate Chriſti que eſt ſuper omnia ſicut oleum ſuper omne licore vul-
,, ſit. Ita diuinitas Chriſti. ſuper omnes doctrinas ſupereminet quia martiribus predicat.
,, Martirium enim culmen cunctorum virtutum. quia martires ſecuntur agnum quocun-
,, que ierit. Et iterum figurata ſunt quattuor euangelia in veteri teſtamento. per arcam
,, noe que de lignis quadratis edificata eſt. et fuit longitudo eius tricente cubitorum. la-
,, titudo eius L. altitudo. XXX. et vno cubito fuit conſummata. figuram habet eccleſiae. quae
,, de quattuor euangeliis. eſt. edificata. et longitudo eſt ſpes vite eterne. latitudo eſt cari-
,, tas. ſiue remiſſio peccatorum. L. intelligitur fides trinitatis. pater et filius et ſpiritus
,, ſanctus. In vno cubito conſummatur. quia eccleſia cubit et adorat. Deinde venitur ad
,, archa teſtamenti. quia quattuor circulis aureis portabatur. et vectes ex auro opertos
,, ſemper in circulis erant. Quattuor circuli illorum euangelia ſignificant. Archa eccle-
,, ſia intelligitur. vectes doctores intelleguntur qui ſemper ſunt in circulis. Id eſt docto-
,, res qui nunquam abſque doctrina euangelica. docere precipiuntur. et denuntiare non
,, deſinent. Interrogo quare duo apoſtoli domini. et duo diſcipuli apoſtolorum ſcripſerunt
,, euangelium. Ideo ſcripſerunt duo apoſtoli domini vt certius credamus. propterea vero
,, ſcripſerunt diſcipuli apoſtolorum. Id eſt marcus et lucas. Vt qui audiebant aliquid prae-
,, dicare aut dicere de Chriſto auſiſſent ſcribere. ſicut et ceteri auctores fecere. Euange-
,, lium quidem. Greca lingua eſt. generis neutri. In latinum bonum nuntium quia ad-
,, nuntiat incarnationem Chriſti. et natiuitatem eius paſſionem. reſurrectionem. aſcenſio-
,, nem venturum eſſe. ad iudicium. Dicit et gloriam in regnum. Haec ſunt quattuor ſi-
,, gilla quos iohannes dicit. librum eſſe ſignatum quem nullus poſſit aperire et ſoluere.
,, niſi leo de tribu iuda radix. id eſt. Chriſtus. et ideo bonum nuntium dicitur. quia ad-
,, nuntiat regnum poſt ſeruitium. requiem poſt laborem. vitam poſt mortem.

Haec eſt Autoris praefatio, ideo integra exſcripta, vt quisque Lectorum eiusdem genium facilius dignoſci queat.

Incipit etiam abſque omni titulo primi capitis expoſitio his verbis: *Liber generationis Jeſu Chriſti. Cur dixit liber generationis. Dum non totus liber de generatione Chriſti texit. Ideo dixit quia conſuetudo eſt ebreorum libris ſuis nomen inponere. Unde incipiunt narrare* &c. Verbum *generationis* fuſe admodum explicat; tum ipſam Chriſti generalogiam tam literali quam morali ſenſu exponit. Genealogia finita, quaeſtionem mouet Autor, quare MATTHAEUS per XL. generationes deſcendat, aſcendatque S. LUCAS per LXXVII. usque ad ADAM? Verſu duodecimo capitis quinti explanationem ſuam vel Autorem, vel Scriptorem finitam voluiſſe, inde colligo, eoquod ſubiunctum legitur verbum: *explicit.*

Commentario iſti mox ſubiunxit *Interrogationes ex euangelio Lucae Euangeliſtae*, quae quam breues ſunt, breuibusque reſponſionibus moralibus abſolutae. Inſeruit et alia diuerſa: v. g. *Quot ſunt genera vocis, duo articulata et confuſa*: Artis, et grammaticae definitionem et explicationem, item quaeſtionem: *quot qualitatibus Spiritus S. cantauerit pſalterium* &c.

Haec excipiunt quaeſtiones in primum Geneſeos caput, quibus diuerſa verborum ſignificatio adiecta eſt: E. g. Diſcrimen inter *album* et *candidum*, *fluuium* inter et *flumen*, *amnem* et *torrentem*, *ſanguinem* et *cruorem* &c. Iſtis abſolutis legitur: *Incipit homelia lectionis*

tionis eiusdem habita ad populum in baſilica Sancti Johannis, quae appellatur Conſtantini, quae 42. tantummodo lineis comprehenditur. Haec ſunt huius opuſculi contenta, a quodam anonymo collecta, et in eodem comportata.

Codex praeſens ſaltem ſeculo decimo ſcriptus mihi videtur. Vt autem eruditi lectores de eodem ſuum ferre valeant iudicium, verae antiquitatis notas dabo. Pergamenum firmum ac parum politum conſpicitur. Lineae et horizontales et perpendiculares graphio factae ſunt. Signaturae in vltima cuiuslibet faſciculi pagina nigro colore expreſſae occurrunt. Literae *ri*, *re*, *ex*, atque *et* tam in medio, quam in fine potiſſimum coniunctae ſunt. Diphtongus ae vel *e* caudato vel literis disiunctis expreſſa eſt. Verborum abbreuiationes potiſſimum lineola transuerſa ſignificantur. Verba inter ſe vel diſtincta ſunt, vel inter ſe cohaerent. Praeter punctum nullum aliud diſtinctionis ſignum occurrit. Characteres cum iis, quibus tam primum, quam ſecundum opus ſupra memoratum ſcriptum eſt, potiſſimum conueniunt, magnamque ſimilitudinem cum illis habent, quibus MABILLONII Specimen primum Tabulae XII. exhibitum cernitur.

IV.

Diuerſae Sententiae ex Sanctorum Patrum operibus ab Anonymo excerptae. in 4to. Codex pergamenus.

Integrum hoc opuſculum vndequadraginta conſtat foliis. Pergamenum politum eſt. Characteres tum ſubtiliores, tum craſſiores, perſpicui tamen, et venuſti conſpiciuntur. Verborum abbreuiationes frequenter admodum occurrunt. Praeter punctum nullum aliud obſeruatur diſtinctionis ſignum. Jotae nec virgula, nec punctum eſt ſuperpoſitum; duabus autem conuenientibus, virgulae ſunt impoſitae. Rubricae, et literae initiales rubro colore, et maiuſculis literis ſunt expreſſae.

Opus absque titulo ſic incipit: *Per ipſum eſt tibi omnis honor quia omnis creatura que materia eſt laudandi te. creatura eſt per ipſum. et que eſt ad honorem deo. ſed ne per ipſum quaſi per miniſtrum; ſe minorem iſte honor ſit ei. ſed potius eo per equalem et conſubſtantialem addit et cum ipſo; et tamen ne honore extrinſecus adhibito indigere videretur. addit adhuc et in ipſo eſt omnis honor.* Materiae, quae collectae aſpiciuntur, diuerſiſſimae ſunt, nullaque alteri connexa. Libri ſanctorum Patrum, ex quibus compilator ſua excerpta deſumſit, ſunt ſequentes:

Ex libris S. AUGUSTINI: de *Trinitate*, de *expoſitione pſalmorum*, de *Baptiſmo*, de *poenitentia*, de *epiſtolis*, ex *libro quaeſtionum*, contra *Fauſtum*, ex ſermone de *corpore et Sanguine Chriſti*, ex *tractatu in Joannem*, ad JANUARIUM, de *Ciuitate dei*, de *fide et operibus*. De *reo abiiciendo et probando*, ex ſermone de *infantibus*, de *baptiſmo paruulorum*, ex libro *contra Manichaeos* de *nominibus coeli et terrae*, ad HIERONYMUM de *Charitate*, ex *libro de moribus*, de *Geneſi ad literam*, de *doctrina chriſtiana*, de *adulterinis coniugiis*, ex libris *confeſſionum*, *reſponſionis* ad OROSIUM, libro III. contra JULIANUM, de *bono nuptiarum*, ex *Enchridio*; de *expoſitione decalogi*, ex *epiſtola* ad BONIFACIUM, ex *libro ad* PROSPERUM, de *dono perſeuerantiae*, de *natura* et *gratia*, de *cura pro mortuis*, de *ſermone in monte*, ex *reſponſionibus contra quaeſtiones Paganorum*, contra *Arianorum perfidiam*, ex epiſtola ad ASCELLICUM Epiſcopum de *cauendo Judaiſmo*.

Ex

Ex S. AMBROSII *expoſitione pſalmorum.*

Ex S. GREGORII *homiliis* de tempore, de *Angelis*, ad *Adrianum Notarium*, ad *Leandrum* Epiſcopum, ex *homilia in Ezechielem*, de *concordia Euangeliorum*, ex epiſtola ad *Januarium*, ex *libris moralium.*

Ex S. HIERONYMI in *libro quaeſtionum Geneſeos*, de *virginitate aduerſus Heluidium*, ad *Euſtochium*, *in apologetico ad Pamachium*, ad *Damaſum*, ad *Auguſtinum*, ſuper *Ezechielem*, ad *Amandum*, ſuper *Iſaiam*, ad *Elicheorum Epiſcopum*, ad *Nepotianum*, ad *Paulinum*, ad *Oceanum*, ad *Riparium*, ad *Caſtricianum*, de *Melchiſedech*, ſuper *Ieremiam.*

B. BEDA de *thure*, ſuper *euangelium: audiuit Herodes*, ſuper *epiſtolam Jacobi*, ex *homilia* ſuper textum: *nemo poteſt duobus dominis ſeruire.*

Ex S CHRYSOSTOMI *homiliis ſuper Mattheum*, ex SS. *Pontificum decretis*, ex ISIDORO, RHABANO *Mauro*, S. ANSELMO de *incarnatione domini.*

Ex PLINII *hiſtoria naturali* de diuerſis gemmarum generibus quaedam etiam excerpta reperiuntur.

Materiae, quae in hoc opuſculo occurrunt, ita variae, et diſperſae ſunt, vt compilator non opus quoddam ſcribere, ſed potius ea, quae legerat, ad ſuiipſius ſpiritualem profectum, ac eruditionem congeſſiſſe mihi videatur. Idem vt ferant iudicium lectores mei eruditi, vnum aut alterum ob eorum oculos ponam exemplum.

Verbis ſupra a me relatis mox ſubiungit: *Ier. Acumen omni piſtillo retuſius. Qui baptiſma Johannis acceperant quia ſpiritum Sanctum neſciebant. non vero baptizabantur. ne quis putaret gentibus ac iudeis. aquas ſine ſpritu ſancto ad ſalutem poſſe ſufficere. Aque ſuper celos. Vnde in ezechiele. Ne tibi ſoli liceat. non voluntatem legi ſed legem iungere voluntati. Mulier eſt fortis. Mulier eccleſia vir epiſcopus. Vnius vero. In nicea decretum eſt ne de alia ad aliam eccleſiam epiſcopus transferatur. ne virginalis paupercule ſocietate contempta. ditioris adultere querat amplexus. De plenitudine eius omnes nos accipimus gratiam pro gratia. quia et lex per moyſen data eſt. gratia autem et veritas per Chriſtum pro legis gratia. gratia ewangelii permanens. pro vmbris veritas.*

In medio: *Beda ſuper epiſtolam Jacobi de confeſſione. Confitemini alterutrum peccata veſtra. et orate pro inuicem vt ſaluemini. in hac autem ſententia illa debet eſſe diſcretio vt cottidiana leuiaque peccata alterutrum coequalibus confiteamur earumque cottidiana credamus oratione ſaluari. Porro grauioris lepre inmundiciam iuxta legem ſacerdoti pandamus atque ad eius arbitrium qualiter et quanto tempore iuſſit purificare curemus.* Ier. in libro locorum. *Arbos. corrupte in noſtris codicibus arbos ſcribitur. cum in hebreis legatur arbee; quattuor eo quod ibi tres patriarce abraham. iſaac. et Jacob. ſepulti ſunt et adam magnus vt in ieſu libro ſcriptum eſt. Licet eum quidam conditum in loco caluarie ſuſpicentur, hec eſt autem cebron. metropolis philiſtinorum. et habitaculum gigantium. regnumque poſtea dauid in tribu iuda ciuitas ſacerdotalis et fugitiuorum.* In eodem: *Nec mouere debeat quempiam ciuitates iude eaſdem in tribu ſymeonis. ſiue beianim reperiat. Tribus enim iuda bellicoſiſſimis viris pollens et crebro aduerſarios ſuperans in omnibus tribubus tenuit principatum. et idcirco et aliarum tribuum ſortes in eius interdum funiculo nuncupantur.* AUGUSTINUS in epiſtola. D. miſericordia. Iuſtus vix ſaluatur. *Queritis forſitan quare iuſtus in dei iudicio ſaluus eſſe vix poſſit. et quare non quia dei iuſtitiam tantam et tam ineffabilem eſſe certum eſt. vt interdum videat in hominibus noſtro iudicio. eſſe. iuſta iudicio dei inueniantur iniuſta. illud homo videt in facie. deus autem in corde.* AUGVSTINUS de nuptiis et concupiſcentia. D. bono nuptiarum &c.

In fine: *Dum medium ſilentium tenerent omnia. id eſt dum omnes philoſophi. poſtquam de veritate ſatis ſtudioſe conſultantes. neque ſibi in ipſa veſtigatione et enucleatione veritatis ſatisfacientes. omnino deficerent. et circa ipſius veritatis noticiam. perſcrutanda ſibi non ſufficerent et nox id eſt tenebroſi corde quicquid intelligere poterant. et ſcrutari et palmam protuliſſent. et ſic peragerent medium id eſt totum curſum ſuum. omnipotens ſermo tuus de celis a regalibus ſedibus venit. id eſt a throno patris filius veniens. factus eſt homo. et perfectam mortalibus vitam monſtrauit.*

Deinde legitur cerei paſchalis benedictio: *Exultet iam angelica turba coelorum*, quam, cum in pluribus ab illa, quae in noſtris Miſſalibus habetur, diſcerpet, in adpendice ſub numero III. lectoribus meis eruditis ſiſtam.

In vltima huius codicis pagina inuenitur fragmentum decreti NICOLAI Papae II. de *electione Summi Pontificis* in concilio Romano 1059. editi, quod N. IV. in adpendice exſcriptum legitur.

Codicem praeſentem ſeculo duodecimo fuiſſe perbene exaratum, characteres a rotundo minuſculo iam deflectentes *a*), qui haud parum iisdem, qui Tabula XIV. Mabillonianа, ſpecimine II. cernuntur, conſonant, inprimis nos docent. Pergamenum pollitum, ſed et firmum eſt. Lineae tam horizontales tam perpendiculares graphio ductae ſunt.

a) Im 11ten Iahrhundert fängt die Runde der Minuscul an ſich zuuerlieren. Die Winkel kommen an deren ſtatt, vnd bald hernach die Spitzen, welche endlich die gothiſche Schrift volkomen macht. *Ibid.* p. 99.

V.

Miſſale. in 8. Codex membranaceus.

Dolendum admodum, codicem praeſentem, haud exiguum antiquae liturgiae ornamentum, ad opera flammis digna damnatum, e puluere ereptum, ab aeternoque interitu liberatum, tam initio, quam in medio et in fine adeo mutilum eſſe, vt liturgiae veteris amatoribus omnibus numeris abſolutam adumbrationem deferre haud queam. Quidquid igitur relictum inueni, hoc exacta deſcriptione communicare non grauabor.

Scriptum eſt hoc *Miſſale* venuſtis, ac perſpicuis, prioris operis omnino ſimilibus characteribus. Introitus, graduale, offertorium et communio minuſculis literis ſunt exarata. Diſtinctionis ſigna plura inueniuntur. Verborum abbreuiationes haud frequenter occurrunt. Rubricae rubro colore ſunt expreſſae.

A prima Aduentus dominica vsque ad dominicam in ſeptuageſima omnia periere, praeter *ſecretam* et *poſtcommunionem* in feſto S. *Agathae*, quae ab iis, quae in noſtri temporis Miſſalibus reperiuntur, ſunt diuerſae.

Secreta ita ſonat:

Fiant domine tua grata conſpectui munere ſupplicantis eccleſiae! et ut noſtrae ſaluti proficiant adſit interceſſio beate tue martyre Agathae. per.

Poſtcommunio.

Exultamus pariter et de percepto pane iuſtitiae et de tua domine feſtiuitate martyre Agathae quia interuentionis tibi placentium confidimus nobis ad perpetuam vitam profutura quae poſſumus. per.

Iſtam

Iſtam mox excipit Miſſa Dominicae in ſeptuageſima. Introitus, epiſtola, Graduale
uangelium, offertorium, et communio noſtro Miſſali conſonant, diſſonant vero oratio,
ecretum et poſtcommunio.

Oratio.

Deus qui per ineffabilem obſeruantiam ſacramenti famulorum tuorum preparas voluntates! nis gratie tuae corda noſtra purifica vt quod ſancta eſt deuotione tractandum ſinceris mentibus equamur. per.

Secreta.

Concede nobis miſericors deus! et digne tuis ſeruire ſemper altaribus, et eorum perpetua rticipatione ſaluari. per.

Poſtcommunio.

Sacre nobis queſumus domine menſe libatio! et pie conuerſationis augmentum! et tue opitiationis continuo preſtet auxilio. per. a)

In Miſſa Dominicae in ſexageſima Secretum et poſtcommunio a miſſali impreſſo direpant.

Secreta.

Intende queſumus domine hoſtias familiae tuae et quam ſacris muneribus facis eſſe partivem tribuas ad eius plenitudinem peruenire. per.

Poſtcommunio.

Sit nobis queſumus domine cibus ſacer potusque ſalutaris! qui et temporalem vitam muat et preſtet eternam. per. b)

Eadem diuerſitas in miſſa quinquageſimae obſeruatur.

Secreta.

Sacrificium domine obſeruantie paſchalis offerimus! preſta queſumus vt tibi et mentes noras reddat acceptas. et continentie promptiores nobis tribuat facultatem. per.

Poſtcommunio.

Repleti ſumus domine donorum participatione caeleſtium! preſta queſumus vt eadem et ſumus iugiter et inceſſabiliter ambiamus. per. c)

In miſſa feriae IV. Cinerum tractus deeſt, et ſola oratio diuerſa eſt, quae ita ſonat:

Concede nobis domine preſidia militie Chriſtiane ſanctis inchoare ieiuniis! vt contra ſpiriles nequitias pugnaturi continentie muniamur auxiliis. per. d)

Miſſa primae Dominicae in quadrageſima eadem plane eſt, quae in miſſali impreſſo uenitur; praefatio autem haec legitur:

Qui continuatis quadraginta diebus et noctibus hoc ieiunium non eſuriens dedicauit. poa enim eſuriit! non tantum cibum hominum quam ſalutem. nec eſcarum ſecularium epulas ncupiuit! ſed animarum deſiderauit potius ſanctitatem; cibus enim eius eſt redemptio populom. cibus eius eſt totius voluntatis affectus. Qui nos docuit operare. non cibum qui terrenis pibus apparatur! ſed qui diuinarum ſcripturarum lectione percipitur. per Chriſtum dominum ſtrum e).

In miſſa feriae II. ſolum ſecretum diſcrepat.

Secre-

a) Deſumtae ſunt hae tres orationes ex Sacramentario Galeſiano. V. *Muratorii* Liturg. Vet. Rom. I. Col. 503.

b) Hae duae orationes ex eodem l. cit. Col. 504.

c) Ibidem Col. 506.

d) Ex Sacramentario Gregoriano. Ibid. T. II. Col. 28.

e) Ex Sacramentario Gregoriano. Ibid. T. II. Col. 300.

Secreta.

Accepta tibi ſit domine noſtre deuotionis oblatio! que et ieiunium noſtrum te operante ſanctificet et indulgentiam nobis tue conſolationis optineat. per f).

Feriis tertia, quinta, et diebus Sabbatinis per integrum quadrageſimae tempus nulla ſpecialis habetur miſſa, ſed quaedam communis, cuius ſuo loco mentio ſiet.

In miſſa feriae IV. vnica occurrit oratio, et lectio, et quidem illae, quae in miſſali impreſſo primum obtinent locum. Secreta ſequens legitur:

Sacrificia domine propitius iſta nos ſaluent. que medicinalibus ſunt inſtituta ieiuniis. per g) Pro offertorio haec verba ſolum occurrunt: *Meditabor in mandatis tuis que dilexi nimis*, et pro communione iſta: *Intende voci orationis mee rex meus et deus meus quoniam ad te orabo domine.*

In miſſa feriae VI. Secretum inter et poſtcommunionem diuerſitas obſeruatur.

Secreta.

Suſcipe queſumus domine deuotorum munera famulorum et tuis diuinis purifica ſeruientes pietatem myſteriis quibus etiam iuſtificas ignorantes h).

Poſtcommunio.

Preſta queſumus domine ſpiritualibus gaudiis nos repleri! ut que actu gerimus mente ſectemur. per i).

Miſſa in Dominica Reminiſcere, ſequentis eſt conditionis: Introitus, oratio, et lectio cum miſſali impreſſo omnino conueniunt; Graduale ſequens habetur: *De neceſſitatibus meis eripe me domine vide humilitatem meam et laborem meum et dimitte omnia peccata mea. V. ad te domine leuaui animam meam deus meus.* Euangelium ex *S. Matthaei* C. XV. a verſu 21. vsque 29. Secreta et poſtcommunio ita leguntur.

Secreta.

Suſcipe creator omnipotens deus que ieiunantes de tue munificentie largitate deferimus. et pro temporali nobis conlata preſidia ad vitam conuertere propitiatus eternam. per.

Poſtcommunio.

Percipientes domine glorioſa myſteria referimus gratias. quod in terris poſitus iam celeſtium preſtas eſſe participes. per.

In miſſa feriae II. tantum in poſtcommunione inuenitur differentia.

Poſtcommunio.

Percepta domine ſancta nos adiuuent! et ſuis repleant inſtitutis. per k),

Miſſa feriae IV. diuerſam exhibet orationem et poſtcommunionem.

Oratio.

Deus qui per verbum tuum humani generis reconciliationem mirabiliter operaris; preſta queſumus vt ſancto ieiunio et tibi toto corde ſimus ſubiecti. et in tua nobis efficiamur pace concordes. per l).

Poſtcommunio.

Gratia tua nos domine queſumus non relinquat. que et ſacre nos deditos faciat ſeruituti! et tuam nobis opem ſemper adquirat. per m).

In miſſa feriae VI. omnia cum miſſali impreſſo conueniunt praeter lectionem, quae in iſto ex libro Geneſis, in praeſenti vero exemplari ex libro Deuteronomii c. 26. v. 15 - 19. deſumta eſt.

In

f) Ex Sacramentario Gelaſ. Ibid. T. I. Col. 509. g) Ibid. Col 510. h) Ibid.
i) Ibid. Col. 511. k) Ibid. Col. 519. l) Ibid. Col. 520. m) Ibid.

In miſſa dominicae Oculi ſola Secreta diuerſa eſt, et eſt ſequentis tenoris:

Suſcipe queſumus domine noſtris oblata ſeruitiis! et tua propitius dona ſanctifica. per.

In miſſa feriae II. alia reperitur lectio, quae ex libro II. Machab. c. I. a v. 2 - 6. deſumta eſt, et alia poſtcommunio, quae ita ſonat:

Quos ieiunia votiua caſtigant! tua domine ſacramenta viuificent, vt terrenis effectibus mitigatis facilius celeſtia capiamus. per n).

Miſſae feriae IV. et VI. cum miſſali omnino concordant.

Miſſa dominicae IV. miſſali plane reſpondet; ſolum in euangelio vltimus verſus deeratur.

In miſſa feriae II. Oratio, Secreta, et poſtcommunio diſcrepant.

Oratio.

Proficiat queſumus domine plebs tibi dicata pie deuotionis effectu! vt ſacris actionibus erudita, quantum maieſtati tue ſit gratior. tanto donis potioribus augeatur. per o).

Secreta.

Cunctis nos domine reatibus. et periculis propitiatus abſolue! quos tantis myſteriis tribues eſſe conſortes. per p).

Poſtcommunio.

Diuinis ſatiati muneribus. largitate queſumus domine deus noſter. vt in huius ſemper participatione viuamus. per q).

In miſſa feriae IV. vnica tantum et quidem diuerſa legitur oratio, et vnica lectio; reliqua cum miſſali concordant, oratio ea eſt:

Omnipotens ſempiterne Deus qui et iuſtis premia meritorum et peccatoribus per ieiunium roris ſui veniam prebes! miſerere ſupplicibus parce peccantibus vt reatus noſtri confeſſio indulgentiam valeat percipere delictorum; per, r).

Sequitur nunc miſſa quotidiana in quadrageſima, quae ita eſt comparata: Introitus, *Deus in adiutorium meum intende* &c. Oratio ſequens habetur:

Preſta queſumus omnipotens deus! vt familia tua que ſe affligendo carne ab alimentis abſtinet. ſectando. iuſtitiam a culpa ieiunet. per.

Lectio ex *Iſaia* c. 1. v. 16. Euangelium ex S. *Luca* c. 4. v. 38. deſumtum eſt.

Secreta.

Preſenti ſacrificio nomini tuo nos domine ieiunia dicata ſanctificent. vt quod obſeruantia noſtra profitetur exterius. interius operetur affectum. per.

Poſtcommunio.

Ut ſacris domine reddamur digni muneribus fac nos tuis queſumus oboedire mandatis. per.

In miſſa dominicae Judica Secreta ſolummodo variatur, et ita ſonat:

Munera nos queſumus domine oblata purificent! et te nobis iugiter faciant eſſe placatum. per.

In Miſſa feriae II. lectio tantum diſcrepat, et eſt ex *Jeremia* c. 17. v. 5. deſumta.

Miſſa feriae VI. diuerſam habet ſecretam, et ſequens eſt:

Sanctifica nos queſumus domine his muneribus offerendis paſchalis et obſeruantie ſufficientem nobis tribue facultatem. per s).

In

n) Ibid. Col. 523.

o) Ibid. Col. 526. Hoc tamen initio habetur diſcrimen: *plebi tibi dicatae piae deuotionis effectus.*

p) Ibid. q) Ibid. Cuius tamen initium: *Diuini ſatiati muneris largitate.*

r) Ibid. Col. 527. s) Ibid. Col. 532.

In dominica Palmarum miſſae introitus, oratio, lectio, graduale, offertorium, et communio miſſali conſonant: Paſſio non occurrit, ſed euangelium duobus verſibus 120. et 130. c. 12. S. *Joannis* conſtans.

Secreta.

Ipſa maieſtati tue domine fidelis populus commendet oblatio! que per filium tuum reconciliauit inimicos. per ihesum Chriſtum dnm nrm t).

Poſtcommunio.

Preſta nobis omnipotens deus ut quia vitiis ſubiecta noſtra mortalitas! tua nos et medicina purificet et potentia tueatur. per.

In miſſa feriae II. euangelium S. *Joannis* a verſu primo c. 12. vsque ad verſum 37. progreditur. Secreta ſequens legitur:

Reſpice domine propitius ſacra myſteria que gerimus et quod ad noſtra euacuanda preiudicia miſericors prouidiſti. vitam nobis tribue fructificare perpetuam. per u).

Poſtcommunio.

Sacramentorum tuorum benedictione ſatiati queſumus domine! ut per hec ſemper mundemur a vitiis. per.

De miſſa in Coena Domini introitus oratio et dimidia epiſtolae pars conſpiciuntur, reliqua vnacum omnibus miſſis vsque ad poſtcommunionem miſſae dominicae ſecundae poſt paſcha deperdita deplorantur; eoque magis, quo frequentius hoc tempore ritus variari ſolent.

Dominicam quintam praecedit feſtum inuentionis S. Crucis, cuius miſſa cum miſſali in omnibus, euangelio, quod ex S. *Luca* c. 11. v. 47. deſumtum, excepto, concordat.

Miſſa dominicae V. poſt paſcha omnino miſſali correſpondet; ſicut miſſa in Litaniis maioribus. In huius fine tres ſequentes occurrunt orationes.

Mentem familie tue queſumus domine intercedente beato Laurentio martyre tuo. et munere compunctionis aperi. et largitate pietatis exaudi. per.

Parce domine parce populo tuo. et nullis iam patiaris aduerſitatibus fatigari. quos pretioſo filii tui ſanguine redemiſti. qui tecum.

Preſta queſumus omnipotens deus! ut ad te toto corde clamantes intercedente beato petro apoſtolo tuo tue pietatis indulgentiam conſequamur. per.

Miſſa in Aſcenſione Domini quoad omnia in noſtris miſſalibus impreſſis inuenitur; miſſa etiam dominicae infra octauam, ſi graduale et offertorium excipiantur.

In vigilia Pentecoſtes miſſa ſine introitu incipit. Secreta et poſtcommunio diuerſae habentur.

Secreta.

Virtute ſancti ſpiritus domine munera noſtra continge. vt quos ſolemnitate preſente tuo nomine dedicauit. et intelligibilem nobis faciat et eternum. per x).

Poſtcommunio.

Preſta queſumus omnipotens deus vt ſpiritus adueniens maieſtatem nobis filii tui manifeſtando clarificet. per.

Miſſa in dominica Pentecoſtes in noſtri temporis miſſalibus, excepta ſequentia, integra reperitur. In fine ſequentes duae orationes ſubnexae habentur.

Adeſto domine queſumus populo, et quem myſteriis celeſtibus inbuiſti. ab hoſtium furore defende. per.

Men-

t) Ibid. Col. 546. u) Ibid. Col. 547. x) Ibid. Col. 599.

Mentes noſtras queſumus domine ſpiritus ſanctus diuinis reparet ſacramentis! quia ipſe remiſſio omnium peccatorum. per.

Pro reliquis diebus infra octauam Pentecoſtes nulla reperitur miſſa, ſed mox illa do-inicae primae poſt Pentecoſten ſequitur. Solummodo diuerſum legitur in ea euangelium, : S. *Luca* c. 16. v. 1. deſumtum. Miſſa dominicae ſecundae noſtris etiam temporibus imur. Pro dominicis 3. 4. 5. et 6. nullae miſſae propriae in codice praeſenti occurrunt.

In vigilia S. *Joannis* Baptiſtae miſſa vsque ad offertorium nullo modo diſcrepat, de liquis, vti de miſſis in eiusdem Natiuitatis feſto, et in vigilia SS. Apoſtolorum *Petri* et *auli*, quae periere, nihil dicere poſſum. Miſſa in feſto SS. Apoſtolorum *Petri* et *Pauli* m miſſali conuenit.

Miſſa dominicae VII. cum miſſali quoad introitum, et offertorium concordat; oratio, iangelium, Secreta, et poſtcommunio in miſſa dominicae V. lectio vero in miſſa domi-cae VI. reperiuntur. Reliquis dominicis vsque ad decimam tertiam miſſae propriae de-lerantur. Miſſae in vigilia et feſto S. *Laurentii* Martyris miſſali conſonant.

Introitus miſſae dominicae XIII. in noſtri temporis miſſali inuenitur; oratio vero euan-lium, ſecreta, et poſtcommunio in miſſa dominicae vndecimae, et lectio in miſſa duode-nae quaerendae ſunt.

Introitus in feſto Aſſumtionis B. V. M. ſic incipit: *Vultum tuum deprecabuntur* &c. atio ſequens habetur:

Veneranda nobis domine huius eſt diei feſtiuitas! in qua ſancta dei genitrix mortem ſub-temporalem. nec tamen mortis nexibus deprimi potuit, que filium tuum dominum noſtrum de genuit incarnatum. qui tecum.

Lectio ex libro Sapient. c. 8. deſumta eſt. Euangelium, Graduale et poſtcommunio ſſali conſonant. Offertorium ſic legitur: *Offerentur regi virgines proxime eius offerent tibi* c. Secreta cum feſti oratione concordat.

Introitus dominicae XVIII. inuenitur in noſtri temporis miſſali dominica XIX. ora-, lectio, ſecreta et poſtcommunio dominica XVII. Euangelium XV.

In feſto Natiuitatis B. V. M. praeter Orationem, Secretam et Poſtcommunionem nihil currit. Iſtae ita ſonant:

Oratio.

Adiuuet nos queſumus domine ſancte Marie interceſſio veneranda! cuius etiam diem quo ix eius eſt inchoata natiuitas celebramus. per y).

Secreta.

Accipe munera domine que in beate marie iterate ſollemnitate deferimus! quia ad tua pre-tia recurrit et laudem quod vel talis orta eſt vel talis adſumpta. per.

Poſtcommunio.

Sumptis domine Sacramentis intercedente beata et glorioſa ſemperque virgine dei genetrice rie! ad redemptionis eterne queſumus proficiamus augmentum, per.

Miſſa in Dedicatione S. *Michaelis* eadem plane eſt, quae in miſſali habetur.

Miſſa dominicae XX. ita eſt inſtructa: Introitus in noſtri temporis miſſali dominica III. Lectio XIX. et Euangelium XVIII. Oratio, Secreta, et Poſtcommunio ſequentes ob-uantur:

Fac

(y Ibid. Col. 666.

Oratio.

Fac nos domine queſumus prompta voluntate ſubiectos! et ad ſupplicandum tibi noſtras ſemper excita voluntates. per z).

Secreta.

Munda nos domine ſacrificii preſentis affectu! et perfice miſeratus in nobis ut eius mereamur eſſe participes. per a).

Poſtcommunio.

Purifica domine queſumus mentes noſtras benignus et renoua celeſtibus ſacramentis! vt conſequenter et corporum preſens. pariter et futurum capiamus auxilium. per b).

Pro reliquis dominicis poſt Pentecoſten in praeſenti codice propriae miſſae non reperiuntur. In feſto S. *Martini* Epiſc. Introitus, offertorium, ſecreta et communio ſunt ex miſſa *Sacerdotes*, lectio et Euangelium ex miſſa *Statuit*, oratio vt in miſſali, Poſtcommunio vero ſequens legitur:

Poſtcommunio.

Tua domine ſancta ſumentes ſuppliciter deprecamur! vt quorum veneramur confeſſione preſidia ſentiamus. per.

In feſto S. *Coeciliae* Virg. et Mart. tantum oratio, Secreta, et poſtcommunio occurrunt.

Oratio.

Deus cui Cecilia ita caſtitatis deuotione complacuit vt coniugem ſuum Valerianum adfinemque ſuum tiburtium tibi fecerit conſecrari! nam et angelo deferente micantium odoriferas florum coronas, palmamque martyrii perceperunt! queſumus vt ea intercedente pro nobis beneficia tui muneris percipere mereamur. per.

Poſtcommunio.

Hec nos domine gratia tua queſumus ſemper exerceat vt diuinis inſtauret noſtra corda myſteriis! et ſancte Cecilie martyris tue commemoratione letificet. per.

Miſſa in vigilia S. *Andreae* Apoſtoli cum miſſali in omnibus conuenit, praeter orationem, et communionem.

Oratio.

Queſumus omnipotens deus vt beatus Andreas Apoſtolus pro nobis imploret auxilium. vt a noſtris reatibus abſoluti! a cunctis etiam periculis exuamur. per.

Communio.

Venite poſt me faciam vos fieri piſcatores hominum at illi relictis retibus et patre ſecuti ſunt dominum.

In eiusdem feſto communio et poſtcommunio a miſſali diſcrepant.

Communio

Dixit Andreas Symon fratri ſuo inueni meſſiam qui dicitur Chriſtus et adduxit eum ad iheſum.

Poſtcommunio.

Beati andree apoſtoli domine queſumus interceſſione nos adiuua! pro cuius ſolemnitate percipimus tua ſancta letantes. per c).

Miſſa de SS. Trinitate eadem plane eſt, quam nos de eadem miſſam votiuam dicimus.

Incipiunt nunc miſſae de communi Sanctorum, et quidem prima de pluribus apoſtolis, cuius introitus: *Mihi autem nimis honorati* &c.

Oratio.

Deus qui nos apoſtolorum tuorum. N. ſollemnitate letificas! preſta queſumus vt quorum gaudemus meritis. inſtruamur exemplis. per. Lec-

z) Ibid. 639. a) Ibid. b) Ibid. c) Ibid. Col. 675.

Lectio ex S. *Pauli* epiſtola ad Epheſios c. 2. v. 19. deſumta: Graduale: *Nimis honorificati.* Euangelium ex S. *Joanne* c. 15. v. 11. Offertorium: *in omnem terram.* Secreta:

Munera queſumus domine que pro apoſtolorum tuorum N. ſollemnitate deferimus propitius ſuſcipe! et mala omnia que meremur auerte. per.

Communio: *Vos qui ſecuti eſtis me &c.* Poſtcommunio:

Queſumus domine ſalutaribus repleti myſteriis. vt quorum ſolemnia celebramus eorum orationibus adiuuemur. per.

In miſſa vnius Apoſtoli introitus, Graduale, offertorium, et communio non ſunt indicata. Lectio: *Beatus vir, qui inuentus eſt ſine macula.* Euangelium: *Ego ſum vitis vera et vos palmites.*

Oratio.

Queſumus omnipotens deus! vt beatus apoſtolus tuus N. pro nobis imploret auxilium. vt noſtris reatibus abſoluti a cunctis etiam periculis exuamur. per.

Secreta.

Sacrificium noſtrum tibi domine queſumus beati N. precatio ſancta conciliet. vt cuius honore ſollemniter exhibetur meritis efficiatur. acceptum. per.

Poſtcommunio.

Perceptis domine ſacramentis ſuppliciter exoramus! vt intercedente beato N. apoſtolo tuo que pro illius veneranda gerimus paſſione nobis proficiant ad medelam. per.

Miſſa pro pluribus Martyribus ita eſt inſtructa: Introitus: *Intret in conſpectu tuo* &c. Oratio: *Deus qui nos concedis* &c. Lectio ex Epiſtola S. *Pauli* ad Hebraeos c. 11. *Sancti per fidem* &c. Graduale: *Glorioſus deus* &c. Euangelium ex S. *Luca* c. 6. *Deſcendens Jeſus* &c. Offertorium: *Letamini in domino* &c. Secreta; *Haec hoſtia* &c. Communio. *Multitudo languentium* &c. Poſtcommunio: *Preſta queſumus nobis domine intercedentibus* &c.

In ſecunda miſſa pro iisdem introitus: *Salus autem iuſtorum* &c. Lectio ex c. 10. libri Sapientiae: *Reddidit Deus* &c. Graduale: *Iuſtorum animae* &c. Euangelium: *Cum audieritis praelia* &c. S. *Luc.* c. 21. Offertorium: *Mirabilis Deus* &c. Communio: *Poſuerunt mortalia.* Oratio, Secreta, et Poſtcommunio ſequentes habentur.

Oratio.

Martyrum tuorum domine N. natalicia preeuntes ſupplices te rogamus! vt quos celeſti gloria ſublimaſti. tuis adeſſe concede fidelibus. per.

Secreta.

Suſcipe domine queſumus munera populi tui pro martyrum feſtiuitate ſanctorum et ſinceros nos corde fac eorum nataliciis intereſſe. per.

Poſtcommunio.

Sanctorum tuorum queſumus domine ſemper nos feſta letificent. et maieſtati tue perpetua placatione confirment. per.

In miſſa vnius Martyris eſt introitus: *Laetabitur iuſtus* &c. Oratio: *Praeſta... natilitia colimus* &c. Lectio ex libro Sapientiae c. 10. eſt deſumta: Graduale: *Poſuiſti domine* &c. Euangelium ex S. *Matthaeo* c. 10. *Nihil eſt opertum.* Reliqua omnia, quae ad huius miſſalis integritatem pertinent, triſti admodum caſu perierunt. Id adhuc notandum venit, introitum nunquam ſequi Pſalmum, aut verſum *Gloria Patri.*

Miſſale praeſens aut vndecimo, aut duodecimo ſeculo primam adſpexiſſe lucem, ex ſequentibus colligitur. Characteres cum prioris operis maxime conueniunt. Pergamenum ſubtile, et politum eſt. Lineae horizontales, et perpendiculares graphio factae cernuntur.

Oratio.

Fac nos domine queſumus prompta voluntate ſubiectos! et ad ſupplicandum tibi noſtras ſemper excita voluntates. per z).

Secreta.

Munda nos domine ſacrificii preſentis affectu! et perfice miſeratus in nobis ut eius mereamur eſſe participes. per a).

Poſtcommunio.

Purifica domine queſumus mentes noſtras benignus et renoua celeſtibus ſacramentis! vt conſequenter et corporum preſens. pariter et futurum capiamus auxilium. per b).

Pro reliquis dominicis poſt Pentecoſten in praeſenti codice propriae miſſae non reperiuntur. In feſto S. *Martini* Epiſc. Introitus, offertorium, ſecreta et communio ſunt ex miſſa *Sacerdotes*, lectio et Euangelium ex miſſa *Statuit*, oratio vt in miſſali, Poſtcommunio vero ſequens legitur:

Poſtcommunio.

Tua domine ſancta ſumentes ſuppliciter deprecamur! vt quorum veneramur confeſſione preſidia ſentiamus. per.

In feſto S. *Coeciliae* Virg. et Mart. tantum oratio, Secreta, et poſtcommunio occurrunt.

Oratio.

Deus cui Cecilia ita caſtitatis deuotione complacuit vt coniugem ſuum Valerianum adfinemque ſuum tiburtium tibi fecerit conſecrari! nam et angelo deferente micantium odoriferas florum coronas, palmamque martyrii perceperunt! queſumus vt ea intercedente pro nobis beneficia tui muneris percipere mereamur. per.

Poſtcommunio.

Hec nos domine gratia tua queſumus ſemper exerceat vt diuinis inſtauret noſtra corda myſteriis! et ſancte Cecilie martyris tue commemoratione letificet. per.

Miſſa in vigilia S. *Andreae* Apoſtoli cum miſſali in omnibus conuenit, praeter orationem, et communionem.

Oratio.

Queſumus omnipotens deus vt beatus Andreas Apoſtolus pro nobis imploret auxilium. vt a noſtris reatibus abſoluti! a cunctis etiam periculis exuamur. per.

Communio.

Venite poſt me faciam vos fieri piſcatores hominum at illi relictis retibus et patre ſecuti ſunt dominum.

In eiusdem feſto communio et poſtcommunio a miſſali diſcrepant.

Communio

Dixit Andreas Symon fratri ſuo inueni meſſiam qui dicitur Chriſtus et adduxit eum ad iheſum;

Poſtcommunio.

Beati andree apoſtoli domine queſumus interceſſione nos adiuua! pro cuius ſolemnitate percipimus tua ſancta letantes. per c).

Miſſa de SS. Trinitate eadem plane eſt, quam nos de eadem miſſam votiuam dicimus.

Incipiunt nunc miſſae de communi Sanctorum, et quidem prima de pluribus apoſtolis, cuius introitus: *Mihi autem nimis honorati* &c.

Oratio.

Deus qui nos apoſtolorum tuorum. N. ſollemnitate letificas! preſta queſumus vt quorum gaudemus meritis. inſtruamur exemplis. per. Lec-

z) Ibid. 639. a) Ibid. b) Ibid. c) Ibid. Col. 675.

Lectio ex S. *Pauli* epiſtola ad Epheſios c. 2. v. 19. deſumta: Graduale: *Nimis honorificati.* Euangelium ex S. *Joanne* c. 15. v. 11. Offertorium: *in omnem terram.* Secreta:

Munera queſumus domine que pro apoſtolorum tuorum N. ſollemnitate deferimus propitius ſuſcipe! et mala omnia que meremur auerte. per.

Communio: *Vos qui ſecuti eſtis me &c.* Poſtcommunio:

Queſumus domine ſalutaribus repleti myſteriis. vt quorum ſolemnia celebramus eorum orationibus adiuuemur. per.

In miſſa vnius Apoſtoli introitus, Graduale, offertorium, et communio non ſunt indicata. Lectio: *Beatus vir, qui inuentus eſt ſine macula.* Euangelium: *Ego ſum vitis vera et vos palmites.*

Oratio.

Queſumus omnipotens deus! vt beatus apoſtolus tuus N. pro nobis imploret auxilium. vt noſtris reatibus abſoluti a cunctis etiam periculis exuamur. per.

Secreta.

Sacrificium noſtrum tibi domine queſumus beati N. precatio ſancta conciliet. vt cuius honore ſollemniter exhibetur meritis efficiatur. acceptum. per.

Poſtcommunio.

Perceptis domine ſacramentis ſuppliciter exoramus! vt intercedente beato N. apoſtolo tuo que pro illius veneranda gerimus paſſione nobis proficiant ad medelam. per.

Miſſa pro pluribus Martyribus ita eſt inſtructa: Introitus: *Intret in conſpectu tuo* &c. Oratio: *Deus qui nos concedis* &c. Lectio ex Epiſtola S. *Pauli* ad Hebraeos c. 11. *Sancti per fidem* &c. Graduale: *Glorioſus deus* &c. Euangelium ex S. *Luca* c. 6. *Deſcendens Jeſus* &c. Offertorium: *Letamini in domino* &c. Secreta; *Haec hoſtia* &c. Communio. *Multitudo languentium* &c. Poſtcommunio: *Preſta queſumus nobis domine intercedentibus* &c.

In ſecunda miſſa pro iisdem introitus: *Salus autem iuſtorum* &c. Lectio ex c. 10. libri Sapientiae: *Reddidit Deus* &c. Graduale: *Iuſtorum animae* &c. Euangelium: *Cum audieritis praelia* &c. S. *Luc.* c. 21. Offertorium: *Mirabilis Deus* &c. Communio: *Poſuerunt mortalia.* Oratio, Secreta, et Poſtcommunio ſequentes habentur.

Oratio.

Martyrum tuorum domine N. natalicia preeuntes ſupplices te rogamus! vt quos celeſti gloria ſublimaſti. tuis adeſſe concede fidelibus. per.

Secreta.

Suſcipe domine queſumus munera populi tui pro martyrum feſtiuitate ſanctorum et ſinceros nos corde fac eorum natalieiis intereſſe. per.

Poſtcommunio.

Sanctorum tuorum queſumus domine ſemper nos feſta letificent. et maieſtati tue perpetua placatione confirment. per.

In miſſa vnius Martyris eſt introitus: *Laetabitur iuſtus* &c. Oratio: *Praeſta . . . natilitia colimus* &c. Lectio ex libro Sapientiae c. 10. eſt deſumta: Graduale: *Poſuiſti domine* &c. Euangelium ex S. *Matthaeo* c. 10. *Nihil eſt opertum.* Reliqua omnia, quae ad huius miſſalis integritatem pertinent, triſti admodum caſu perierunt. Id adhuc notandum venit, introitum nunquam ſequi Pſalmum, aut verſum *Gloria Patri.*

Miſſale praeſens aut vndecimo, aut duodecimo ſeculo primam adſpexiſſe lucem, ex ſequentibus colligitur. Characteres cum prioris operis maxime conueniunt. Pergamenum ſubtile, et politum eſt. Lineae horizontales, et perpendiculares graphio factae cernuntur.

Diphtongus *ae* coniunctis literis indicatur. Litera *r*. non adeo oblonga eſt, bene tamen *ſ*. litera *y*. punctum ſibi habet impoſitum.

VI.

Ritus Monachorum Ciſtercienſium. Accedunt Hymni per annum, et cantica. Codex membranaceus, in 8.

Ritus iſti quadraginta conſtant foliis. Scripti ſunt elegantibus literis, quae *miſſales* dicuntur. Literae initiales aut rubro aut etiam diuerſis coloribus ſunt expreſſae. Rubricae rubro, orationes vero nigro colore ſcriptae conſpiciuntur. Praeter punctum nullum aliud occurrit diſtinctionis ſignum. Jota nec punctum nec virgulam ſibi habet impoſitam, niſi duae conueniant, tunc virgulis ſunt notatae.

Primus ritus eſt *ordo ad inungendum infirmum*. Ante vnctionem dicebantur a fratribus tres ſequentes pſalmi: *Beatus qui intelligit. Gloria Patri. Judica me Deus. Gloria Patri. Voce mea. Gloria Patri.*

Et cum peruenerit ad infirmum pſalmis finitis. qui vnctionis agit officium dicat. Pax huic domui. et conuentus reſpondeat. Amen. et ſtatim ſacerdos ſubſequitur. Dominus vobiscum. Oremus. Omnipotens ſempiterne Deus. qui beatum Jacobum &c. *Qua finita et reſponſo. Amen. dicat infirmus ſuum. Confiteor. Vel ſi illud dicere neſciuerit vel non quiuerit. tundens pectus dicat. mea culpa de omnibus peccatis meis. precor vos orate pro me. et dicatur ab omni Conuentu. Miſereatur. tui. &c. Et poſt Abbas ſi affuerit dicat hanc abſolutionem. Dominus Iheſus Chriſtus qui dixit diſcipulis ſuis quecunque ligaueritis* &c. *Si vero Abbas defuerit. qui inungit ipſe dicat. Indulgentiam* &c. *Quo dicto qui inunxerit. offerat ei crucem ad oſculandum. Quo facto intincto pollice in oleo inungat eum in ſeptem locis ita dicendo. Per iſtam Sanctam vnctionem* &c. *Hec oratio repetatur per cetera loca. Manus et pedes deſuper tantum inungantur cuiuslibet ordinis ſit. qui inungitur et inuncto infirmo dicat conuentus pſalmum. Benedic anima. Quo perdicto dicant omnes. Kirie. Pater noſter.* Subſequuntur deinde quidam verſus et ſex orationes, quarum initium ſequentis eſt tenoris: primae: *Oremus dominum noſtrum* &c. ſecundae: *Propitietur Dominus*: tertiae: *Da veniam Domine*: quartae: *Benedicat te Deus Pater*: quintae: *Benedicat te Deus coeli*: ſextae: *Benedicat te Deus Pater, qui in principio a)*.

Quodſi nondum obierit, diſcedant. relinquentes ibi crucem et aquam benedictam. Quando infirmus morti penitus appropinquauerit. percutiatur tabula crebris ictibus. Quo audito omnes fratres relictis omnibusque in manibus habuerunt accurrant velociter ad morientem dicentes. Credo in vnum deum. repetentes illud bis vel ter ſi neceſſe fuerit. Si autem adhuc ſuperuixerit. dicatur letania. Dicta letania ſi adhuc vixerit dicantur ſeptem pſalmi penitentiales. Quodſi nondum obierit. diſcedant.

Ritus poſt cuiusdam fratris mortem obſeruandi.

Egreſſa anima incipiat cantor reſponſorium. Subuenite &c. Finito hoc reſponſorio dicebatur Kyrie. Pater noſter &c. et ſequens oratio: *Tibi Domine commendamus* &c. *Poſt iſtam collectam deferatur corpus ad lauandum. prouideat autem prior quibus et quomodo abluatur*

a) Iidem ritus inueniuntur in opere *de antiquis Eccleſiae ritibus* ab *Edmundo Martene* edito, T. IV. L. V. C. VIII. ex *libro Vſuum Ciſterc.* deſumti.

tur et inuoluatur. Interim fratribus ſeorſum ad functo ordinatis cura abbatem. ſicut in coro prout locus permiſerit. et quisque Abbas in ſuo monaſterio dictauerit. Conuerſis laicis ſeorſum *exiſtentibus. Abbas ceteras que ſecuntur ſubſequatur collectas.* Sic rubrica. Collectae ſequentes ſunt: 1ma. *Deus pietatis et bonitatis* &c. 2da. *Obſecramus ergo* &c. 3tia. *Diri vulneris nouitate perculſi* &c. 4ta. *Miſericordiam tuam domine* &c. 5ta. *Omnipotens ſempiterne Deus qui humano corpori* &c. 6ta. *Suſcipe domine animam ſerui tui* &c. 7ma. *Partem beatae reſurrectionis* &c. *Et reſponſo conuentu amen incipiatur mox pſalterium Beatus vir. Poſt lauationem corporis. allato corpore abbas reſumat ſtollam ſi eam depoſuit. et aſpergat corpus aqua benedicta. et thurificans dicat omnibus audientibus Pater noſter* et deinde orationem: *Deus cui ſoli competit. Hac dicta imponat cantor reſponſorium. Libera me domine de morte* &c. *Et ſic deferatur corpus in eccleſiam. Cum autem fuerit in eccleſia Abbas vel ſacerdos dicat omnibus audientibus. Pater noſter* &c. Deinde orationem: *Commendamus tibi domine* &c. *reincipiant pſalterium vbi in infirmitorio dimiſerant. et antequam efferatur ad ſepulcrum fratres ante feretrum aſtantibus cum cruce et thuribulo et aqua benedicta. ſacerdos indutus alba et ſtola et manipulo dicat hanc orationem: Non intres in iudicium* &c. Hac finita, cantabatur reſponſorium: *Subuenite* &c. quod ſequebantur Kyrie et oratio: *Deus cui omnia viuunt.* Iſtam iterum excipiebat reſponſorium: *Memento* cum Kyrie et oratione: *Fac queſumus Domine* &c. Iſti iterum ſubiungebatur reſponſorium: *Libera me domine de viis inferni* cum *Kyrie Pater noſter* &c. verſſ. *Requiem*: *Domine exaudi* &c. et oratione: *Annue nobis domine* &c.

Tunc efferatur ad tumulum cantore incipiente. Chorus angelorum &c. Hoc reſponſorium ſequebantur pſalmi: *In exitu Iſrael*, *Confitemini*, *Quemadmodum*, *Memento*, *Domine probaſti me*, *Domine clamaui*, *Voce mea. Poſtea cantetur hec antiphona*: *Clementiſſime domine* &c. quam ſequentes excipiebant orationes: *Pio recordationis affectu* &c. *Obſecramus miſericordiam tuam* &c. *Deus apud quem* &c. Tunc fiebat Benedictio tumuli ſequenti oratione: *Deus qui fundaſti terram* &c. *Si tumulus non dum paratus eſt. cum ad temeritatis quidem venerit dicat abbas de ſequentibus collectis hac reſeruata. Si autem paratus eſt. dicat eam in ordine ſuo. Quo preparato antequam inchoet ipſam collectam. aſpergat corpus poſtea foſſam. Deinde thurificato corpore tradat thuribulum illi qui eſt in foſſa vt thurificet eam. moxque deponatur corpus et iterum aſpergatur ab abbate. et ab illo qui in foſſa eſt thurificetur. Quo operto abbas ſuper eum terram ſemel proiciat. Quo facto. retrahat ſe contra ſepulcrum incipiens. Temeritatis quidem eſt* &c. *Oremus fratres chariſſimi* &c. *Deus qui humanarum animarum* &c. *Debitumh umani corporis ſepeliendi* &c. *Suſcipe Domine animam* &c. *Suſcipe domine ſeruum tuum* &c. *Te domine ſancte pater* &c. His orationibus dictis, cantabatur antiphona *Clementiſſime Domine* &c. dicebatur *Pater noſter* quidam verſus et ſequentes orationes: *Abſolue domine* &c. *Deus cuius miſeratione* &c. *Poſtea dicantur pro monacho ſeptem ſpeciales pſalmi a fratribus in monaſterio proſtratis. Requiem. Pater noſter. Non intres. A porta inferi. Domine exaudi. Oremus. Satisfaciat tibi queſumus* &c.

Iſtos ritus excipit *Exorciſmus Salis*, qui duabus fiebat orationibus, ſcilicet: *Exorcizo te creatura ſalis* &c. *Immenſam clementiam tuam* &c. Deinde *Exorciſmus aquae* ſequitur, qui his orationibus peragebatur: *Exorcizo te creatura aquae* &c. *Deus qui ad ſalutem humani generis* &c. Tunc *immittatur ſal in aquam dicatque. Commixtio ſalis* &c. *Deus inuicte virtutis auctor* &c. Poſt aſperſionem aquae dicebatur oratio: *Exaudi nos domine ſancte pater* &c.

Bene-

Benedictio cereorum in feſto purificationis B. V. MARIAE perſoluebatur ſequenti oratione: *Deus inaeſtimabilis potentiae* &c.

Benedictio in capite ieiunii ſuper cineres. Exurge domine &c. ℣℣. *Deus auribus noſtris* &c. *Gloria Patri* &c. *Exurge.* Dicebantur verſus *Oſtende nobis* &c. *Kyrie* &c. *Pater noſter*: pſalmus: *Deus miſereatur noſtri. Et veniat ſuper nos* et oratio: *Concede nobis domine* &c. Ipſa benedictio ſequenti peragebatur oratione: *Deus qui non mortem* &c. Cum cinis imponeretur, dicebatur: *Memento homo.*

Benedictio ſuper ramos palmarum iſta fiebat oratione: *Omnipotens ſempiterne redemtor* &c. *Benedictio* vero ignis in ſabbato ſancto iſta, *Domine Deus pater luminum* &c.

De Tonſura et raſura Fratrum.

Quando primum tondetur infans, *puer*, dicebatur oratio: *Omnipotens ſempiterne Deus* &c. *Dum Clericus efficitur*, dicebatur oratio: *Domine Saluator*, *innocentiae amator* &c. deinde praemiſſa antiphona: *Tu es Domine* &c. pſalmus: *Conſerua me Domine*, cum oratione: *Praeſta quaeſumus omnipotens huic famulo tuo* &c.

Ad Clericum de ſeculari habitu receptum in raſura capitis ſequentia dicebantur: *Oremus dilectiſſimi dominum noſtrum* &c. Antiphona *hic accipiet benedictionem* dicta, cantabatur pſalmus: *Domini eſt terra* &c. Haec excipit *Profeſſio monachorum*: *Ego* . . . *promitto ſtabilitatem meam* &c. *Hac perlecta profeſſione*, *poſitaque ſuper altare. et reuerſus ad gradum dicat ibi hunc verſum. Suſcipe me domine* &c. *Quo dicto curuet genua. et hoc tribus vicibus. deinde gloria patri. Poſtea pedibus omnium fratrum vt orent pro eo. Et rediens ad gradum proſternat ſe in terra et dicant omnes. Kyrie. et has preces. Pater noſter* &c. deinde orationes ſequentes: *Deus indulgentie pater* &c. Tres orationes ad Deum Patrem, Filium, et Spiritum S. His abſolutis benedicatur cuculla. *Quando ſeculari habitu exuitur*, dicatur: *Exuat te dominus* &c. *Quando induitur monachali habitu*: *Induat te dominus* &c.

Quando exeunt fratres contra aliquem defunctum cantent: *Subuenite*, et dictis conſuetis verſibus et Pater noſter, perſoluant orationem: *Tibi domine commendamus animam* &c. *Poſtea deferentes in eccleſiam cantent hoc reſponſorium*: *Libera me domine* &c.

Hi ſunt ritus in hoc opuſculo contenti, et illos, qui curſiuis literis ſunt expreſſi, de verbo ad verbum ex ipſo deſumſi.

Ritibus iſtis Monachos Ciſtercienſes, et quidem in monaſterio iſto longe celeberrimo in *Salem* vſos fuiſſe, inde haud immerito ſuſpicor, eoquod in profeſſionis formula ſupra memorata monaſterium iſtud verbis expreſſis eſt nominatum. Videntur etiam mihi, non diu poſt plantatam ibidem religionem, quae anno 1138. facta fuit, fuiſſe conſcripti.

Ritus ſequuntur hymni et cantica, qui iisdem literis, ſed paulo minoribus ſunt ſcripti. Quoad reliqua cum ritibus ſupra deſcriptis conueniunt.

Hymni per annum ſequentes ſunt: ad Matutinum: *Aeterne rerum conditor*, ad laudes, *Splendor paternae gloriae*, ad primam: *Iam lucis orto ſidere*, ad tertiam: *Nunc Sancte nobis ſpiritus*, ad Sextam: *Rector potens verax Deus*, ad Nonam: *Rerum Deus tenax vigor*, ad veſperas: *Deus Creator omnium*, ad Completorium feſtis XII. lect. quibus proprii hymni non ſunt: *Chriſte*, *qui lux es et dies*, priuatis diebus: *Te lucis ante terminum.*

Ad completorium per totum aduentum: *Quem terra*, *pontus*, *aethera*, ad tertiam: *Conditor alme ſiderum.*

In Natiuitate Domini vsque ad Epiphaniam ad veſperas: *Intende*, *qui regis Iſrael*, ad Completorium: *Enixa eſt puerpera*, ad tertiam: *A ſolis ortus Cardine.*

Hym-

Hymnus in feſto S. STEPHANI Martyris: *Stephani primi Martyris:* in feſto S. JOANNIS Euangeliſtae: *Amore Chriſti nobilis.*

In Epiphania Domini hymnus ad veſperas et laudes: *Illuminans altiſſimus*, ad nocturnos: *Intende qui regis: Veni redemptor: Non ex virili: Aluus tumeſcit.*

In omnibus ſolemnitatibus B. V. MARIAE: *Myſterium eccleſiae hymnum Chriſto referimus*, ad Completorium: *Aue maris ſtella*, ad tertiam: *O quam glorifica luce coruſcas.*

In quadrageſima vsque ad Dominicam paſſionis hymnus ad completorium: *Summi largiter praemii*, ad tertiam: *Audi benigne conditor*: In dominica paſſionis ad veſperas: *Hymnum dicamus domino*, ad Completorium: *Crux fidelis inter omnes*, ad tertiam: *Vexilla regis prodeunt:* In dominica palmarum ad veſperas: *Magnum ſalutis gaudium*, ad tertiam: *Iam ſurgit horia tertia.*

In veſperis et laudibus a Paſcha vsque ad Aſcenſionem Domini hymnus: *Hic eſt dies verus Dei*, ad completorium: *Ad coenam agni prouidi*, ad tertiam: *Chorus nouae Ieruſalem.* Ab Aſcenſione Domini vsque ad Pentecoſten ad veſperas: *Optatis votis omnium*: ad completorium: *Jeſu noſtra redemtio*, ad tertiam: *Aeterne rex altiſſime.* In feſto Pentecoſtes et per octauam ad veſperas: *Iam Chriſtus aſtra aſcenderat*, ad completorium: *Beata nobis gaudia*, ad tertiam: *Veni Creator Spiritus.*

Hymni pro feſtis Sanctorum.

In feſto S. AGNETIS Virg. *Agnes beatae Virginis*: S. AGATHAE Virg. *Agathae ſacrae virginis:* In vtroque feſto S. *Joannis Baptiſtae. A prophetae progenies pia, clarus parente.* In feſto SS. Apoſtolorum PETRI et PAULI: *Apoſtolorum paſſio. Mariae* MAGDALENAE ad veſperas, nocturnos, et laudes: *Magnum ſalutis gaudium: Sex ante: Nardi Maria.* S. LAURENTII Martyris: *Apoſtolorum ſupparem Laurentium. Michaelis Archangeli*: *Myſteriorum ſignifer.* S. LUCAE Euangeliſtae: *Jeſu corona celſior.* In feſto omnium Sanctorum ad veſperas et laudes: *Chriſtum rogemus:* ad completorium: *Jeſu Saluator ſeculi*: ad nocturnos: *Aeterna Chriſti munera*: ad tertiam: *Sanctorum meritis*: In feſto S. MARTINI Epiſc. *Bellator armis inclytus:* S. ANDREAE Apoſtoli: *Poſt Petrum primum Principem.*

Hymni communes Sanctorum.

In feſtis Apoſtolorum et Martyrum: *Aeterna Chriſti munera*: Vnius Martyris: *Deus tuorum militum*: Vnius Confeſſoris: *Jeſu corona celſior.* In feſtis SS. Virginum: *Jeſu corona Virginum.* In dedicatione eccleſiae: *Chriſte cunctorum dominator.* In vtroque feſto S. Crucis, ad veſperas et laudes: *Hymnum dicamus*: *Fidem refundens*: ad completorium: *Crux fidelis*: ad nocturnos: *Aeterna Chriſti munera*: ad tertiam: *Vexilla regis.* In feſto S. MARCI Euangel. *Aeterna Chriſti munera.*

Cantica in Dominicis diebus dicenda per totum annum et in feſto S. MICHAELIS in natiuitate Domini: a Paſcha vsque ad Pentecoſten: in feſtis plurimorum Martyrum, vnius Martyris et Confeſſoris, atque Virginis, eadem plane ſunt, quae in noſtri temporis breuiariis reperiuntur. In dedicatione eccleſiae ſequentia occurrunt: *Laetatus ſum*: *Niſi dominus aedificauerit*: *Lauda Ieruſalem.*

In fine habetur oratio pro paganis: *Deus venerunt gentes*: *Gloria patri: Exurgat Deus* &c. *Saluum fac populum* &c. *Domine exaudi* &c. Oratio: *Omnipotens ſempiterne Deus, in cuius manu ſunt* &c.

VII.

VII.

Narciſſi Pfiſter Gloſſa ſuper primo et ſecundo de generatione et corruptione. in 4to. Codex Cartheaceus.

Integrum hoc opus 55. foliis contentum, in duabus columnis eſt ſcriptum. Literae initiales rubro ſunt expraeſſae colore. Characteres, qui minuſculi ſunt, tam venuſtate, quam perſpicuitate carent. Quot verba, tot reperiuntur abbreuiaturae, quae lectionem admodum adgrauant. Sequentia huius opera eamdem criſin merentur.

Praemittitur praefatio, in qua Autor philoſophiam tanquam excellentiſſimum diuinae munificentiae donum multis admodum celebrat. Sequitur deinde primi libri de *generatione* et *corruptione* expoſitio, quam et ſecundi excipit. In huius fine legitur: *Explicit gloſa ſuper primo et ſecundo libro de generatione et corruptione que completa et ſcripta erat ſub anno domini* 1389. *finito libro ſit laus et gloria Chriſto. Amen.*

VIII.

Quaeſtiones eiusdem ſuper primo et ſecundo libro priorum Ariſtotelis. II. Regiſtrum ſuper quaeſtiones libri Elenchorum Alphabeticum. III. Quaeſtiones librorum Elenchorum. IV. Quaeſtiones ſuper iisdem. in 4to. Codex Cartheaceus.

Quaeſtiones ſuper primo et ſecundo libro priorum *Ariſtotelis* foliis 75. conſtant, et in earum fine legitur: *Expliciunt queſtiones ſuper priorum Magiſtri Marſilii ſcripte in ſtudio Colonienſi ſub anno* 1398. 11. *Kal. Julii hora veſperarum.*

Regiſtrum ſuper quaeſtiones libri elenchorum, tredecim foliis contentum, absque titulo incipit: in fine eiusdem legitur: *Completum ſub anno domini* 1400. *Kalendis marcii. id eſt prima die marcii.*

Quaeſtiones duorum librorum Elenchorum 87. foliis comprehenſae absque inſcriptione inchoant: in fine legitur: *completum et ſcriptum ſub anno domini* 1399. *in vigilia aſſumptionis beate virginis.* Aliae vero quaeſtiones, quae 47. foliis conſtant, et titulo, et finali ſubſcriptione carent.

IX.

Quatuor indices alphabetici ab eodem collecti. in 4to. Codex Cartheaceus.

Indices iſti foliis 184. foliis conſtant. Primus ſuper quaedam S. THOMAE *Aquinatis* dicta factus, in fine ſequentem notitiam habet ſubiectam: *Completum Colonie ſub anno domini* 1395. 14. *Kal. Junii que dies tunc fuit vigilia aſcenſionis domini Benedictus deus.*

In

In fronte ſecundi legitur: *Regiſtrum ſecundum ordinem alphabeti ſuper poſtillam in eccleſiaſticum que incipit Sapientia edificauit ſibi domum*: in fine vero: *Anno domini* 1392. 5. *nonarum ſeptembris completum.* In fronte tertii ſequentia habentur: *Regiſtrum ſecundum ordinem alphabeti excerptum de poſtilla ſuper apoſtolum que incipit Dedi te in lucem gentium*: in fine: *anno* 1392. Tertius ſequentem inſcriptionem ſibi habet praefixam: *Regiſtrum ſecundum ordinem alphabeti in ſummam virtutum.* In fine legitur: *anno* 1392.

X.

Eiusdem diuerſa ſcripta. in 4to. Codex Cartheaceus.

Codex iſte 275. foliis conſtat. Primum eiusdem locum poſtillae in quaedam Euangelia occupant: ſecundum *regiſtrum notabilium et quaeſtionum* PORPHIRII *ſecundum ordinem alphabeti*; in huius fine legitur: *Completum ſub anno* 1400. *in feſto S. Seruacii.* Iſtud excipit *Regiſtrum notabilium et quaeſtionum ſecundum ordinem alphabeti, completum Colonie in vigilia S. Franciſci ſub anno domini* 1401. *Deo gratias.* Iſtud ſequitur regiſtrum ſuper quaeſtiones philoſophicas, in cuius fine legitur: *Finitum colonie in die inuentionis ſancte crucis ſub anno domini* 1403. Deinde quaeſtiones theologicae collectae reperiuntur.

XI.

Tractatus ſuper Exodum et Leuiticum ab eodem compoſiti. in 4to. Codex Cartheaceus.

Tractatum in librum Exodi NARCISSUS noſter incepit anno 1404. legitur enim prima pagina rubro colore ſcriptum: *Lectionem primam feci in bibliam tunc ſacre theologie Baccalaurius in Vniuerſitate Colonienſi ſub anno domini* 1404. *in craſtino Sti Narciſſi Epiſcopi et martyris.* Finem autem eidem impoſuit anno 1405. vti ex ſequenti finali ſubſcriptione patet: *Completum in vigilia apoſtolorum petri et pauli ſub anno domini* 1405. Tractatum autem in librum Leuitici anno 1412. abſoluit; legitur enim ante vltimam lectionem habitam: *Hec lectio vltima lecta fuit in Vniuerſitate Colonienſi in die Veſperarum magiſtri Michaelis tinſel dicti in ſcolis conſuetis anno domini* 1412. *in feſto Sancte Eliſabeth vidue facta deo gratias.* In fine breuis Geneſis expoſitio reperitur.

XII.

Eiusdem lectura ſuper IV. libros Sententiarum. in 4to. Codex Cartheaceus.

Conſtat hic codex 333. foliis. Opus incipit abſque titulo: in fine ſecundi libri legitur: *Finitum in vigilia S. Benedicti anno domini* 1406. In prima quarti libri pagina ſequentia rubro colore ſcripta habentur: *Lectio prima in quartum facta in die Sancti Viti anno domini* 1406. *et tunc in craſtino fuit eclipſis ſolis generalis.* In fine epilogi legitur ſub-

ieſtum: *Conſumtum in octaua natiuitatis Beate Marie virginis in Vniuerſitate Colonienſi ſub anno domini* 1406. *predicta in die vltimam lectionem in ſententiis deo fauente peregi qui ſit benedictus* &c. Tunc ſequitur oratio recommendatoria in ſuum ſucceſſorem et exhortatoria ad diſcipulos, in cuius fine legitur: *Hanc vltimam lectionem peregi in octaua natiuitatis Sancte Marie virginis ſub anno domini* 1406. *quam de diſpenſatione et licentia magiſtrorum facultatis theologice per tempus vacationis legi.*

XIII.

Eiusdem Scriptum textuale ſuper IV. libros ſententiarum. II. Quaeſtiones ſuper eosdem libros. III. Diuerſae quaeſtiones ab illo ſolutae. in 4to. Codex Cartheaceus.

Scriptum textuale ſine inſcriptione a prologo incipit. In fine ſecundi libri legitur: *Finitum in die Sancte Scolaſtice Virginis anno domini* 1401. in fine tertii: *Finitum* 12. *Kal. Maii anno domini* 1401. in fine vero quarti: *In hoc ſcripto textuali quatuor librorum ſententiarum ſi minus correcte dicta et ſcripta inueneris non mee pertinacie ac perfidie reputes ſed... et temporis breuitati que hec licet exilia et breuia a vigilia Sancti Martini ſub anno domini* 1400. *vsque ad vigiliam apoſtolorum petri et pauli pro cotidianis lectionibus ſcolaſticis diuina gracia fauente collegi preter queſtiones contra lectiones frequentius motas. Deo laus et ſanctis eius amen.*

Quaeſtiones ſuper libros ſententiarum 39. foliis contentae, et titulo, et finali ſubſcriptione carent. Tunc ſequuntur quaeſtiones tempore Baccalaureatus ab anno 1405. vsque ad annum 1409. tum in Vniuerſitate Colonienſi tum in diuerſis aulis magiſtralibus ſolutae: iſtas excipiunt illae, quas magiſterii honore obtento annis 1409. et 10. diſſoluebat.

XIV.

Eiusdem diuerſi ſermones. II. Expoſitio epiſtolae S. Dionyſii Areopagitae ad Demophilum ſecundum Albertum. III. Expoſitio 15. capituli Dionyſii de coeleſti Hierarchia ſecundum Abbatem Vercellenſem. IV. Epiſtola S. Hieronymi ad Auitum Monachum &c. in 4to. Codex Cartheaceus

Sermones 27. numerantur, inter quos anno 1402. et 1404. in vigilia Epiphaniae, vna in coena domini 1403. in vigilia Natiuitatis 1402. in eadem in Vniuerſitate Colonienſi anno 1406. et 1407. eodemque in feſto S. THOMAE *Aquinatis*, et in noſtro monaſterio in coena domini annis 1425. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 34. et 35. habuit. Expoſitionem epiſtolae S. Dionyſii, et 15. capituli anno 1420. abſoluit. In epiſtola S. HIERONYMI in margine NARCISSUS noſter notas adiecit. Iſtam quaedam excerpta ex S. AUGUSTINO, GREGORIO, et BERNARDO excipiunt. Haec ſequitur Sermo in dominica quarta aduentus anno 1416. habitus. His ſcriptis ſermo ſuper verba: *Poſſidete paratum vobis regnum a conſtitu-*

ſtitutione mundi &c. inſertus habetur, per fratrem Jo. KUNGESHEIM, Ord. Praedic. Alumnum tunc temporis ſtudentem Colonienſem anno 1402. 3. Martii ſcriptus.

XV.

Eiusdem Quaeſtiones literales ſuper IV. libros Sententiarum. in 4to. Codex Cartheaceus.

Quaeſtiones iſtae foliis 86. contentae, absque titulo et praefatione inchoant. In fine primi libri legitur: *Expliciunt queſtiones ſuper primum librum ſententiarum ſcripte negligenter ſub anno domini* 1396. 3. *Kal. Martii.* ſecundi: *anno domini* 1396. *in vigilia beati Nicolai Epiſcopi*: quarti vero: *Expliciunt queſtiones literales ſuper quatuor libros ſententiarum ſcripte et complete ſub anno domini* 1397.

XVI.

Indices ſuper lectuRas Ariſtotelis. II. Tractatus de ſomno et vigilia. III. Quaeſtiones philoſophicae &c. in 4to. Codex Cartheaceus.

Duo priores indices ſuper ſummam Meteororum: tertius ſuper quaeſtiones eorumdem, in cuius fine legitur: *Completum ſub anno domini* 1399. quartus ſuper ſummam Ethicorum: quintus ſuper libros politicorum: ſextus ſuper proplemata *Ariſtotelis*, finitus anno 1422. ſeptimus ſuper lecturam librorum Meteororum, 15. Kal. Julii anno 1424. abſolutus: octauus ſuper lecturam librorum Ethicorum: nonus ſuper libros Politicorum: decimus ſuper Proplemata, in cuius fine rubro colore ſcriptum habetur: *Conſumtum ſub anno domini* 1424. 14. *Kal. Septembris hora ſecunda poſt meridiem. Deo gracias.*

Indices excipit tractatus de Somno et vigilia, iſtum quaeſtiones philoſophicae, hunc tractatus de *coelo* et *mundo*.

XVII.

Gloſſae in quaedam S. Scripturae loca ab eodem collectae. in 4to. Codex Cartheaceus.

Integrum hoc opus foliis 151. conſtat. Nec titulum ſibi habet praefixum, nec finalem ſubſriptionem, aut anni indicium ſubiectum. Collectae ſunt gloſſae iſtae ex diuerſis SS. Patribus et Doctoribus, et ſine omni ordine congeſtae, ita, vt mihi aduerſaria quaedam ex libris, quos Autor legerat, in ſuiipſius eruditionem excerpta et conſcripta videantur.

XVIII.

Compendium theologicae veritatis ab eodem conſcriptum. in fol. Codex Cartheaceus.

Hoc opus foliis 91. contentum, in duabus columnis eſt ſcriptum. Diuiſum eſt in ſeptem libros, et libri in titulos, qui illis ſunt praefixi. Praemiſit Autor breuem praefationem, quae ita incipit: *Veritatis theologicae ſublimitas cum ſuperni ſit ſplendoris radius illuminans intellectum et regalium deliciarum conuiuium reficiens affectum de magnorum theologorum ſcriptis breue compendium colligere dignum duxi* &c. In fine ſequentem nobis reliquit notitiam: *Iſtum librum ſcribere incepi circa annum domini* 1387. *tunc adhuc ſcolaris et compleui eum a capitulo de iuſtificatione impii l.* 6. *anno domini* 1424. *in vigilia Sancti Michaelis Archangeli tunc monachus in monaſterio Sanctorum Vdalrici et Afre. Deo gratias.*

XIX.

Eiusdem quaeſtio, an B. V. Maria fuerit ſine peccato originali concepta. II. Quaeſtiones de obſeruantia legalium in lege gratiae. III. Diſputata Doctorum contra Haereſes. in fol. Codex Cartheaceus.

Autor noſter in ſua quaeſtione de *immaculata conceptione* B. V. MARIAE ad eorum ſententiam deſcendit, qui, B. V. MARIAM in originali peccato fuiſſe conceptam, credunt. Argumenta ſuae adſertionis ex eccleſiae autoritate, ex SS. Patribus, et ex ratione deſumſit. In ſecunda parte aduerſariorum obiectiones diluere, eorumque motiua debilitare ſtuduit. Compleuit hunc tractatum anno domini 1410.

Tractatulum de *legalium obſeruantia* paucis abſoluit, eumque anno 1423. conſcripſit. In tertio tractatu errores quorumdam doctorum de diuerſis materiis refellere nitebatur.

Paululum admodum notitiae de NARCISSO noſtro literati ad nos hucusque transmiſere. Potiſſimum, quod de eodem exploratum habemus, indefeſſo Virorum doctrina celeberrimorum, patriam vrbem illuſtrantium indagatori Cl. D. *Franc. Anton.* VEITHIO acceptum referre tenemur *a*). Meminere quoque ante iſtum eiusdem *Corb.* KHAMMIUS *b*) et Perill. *Paulus* a STETTEN *c*) ſed paucis admodum. Maximam tamen eius vitae ſeriem ex ipſius ſcriptis mox recenſitis contexere debemus.

Natiuitatis locus et annus, eiusque progenitores, denſiſſimis adhuc tenebris obducti ſunt; augurari tamen, ex ſcriptis infra relatis licet, eum Auguſtae ex patritia familia *Pfiſterorum* fuiſſe ortum; legitur enim infra N. XXII. *Rubricatura completa fuit Auguſtae in domo ſororis anno* 1419. Studiis humanioribus abſolutis, et ad diſcretionis annos peruentus, mundo valedixit, ad ordinem Praedicatorum ad finem ſeculi XIV. confugiens, in eodem ſeſe Dei ſeruitio, ac literarum ſcientiis conſecrauit. Studiorum philoſophicorum, ac theologicorum inſtitutionem in Vniuerſitate Colonienſi iam anno 1387. vt ex ſcriptis colligere

a) V. Alphabet. III. Bibl. Aug. p. 124.
b) V. Hierarch. Auguſt. Part. III. p. 67.
c) V. Erläuterungen der Vorſtellungen aus der Augsbürgiſchen Geſchichte. p. 50.

gere licet d) hauſit. In iisdem ad tantum perfectionis peruenerat gradum, vt a ſuperi ribus ſuis ad tradendas in Vniuerſitate tunc temporis celeberrima diſcipli. as philo phicas et heologicas euocari, et Baccalaureatus, ſummoque Magiſterii honore decorari mereretur e).

Plurimis vitae ſuae annis in ordine Praedicatorum ſumma laude transactis, ab iſto ad Benedictinum ordinem transgredi ſeſum ſtatuit; et circa annum MCCCCXX, vt domeſtici noſtri Sec. XV. ſcriptores f) referunt, in monaſterio SS. VDALRICI et AFRAE ſtabilitatem profeſſus, Scientiae ſuae et laboris veſtigia reliquit. Halluncinantur iſti, et qui eos ſecuti ſunt; quippe eum in domo ſororis ſuae vsque ad annum 1423. fuiſſe, ſcripta ſua infra ſub N. XXII XXV. relata teſtantur. Anno vero 1424. benedictina ſecutum fuiſſe inſtituta, ex Subſcriptione numero praecedenti ab ipſo ſubiecta manifeſte clarceſcit. Anno 1428. in electione Abbatis *Henrici* HEUTER, cum eligendi iure non gauderet, ab omnibus Capitularibus cum Abbatibus Ottenburano, et Anhuſano, vt ex electionis inſtrumento patet, in Scrutatorem electus eſt. Vixit adhuc, ſuaque eruditione noſtrum monaſterium illuſtrauit anno 1435. quo in coena Domini orationem ad ſuos Confratres habuit g). Annus, quo aeternitatem adiit, hucusque exquiri haud potuit.

Hic vir plura ſui indefeſſi laboris, ac perſpicaciſſimi ingenii monumenta, vt ex numeris praecedentibus patet, reliquit, nunquam typis euulgata; forſitan extant adhuc longe plura, quae ad noſtram cognitionem peruenire nequierunt, aut alibi recondita habentur, aut triſti periere caſu. Plura adhuc reſtant, numeris ſequentibus recenſenda, quae ille comparauit, rubricisque et notis illuſtrauit.

d) V. Compendium theol. Veritatis. n. XVIII.
e) V. Num. XI. et XIII.
f) *Sigismundus* MEISTRLIN in indice noſtri monaſterii: *Wilhelmus* WITTWER in Chronico: *Petrus* WAGNER in lib. de viris illuſtribus Ord. S. Ben.
g) V. Num. XIV.

XX.

S. Thomae Quaeſtiones ſuper IV. Sententiarum de excommunicatione. II. Diuerſi theologici tractatus. III. Manipulus Curatorum. IV. Quaeſtiones de Sacramentis. V. Quaeſtiones ſuper IV. libros Sententiarum. in fol. Codex Cartheaceus.

Codicem iſtum nec vno tempore nec ab vno ſcriptum fuiſſe, Characteres diuerſi ſatis demonſtrant; Seculo tamen decimo quarto lucem adſpexiſſe, haud dubitandum erit. Quaeſtiones S. THOMAE de excommunicatione tribus foliis abſoluuntur. Tractatus theologici, et manipulus curatorum 47. foliis contenti ab eadem manu conſcripti ſunt. Quaeſtiones 4 et dimidium folii implent. Quaeſtiones ſuper IV. libros ſententiarum foliis 68. contentae et in duabus columnis ſcriptae, in fine ſequentia adiecta habent: *Explicit perfectum A. D. M. CCC. XXX. VIII. In exaltatione S. Crucis Aue Maria.*

Haec ſcripta *Narciſſus* PFISTER rubricis ac notis anno 1422. illuſtrauit.

XXI.

Tituli Capitulorum S. Scripturae. in fol. Codex Cartheaceus.

Opus iſtud foliis 29. conſtat. Characteres iſtius haud parum perſpicui ſunt, et abbreuiaturae verborum legendi facilitatem non impediunt. Continet ſolummodo Capitulorum S. Scripturae titulos, ſeu ſummarium; in margine eorum verba initialia expoſuit. Rubricis exornauit *Narciſſus* PFISTER. Videtur Seculo XIV. fuiſſe ſcriptum.

XXII.

Lectura ſuper libros Polliticorum Ariſtotelis. II. Super meteororum. III Quaeſtiones de coelo et mundo. VI. Lectura de eadem materia per Mag. Albertum de Eykeneſpurg. V. Marſilii lectura ſuper libros de generatione et corruptione. in fol. Codex Cartheaceus.

Diuerſos hosce tractatus diuerſi etiam, vt characteres oſtendunt, ſcripſerunt. Omnes in duabus columnis ſunt ſcripti. Verborum abbreuiationes frequenter occurrunt. Alii perſpicuis, alii vero obſcuris admodum literis expreſſi conſpiciuntur. Rubricas et notas *Narciſſus* PFISTER vbique adiecit.

Lectura ſuper libros Polliticorum, quorum initium ita ſonat: *Concluſio prima polliti
corum omnis ciuitas ordinatur in aliquod bonum.* 18. foliis conſtat. In fine legitur: *Rubrica facta in domo ſororis a. d.* 1421. *vltima die menſis mai que fuit tunc ſabbatum poſt octauas corporis chriſti. Deo laus.*

Lectura ſuper libros *Meteororum* foliis 28. contentum ita incipit: *Circa librum meteororum ſit prima queſtio vtrum inpreſſiones metholoyce fiant ſecundum naturam. Narciſſus* in fine adiecit: *facta rubrica in domo ſororis a. d.* 1423.

Quaeſtiones de *coelo* et *mundo* 30. foliis conſtant. In fine habetur regiſtrum a NARCISSO noſtro ſubiectum cum ſubſcriptione: *finitum anno d.* 1423. *in die S. Apollinaris in domo ſororis hora tertia deo gracias.*

Lectura ſuper eadem materia 68. foliis comprehenditur. In fine eiusdem ſequens habetur: *Expliciunt queſtiones quatuor librorum ſcilicet de celo et mundo. complete per Vlricum dictum Werder Anno d. M. CCC. LXVII. in die lucie beate virginis et bene date per Reuerendum Magiſtrum Alberthum de Eykeneſpurg.* NARCISSUS his ſubiecit: *Correctura completa ſub anno domini* 1418. 2. *die menſis Junii. Rubricatura conſummata fuit anno domini* 1419. *idibus may qui tunc fuit* 2. *feria poſt cantate. Deus ſit benedictus.*

MARSILII lectura ſuper libros de *generatione* et *corruptione* 75. foliis contenta, in fine ſequentem nobis exhibet notitiam: *Expliciunt queſtiones ſuper primum et ſecundum de generatione et corruptione dulciſſima lectura Magiſtri Marſilii de Ingrn. pronuntiate in ſtudio heidelbergenſi anno domini* 1389. *finite ſunt autem in his ſcriptis ſub anno domini* 1394. 7. *iduum februarii hora veſperarum. Deo gracias.* NARCISSUS ſuper eosdem tabulam ſeu indicem compoſuit, et ſequentem ſubſcriptionem adiecit: *Rubricatura completa auguſte anno domini* 1419.

in

in octaua assumptionis S. M. virginis in domo ſororis; in altera vero pagina: *Iſtum librum emi Coloniae ſub anno domini 1395. in die Sancti Erhardi Epiſcopi pro 15. alb.*

XXIII.

Henrici Regentis Erfordiae reportata ſuper octo libros Phyſicorum. II. Tractatus de coelo et mundo, in fol. Codex Chartheaceus.

Codex iſte in duabus columnis, ſeculo XIV. vt mihi videtur, ſcriptus 228. foliis conſtat. Characteres quidem dilucidi ſunt, ſed verborum abbreuiationes legendi difficultatem pariunt. Rubricas NARCISSUS noſter adpoſuit, vt ex eius ſubſcriptionibus clareſcit. Reportata ſuper octo libros Phyſicorum foliis 168. comprehenduntur. In eorum fine literis capitalibus ſcriptum legitur: *Expliciunt Reportata ſuper libros Phyſicorum a venerabili Magiſtro Hainrico Regenti Erdſordie ad Sanctum Seuerum &c.*

Tractatus de *coelo* et *mundo* foliis 60. contentus ſic incipit: *Seneca dicit ad lucillum epiſtola 5ta. Sicut corpus noſtrum ſurſum agitur ſic et anima &c.* In fine legitur: *finito libro ſit laus et gloria Chriſto.* NARCISSUS autem adiecit: *Finita Rubrica in die Sancti Calliſti a. d. 1422. hora 1ma. poſt meridiem.* Dein ſequitur *acceſſus ſuper librum de generatione et corruptione*, tribus columnis abſolutus.

XXIV.

Joannis de Sacro Boſco tractatus de Sphaera. II. Computus manualis. III. Declarationes de actione et tempore. IV. Tractatus Arithmeticus. V. Computus Eccleſiaſticus. VI. Tractatus de Aſtronomia. VII. Tractatus de Muſica c. figg. VIII. Calendarium Eccleſiaſticum. in 4to. Codex Cartheaceus.

Tractatus de Sphaera in quatuor partes diſtinctus, foliis vndeuiginti conſtat. In fronte legitur: *Incipit ſphera materialis tractans de toto vniuerſo et omnibus partibus ... compilatus a magiſtro de ſacro buſto pro vtilitate iuuenum*: in fine vero: *Explicit ſpera per manus Petri Deo gracias.*

Tractatum iſtum excipiunt *reportata ſuper Sphaeram*, quorum initium ſequentis eſt tenoris: *Opus ſapientis eſt non mentiri de hiis que nouit*: ſequentis vero finis: *Expliciunt reportata ſuper ſperam.* NARCISSUS noſter adiecit: *finita rubrica a. d.* 1421. *Idus Junii feria* 6. *ante viti ... hora 8ua. poſt meridiem benedictus deus in domo ſororis.* Deinde ſequitur eiusdem NARCISSI commentarius in eumdem tractatum, 14. foliis contentus, in cuius fine legitur: *Explicit ſcriptum ſuper librum ... tractatus ſpere nuncupatus quem compilaſſe dicitur Johannes de ſacro buſco ſeipſum exponens deo gratias. Completum Colonie ſub anno* 1402. *in vigilia 7. fratrum 7. idus Julii.*

Computus manualis foliis vndecim comprehenſus ſic incipit: *Boecius ſcribit in libro de conſolacione phillosophie &c.* In fine ſequentia habentur: *Expliciunt reportata ſuper computum*

ſutum manualem finita anno domini 1343. *in vigilia palmarum. facta a venerabili magiſtro Chonrado Derrerio nato de dilingen. Regenti In auguſta apud Sanctum Mauritium tempore eodem.*

Declarationes de actione et de tempore 13. foliis conſtant. In fine earum ſequens legitur notitia: *Expliciunt quedam declarationes de actione et de tempore Reportate erfordie a magiſtro theodorico regenti apud ſcotos finita in vigilia mdele magdalene anno domini* 1343.

Tractatus arithmeticus quatuor foliis cum dimidio abſoluitur. Hunc mox ſequitur computus eccleſiaſticus pedeſtri ſermone, et iſtum alius ſoluto ſcriptus. In fine huius legitur: *Explicit opus computi eccleſiaſtici &c. deo gracias. et ſcripſi in quinque diebus Finitus eſt liber proxima 2da ante feſtum beate virginis marie natiuitatis nonarum ſeptembris anno domini* 1384.

Tractatus de *Aſtronomia* vndecim foliis abſolutus, et computo eccleſiaſtico adcommodatus, ſic inchoat: *Omnia cum ſuperiorum motibus corporum inferiorum gubernantur. Quare de ipſorum motuum inuencione pariter cognitione non tamen omnium planetarum, ſed ſolis et lune ſolum ex quibus circa diuinum officium in eccleſia peragendum... ſi ſequebantur errores diuina fauente clementia computum quemdam nurenbergenſe propoſui reuelare &c.* Exornatus eſt iſte tractatus cum figuris, et coniunctione et oppoſitione cycli. Ad finem ſequentia habentur: *Expliciunt practica reuerendi magiſtri .... baccalarii ſacre theologie ſub anno domini* 1431.

Tractatus cuiusdam Anonymi de muſica viginti foliis contentus tam ſcalis, quam exemplis illuſtratus eſt. Eius initium ſic ſonat: *Ex quo omnes vniuerſaſque regulas ipſius muſice pueri addiſcere nequeunt difficulterque poſſunt* &c. Ad finem ſequens legitur notitia: *Explicit opuſculum muſicalis ſciencie compoſitum per iuuenum informatorem ſub melius diſcentium correctione anno domini* 1405. *p. m. ſ. t. de. a.*

Finem imponit huic codici calendarium eccleſiaſticum cum cyclis ſolari et lunari ſex foliis contentum.

Diuerſis huius codicis tractatus, diuerſis manibus, diuerſiſque temporibus ſcripti, et a noſtro Narcisso ſumma induſtria maxima eorum pars collecta fuit. An autem eorum quidam typis in lucem prodierint, nec adfirmare, nec negare audeo, et literaturae amatoribus iudicandum relinquo.

XXV.

Bertholdi de Gepzen quaeſtiones ſuper duodecim Metaphiſicorum. II. Alberti tractatus de proportionibus. III. Tractatus de entium perfectione in formari. IV. Tractatus de cauſa intrinſeca ſuſceptionis magis et minus formari: de qualitatibus, et de motibus. V. Summa Raymundi. VI. Computus Eccleſiaſticus, in 4to. Codex Cartheaceus.

Codicem praeſentem ſeculo XIV. exiſtentiam ſuam debere, tum characteres, tum alia antiquitatis ſigna oſtendunt. Quot in iſto tractatus inueniuntur, tot etiam diuerſae literarum formae occurrunt. *Ber-*

Bertholdi de GEPZEN quaeſtiones, eadem omnino manu, qua *reportata ſuper octo libros* [ph]*yſicorum* N. XXIII. recenſita, ſcriptae 116. foliis conſtant. In fine eiusdem legitur: [E]*xpliciunt queſtiones ſuper* 12. *metaphyſice ... reportate a magiſtro Bertoldo dicto Gepzen* [r]*ectore Dezzelingen*. Iſtis ſubiiciuntur *quaeſtiones magiſtri Joannis Gandinii Rhemenſis* tri[bu]s foliis contentae. Adiecit NARCISSUS noſter: *Finita Rubricatura in domo ſororis in cra*[ſti]*no S. Bartolomei apoſtoli anno d.* 1423.

Tractatus de proportionibus decem foliis comprehenditur. Tractatus de *entium per*[fec]*tione in formari* ſex foliis abſoluitur. Eius initium ita ſonat: *Cupientibus inquam vobis* [ven]*erabilibus ſtudentibus Neapolitani Conuentus ordinis ſanctiſſimi patris Auguſtini vniuerſo*[ru]*m encium aliqualiter ſeriem perfectionis agnoſcere in formari* &c. Ad finem vero legitur: *Ta*[me]*n ne hoc opuſculum ſtudentem ipſum ex prolixitate moleſtet ſit hic finis. Amen.*

Tractatus de *cauſa intrinſeca ſuſceptionis magis et minus formari*, de *qualitatibus*, et de [poten]*tibus* 43. foliis conſtant.

Summa RAYMUNDI heroicis verſibus ſcripta, et gloſſa interlineari illuſtrata 28. foliis [co]mprehenditur. Praemittitur prooeminm, quod ſequentis eſt tenoris.

Summula de Summa Raymundi prodiit iſta
Non ſubtili ſed vili ſcribimus iſtam.
Eloquio placet hoc ſociis quam magna ſtudendi
Cura ſibi non eſt modus hiis valet ergo loquendi
Inter doctores hunc nolumus ire libellum
Paruis et rudibus quem traximus eſſe legendum
Inuenient in eo quidquid iuuat vtilitatis
Hic de baptiſmo de coniugio ſermonis
Furtis et ſpoliis vſuris atque rapinis
Sortilegis viciis carnis tractatis habetur.
Quod tamen longaui non inſcius breuia via
Vt melius metro ſenſus tibi luceat iſto

[D]einde *Incipit Summa reimundi*, in cuius fine legitur: *Explicit ſumma fratris Raymun*[di] &c.

Computus Eccleſiaſticus foliis 13. contentus, ita incipit:

Licet modo in fine temporum conſtet plebs haberi codices qui de arte calculatoria vide[n]*tur poſſe ſufficere delicatis tamen lectoribus proſaica faſtidientibus parumper volui metrice lu*[de]*re vt ſic libeat clericis diſcere quod ipſi neſciunt et ſepe audiunt dici a laicis quod pudet* [n]*ecere* &c. Eſt quoque tam gloſſis interlinearibus quam marginalibus illuſtratus.

Autor huius operis celebratur *Joannes* de SACROBOSCO, ab aliis *Holywood*, *Holy*[bu]*x*, aut *Hallifax* dictus, natione Anglus, Floruit Seculo XIII. V. JOECHER *Lexicon*, [T]. IV. p. 18.

XXVI.

[C]ommentum ſuper libros de generatione et corruptione. II. Abbreuiata Marſilii ſuper octo libros Phyſicorum. III. Harcleni de Marca quaeſtiones ſuper libros topicorum. IV. Quaeſtiones ſuper

libros de generatione et corruptione. V. De generatione SS. Patrum veteris teſtamenti. VI. Expoſitio Miſſae. VII. Gloſſae ſuper librum de cauſis. VIII. Quaeſtiones ſuper libros Metaphyſicorum. IX. Beda de Planetis, in 4to Codex Cartheaceus.

Commentum ſuper libros de *generatione* et *corruptione* ita incipit: *In tota rerum varietate excellentiſſimum diuine munificentie donum eſt philoſophia* &c. In fine legitur: *Explicit gloſſarium ſuper* 1. *et* 2. *de generatione et corruptione que completa et ſcripta erant ſub anno domini* 1389. 7. *Cal. Marcii hora nonarum.* Scripſit hoc opus NARCISSUS noſter. Alterius ab ipſo conſcripti iam ſuperius meminimus.

Secundum locum obtinent MARSILII Pariſienſis *abbreuiata ſuper octo libros Phiſicorum*, quae ita inchoant: *Diuina fauente miſericordia dei prima abbreuiationis parte* &c. In fine ſequentia rubro colore ſcripta habentur: *Expliciunt abbreuiata Magiſtri marſilii reuerendi Pariſienſis ſuper octo libros phiſicorum. anno domini MCCCLXXXXV. finitus eſt liber iſte in vigilia Sancte penthecoſtes hora diei tercia.*

Sequuntur deinde *Harcleni* de MARCA quaeſtiones ſuper *libros topicorum*, quae a *Narciſſo* noſtro ſcriptae videntur.

Quaeſtiones ſuper libros de *generatione* et *corruptione* ſic initium ſumunt: *O quam iniuſte agit* &c. Iſtas excipit *Generatio Patriarcharum*, cuius initium eſt: *Adam protoplaſtus et colonus paradyſi princeps humani generis et delicti ad ymaginem dei factus vniuerſitatis prelatus* &c. Miſſae expoſitio breuis admodum eſt, et ita incipit: *Dicit apoſtolus ad epheſios ſexto* &c. *Induite vos armatura dei vt poſſitis ſtare aduerſus inſydias dyaboli. hec armatura eſt veſtis ſacerdotalis* &c.

Gloſſae ſuper librum de *cauſis*, tam ſuper textum quam commentum ſic inchoat: *Omnis cauſa primaria plus eſt influens ſuper ſuum cauſatum* &c. Iſtas ſequitur liber de *ente* et *natura*, hunc vero quaeſtiones ſuper libros Metaphyſicorum, denique excerpta ex operibus S. BEDAE de *planetis* finem imponunt. Haec omnia Seculo XIV. ſcripta mihi videntur.

XXVII.

Alberti M. opus de officio Miſſae. II. Summa de Euchariſtiae Sacramento. in fol. Codex Cartheaceus.

Codex iſte maiuſculis literis in duabus columnis ſcriptus, excepto indice, 329. foliis conſtat. Initiales literae et tituli rubro colore ſunt expreſſae. Verborum abbreuiationes frequentius occurrunt.

In fronte operis de Miſſae ſacrificio legitur: *Incipit prohemium in librum de miſſa domini alberti magni Epiſcopi Ratiſponen. doctoris eximii.* Deinde: *Iſaie 66. dicit dominus, Ecce ego declinabo in vos.* In fine ſolum haec habentur: *Explicit de miſſa* &c.

Folio ſequenti legitur titulus ſecundi operis ita conceptus: *Dictis hiis que de miſſarum ſollemnitate ſolent fieri nunc tractat de ſex generibus in quibus difficultas ſacramenti Euchariſtie manifeſtatur.* Prologus ita incipit: *Hoc eſt ſacramentum ſacramentorum euchariſtia omnis*

is genere continentur. Ex his patet, primam prologi partem, qui in impreſſis libris ita ıchoat: *Quia autem de ſacramento altaris multa ſunt, quae ſpecialem habent difficultatem*, ſcriptore omiſſam fuiſſe, eam tamen NARCISSUS noſter in priori pagina adpoſuit. In fi- e ſequentia habentur: *Explicit ſumma de corpore domini a fratre Alberto de ordine predica- rum Epiſcopo quondam Ratisbonenſi compilata.* Deinde tres ſequuntur orationes ab eo- em compoſitae, in quarum fine legitur: *Finitus eſt liber iſte ſub anno d. M. CCCC. 31. tem frater Narciſſus comparauit ordinis Sancti benedicti et doctor Sacre theologie In mona- rio Sanctorum Vdalrici et Affre &c. Narciſſus* ſequentia propria manu ſubiecit: *Compl- ta correctura anno domini* 1433. *in vigilia undecim millium virginum hora veſperarum. Sed rfecta correctura huius libri conſummata anno domini* 1434. *Nona maii que dies tunc fuit ceniſionis domini.* Idem etiam adiecit indicem autoritatum biblicarum per ALBERTUM in ɔro de miſſa expoſitarum, decem foliis contentarum, in quarum fine ſequentia leguntur: *initum anno domini* 1434. *in vigilia Sanctorum Fabiani et Sebaſtiani hora* 11. *Benedictus us.*

Haec opera iam primis typographicae artis inuentae temporibus typis euulgata fuere; imum Vlmae anno 1473. *a*) Moguntiae 1477. *b*) ſecundum Vlmae 1474 *c*). Extant etiam , XXI. operum ALBERTI M. Lugduni anno 1651. editorum.

a) V. Notit. Hiſtorico - Lit. LL. ab artis typogr. inuent. vsque ad annum 1479. impreſſ. p. 158.
b) Quetif. T. I. Script. Ord Praedic. p. 178.
c) Notit. praefat. p. 162.

XXVIII.

I. Thomae Regentis Erfordiae Commenta in Iſagogas Porphyrii et in praedicamenta Ariſtotelis. II. Alterius Anonymi Commen- um in eadem. III. Commentum in Iſagogas. IV. Quaeſtiones ſuper Porphyrium. in 4to. Codex Cartheaceus. Sec. XIV.

Hi diuerſi commentarii a diuerſis, variisque minuſcularum literarum formis ſcripti nt. Verborum abbreuiationes frequentes admodum occurrunt.

In fronte primi Commenti legitur rubro colore ſcriptum: *Incipit Expoſicio porphyrii. apitulo de mouente* &c. In fine ſecundae vocis legitur: *Anno do. M.CCCXLIII. in die hilippi et Jacobi apoſtolorum completa eſt Expoſicio iſta per manum petri in ciuitate Nurn. xplicit expoſicio porphyrii optima edita a magiſtro Thoma.* Sequitur deinde reliquarum ɾplicatio. Expoſitio Praedicamentorum ARISTOTELIS ita incipit: *Equiuoca dicuntur. Li- r iſte continuari poteſt ad iſta* &c. In fine ſequens habetur notitia: *Explicit expoſicio bo- ı et vtilis ſuper librum predicamentorum Ariſtotelis edita a magiſtro Thoma. Scripta a Petro ıno do. M. CCC. XLIII. in Nurn.*

Commentarius in ARISTOTELIS praedicamenta ab anonymo quodam conſcriptus tam ſcriptione, quam finali ſubſcriptione indiget.

Tertius tractatus ſex foliis abſoluitur; ac in eius fine legitur: *Explicit Porphyrius.*

Qui me ſcribebat
Vlricus nomen habebat.

Initium quaeſtionum in PORPHYRIUM ita ſonat: *Circa librum porphyrii queritur primo. Vtrum loyca ſit ſcientia.* In fine ſequentia habentur: *Expliciunt queſtiones ſuper porphyrium ſub anno domini* 1384. 11. *Cal. iunii hora veſperarum.* Iſtis quaeſtiones in praedicamenta ſubiectae leguntur.

XXIX.

Joannis Bydani quaeſtiones ſuper librum Porphyrii: ſuper praedicamenta Ariſtotelis, et quaeſtiones Peri Hermenianarum, ſeu veteris artis. in 4to. Codex Cartheaceus. Sec. XIV.

Hoc opuſculum haud parum perſpicuis literis ſcriptum 110. foliis conſtat. Verba abbreuiata, vt in reliquis eiusmodi ſcriptis, frequenter obſeruantur. Quaeſtiones primae ita incipiunt: *Tabula queſtionum libri Porphyrii ordinatarum per magiſtrum Johannem Bydanum*: Secundae vero tali modo: *Tabula queſtionum predicamentorum Ariſtotelis ordinatarum per magiſtrum Johannem Bydanum. Et prima queſtio erit vtrum bene ſint date diffiniciones vnicorum et equiuocorum.* Ad earum finem ſequens legitur notitia: *Expliciunt queſtiones predicamentorum date a Reuerendo Magiſtro Johanne Bydano, finite et complete per Libermarium Horſtani de Lederdam Anno domini MCCC. LXXXIX. ipſo die Gereonis et Victoris Martyrum. Deo Laus.* Quaeſtiones libri *Peri Hermenias* dicti ita inchoant: *Tabula queſtionum periarmeniarum ordinatarum per Magiſtrum Johannem Bydanum.* In fine ſequentia leguntur: *Expliciunt queſtiones tocius artis veteris date a Reuerendo Magiſtro Johanne Bydano. Scripte Colonie per Libemarium de Lederdam Anno domini MCCCmo. LXXXIX. finite ſecunda die poſt feſtum Sancti Seuerini Martyris ſcilicet viceſima ſexta die menſis Octobris.*

XXX.

Raymundi Summa cum Commentariis. II. Concluſiones ſuper libros Meteororum. III. Logica Walteri Burlei Anglici. IV. Logica Guilielmi Ockam Ord. Min. V. Decreta concilii Moguntini anno 1451. habiti. VI. Reſponſio Henrici Regis Angliae Nuntio Ducis Sabaudiae data. VII. Decretum generalis Capituli Ordinis Carthuſiani. in 4to. Codex Cartheaceus. Sec. XIV.

Summula Raymundi maioribus, commentarius minoribus perſpicuis aeque ac elegantibus ſcriptus eſt literis. Abbreuiationes frequentius occurrentes lectori legendi moleſtiam parum admodum adferunt. Incipit absque inſcriptione ab expoſitoris praefatione his verbis: *Philoſophus primo Ethicorum dicit prima queque virtus delectatur in propriis operibus.* In eadem haec notatu digna de genuino operis Autore dicuntur: *Cauſa efficiens huius libri dubitatur, cum quidam dicunt, quod Raymundus ordinis Predicatorum quod poſſibile eſt quidam dicunt quod ſit quedam verſificatura et noluit nomen ſuum manifeſtare vt euitaret arrogantiam.*

Sed

Sed quod Rymundus compoſuit hoc apparet ex modo illo quem ſeruauit in aliis a). Opus hoc ſequentibus verſibus finitur:

Sputa, flagella mine proba lancea vulnera ſpine.
Felice fine noſtre ſunt mota ruine.
Inque voluntatem peccandi qui remanebunt.

Haec Summula ſaepius typis fuit euulgata; praeſenti autem cum expoſitione inuenire nullam potui editionem.

Concluſiones librorum meteororum literis diuerſis ab illis, quibus opus praefatum, ſcriptae, verborum abbreuiationibus, vti et reliqua ſub hoc numero recenſenda, ſcatent. In fronte earum legitur: *Incipiunt concluſiones librorum Meteororum Ariſtotelis*: ad finem vero: *Explicunt concluſiones librorum Metheororum complete ac ſcripte conſtancie.*

In fronte Logicae *Waltheri* BURLAEI legitur: *Incipit loyca Magiſtri Waltheri Burley Anglici.* Conſtat 34. foliis Ad finem ſequens habetur notitia: *Explicit loyca Magiſtri Waltheri Burley Anglici b) ſcripta ac completa conſtancie Anno D. M. CCCXLVII. In die beati Alexii Confeſſ.*

Logica *Guilielmi* OCKAM foliis 55. contenta ſequentem ſibi habet praefixam inſcriptionem: *Incipit loyca Magiſtri Gwilhelmi obkam ordinis fratrum Minorum.* Praemiſſo prologo, opus ſic incipit: *Finis Loyci principalis eſt ſcire diſcernere in omni materia ſophiſticum argumentum a vero.* Ad finem legitur: *Explicit medius tractatus loyce Magiſtri Gwilhelmi obkam.* Iſtam ſequuntur declarationes quarumdam propoſitionum logicalium, in quarum fine ſequens habetur notitia: *Hec collecta ſunt per fratrem Fridericum de nordlingen pro tunc ſtudente Conſtancie Anno domini M. CCC. XLVIII. in catedra petri apoſtoli.*

Quae nunc ſequuntur, ſeculo decimo quinto, et quidem a diuerſis fuiſſe ſcripta, characteres nos docent.

Concilium Moguntinum ſub NICOLAO Papa V. Anno 1451. habitum, decem foliis conſtat. Conuenit praeſens codex quoad maiorem ſui partem cum illo, quod Joſephus HARTZHEIM T. V. *Concil. German.* p. 398. typis euulgauit; in quibusdam tamen, vt mox videbimus, ab illo diſtat. In decreto de *celebrandis conciliis prouincialibus et dioeceſanis* legitur in noſtro codice: *Decretum Concilii Baſileenſis .... dudum per* NATIONEM *noſtram acceptatum*: in editione Hartzemiana: per VOCATIONEM *noſtram acceptatum.* Sequentia in iſta non inueniuntur:

„ Innouat praeterea omnia ſtatuta prouincialia per quemdam bonae memoriae *Petrum Gerhardi* aliosque et nunc modernum *Theodoricum* Archiepiſcopos ſedis Moguntinae in vnum volumen redacta et illa publicari atque ſeruari mandat prout in ipſis continetur."

Statuto de vſuris haec praemiſſa leguntur: „ Et quia in dictis ſtatutis inter cetera quoddam ſtatutum de Judaeis et crucis Chriſti inimicis continetur, quod incipit: *Licet olim*, in quo mandatur ſub ceſſione diuinorum et ſubtractionis communionis poenis, quod Judaei ſigna deferre debeant declarando, adiicit: Signum illud eſſe debere circulum de filis croceis in veſte extrinſeca ante pectus, quoad maſculos et duae rigae „ pla-

a) Quetif. in Hiſt. Script Ord. Praedic. quotquot Raymundorum mentionem facit, nulli eorum hanc Summulam vindicat. In impreſſis exemplaribus legitur: *Raymundi iurisconſultiſſimi Summula.*

b) Walterus Burlaeus ad finem Seculi XIII. in Anglia natus, Oxonii in collegio Mertoniano literarum Scientiis vacabat, Pariſiis cum *Guilielmo* OCCAM *Joannem* DUNS audiebat, ibidemque doctoratus honore exornatus, in Angliam reuerſus, Principem EDUARDUM informare iuſſus eſt. Viuebat adhuc anno 1337. pluribus doctrinae ſuae monimentis clarus.

„ plannei coloris in pepulis mulierum conformiter, vt in urbe Romana. Adiicit etiam
„ Sancta Synodus Capitulum *poſt miſerabilem* &c.

Sequens decretum in editione Hartzemiana penitus deſideratur:

„ Similiter eisdem ordinariis vt ſi in viſitatione ſuarum dioeceſium aut alias reperiant
„ concurſum populi ad certas imagines, et conſtat, populum magis ad diſpoſitionem fi-
„ gurae habere reſpectum, quod omnino hoc prohibeant, ne idololatria committatur. Si
„ quae etiam ſint in ſuis dioeceſibus hoſtiae transformatae, aut pallae rubricatae, ſi qui-
„ dem hoſtiae tales ſumi poſſint, eas ſumi faciant, alioquin illas totaliter occultent, aut
„ recondi diſponant, vt ſic omnis occaſio concurſuum huiusmodi auſſeratur.

Statuta de queſtoribus, et indulgentiis feſti Corporis Chriſti in codice noſtro deſiderantur.

Decretis iſtius concilii ſubiecta habentur, *Statutum Concilii Baſileenſis de celebratione conciliorum prouincialium et dioeceſanorum*, Bulla NICOLAI Papae V. *Iniunctum nobis deſuper* &c. *Super deliberationibus in Capitulo Moguntinenſi*: Literae NICOLAI Cardinalis et Nuntii Apoſtolici de *fratribus Mendicantibus et Plebanis ex Synodo Bambergenſi* acceptatae pro tota Prouincia Moguntina, quae incipiunt: *Quoniam officio noſtro incumbit* &c. Denique decretum de *lacticiniis temporibus ieiunii non comedendis*.

Epiſtola reſponſoria HENRICI Angliae Regis in cauſa Antipapae FELICIS ad Sabaudiae Ducem data, in qua eidem tanquam Antipapae obedientiam denegat, eamque EUGENII IV. eiusque ſucceſſoribus praeſtare promittit.

CAROLI Galliae Regis epiſtola in capitulo generali ordinis Praemonſtratenſis Hanoniae habito gallice oblata, in qua notum facit, ſe in bona et vera obedientia EUGENII IV. perſiſtere velle, eamque ſententiam in toto regno Galliae publicari iuſſit. Hae duae epiſtolae in adpendice ſub numeris III. et IV. reperiuntur.

Decretum capituli generalis ordinis Carthuſiani de modo monaſteria eiusdem ordinis viſitandi ſex foliis contentum in adpendice exſcriptum ſub num. V. habetur.

XXXI.

Vlrici de Vienna Fallaciae. II. Diuerſi logices tractatus. in 4to. Codex Cartheaceus. Sec. XIV.

Vlrici de Vienna fallaciae quatuordecim foliis contentae, in duabus columnis charactere minuſculo haud ſatis perſpicuo ſcriptae ſunt. Operis initio legitur: *Scribit philoſophus primo elenchorum duo ſunt opera ſapientis ſcilicet non mentiri de quibus noſcitur et mentientem manifeſtare*: In fine vero: *Expliciunt fallacie. vlrici de wienna. anno domini M. CCC. XLIII. VI. Kal. Julii.*

Reliqui logices tractatus in hoc codice contenti, de ſuppoſitione maxime tractantes, tam inſcriptionibus, quam ſubſcriptionibus carentes, iuxta characteres, aliaque ſigna ſeculo etiam decimo quarto ſcripti mihi videntur.

XXXII.

Liber Ariſtotelis de Phiſionomia cum commento. II. Reportata ſuper librum Ariſtotelis de Anima. III. Quaeſtiones de Deo. IV. Quaeſtiones ſuper libros poſteriorum. in 4to. Codex Cartheaceus. Sec. XIV.

Tractatus in hoc codice contenti diuerſis temporibus, atque a diuerſis ſcripti ſunt. Verborum abbreuiationes frequenter occurrentes lectionem difficilem admodum reddunt. In fine libri de *Phiſionomia* legitur: *Explicit fiſionomia lecta pariſius per magiſtrum Johannem Saxonem . . . anno domini* 1355. *in vigilia beati mathie apoſtoli. A Narciſſo Pfiſter*, qui eumdem rubricis exornauit, rubro colore adiectum habetur: *Finitum anno domini* 1421. 16. *Kal. Junii qui dies tunc fuit ſabbatum in octauis pentecoſtes in domo ſororis. Benedictus deus.*

Reportata ſuper librum ARISTOTELIS de *anima* titulo carent; in fine quaeſtionum elenchus reperitur.

Iſta excipiunt quaeſtiones de Deo, de Angelis, de ſanctis, de libero arbitrio &c. In fine cuiusdam legitur: *Explicit* 1369. Denique ſequuntur quaeſtiones ſuper libros *poſteriorum*, quae incompletae reperiuntur.

XXXIII.

Petri Hiſpani Summulae cum commento. in 4to. Codex Cartheaceus. Sec. XV

Summulae in duabus columnis ſcriptae, commentariis a *Joanne* de HOCLEM illuſtratae fuere. Initio earumdem legitur: *Circa materiam illorum que in ſummulis Petri hyſpani continentur aliqua facilia propono colligere non pro doctis et peritis ſed pro rudibus informando.* In fine ſequentia habentur: *Expliciunt queſtiones ſecunde partis magiſtri Johannis de hoclem ſcripte et finite ſecunda feria in die decollationis ſancti Johannis baptiſte. anno domini* 1401. Adiecta eſt *notitia inſolubilium*, circa quam ſequens quaeſtio verſatur: *utrum notitia inſolubilium artem oblitam praeſupponat?* Iſtam excipiunt *quaeſtiones octo regularum generalium* 24. foliis contentae.

XXXIV.

Alberti M. Philoſophia pauperum ſeu Summa naturalium cum commentariis. II. Expoſitio ſuper libros de coelo et mundo. in 4to. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

Summa iſta perſpicuis literis eſt ſcripta, et quidem textus maioribus, et commentarius minoribus. Incipit a commentatoris praefatione hisce verbis: *In aggreſſu huius operis*

ris tria per ordinem ſunt facienda preambula. Ipſa ſumma ſequenti modo inchoat: *Philoſophia diuiditur in tres partes in loycam ethicam phiſicam ſeu rationalem moralem et naturalem de quibus aliis omiſſis aliis duabus ſola phiſica ſeu naturali hic intendimus.* Commentator his ſubiecit: *Iſte liber qui intitulatur ſumma Alberti magni ſeu philoſophia pauperum.*

Expoſitio ſuper libros de coelo et mundo minuſculis literis, prioribus haud multo abſimilibus, ſcripta eſt. Ejus initium ita ſonat: *De natura et ſcientia fere plurima circa primum de celo et mundo queruntur.*

In prima pagina huius codicis poſſeſſor ſequentia adſcripſit: *Fr. petrus perckmayr monachus et profeſſus huius monaſterii donauit eidem hunc libellum diuerſa continentem* 1496. Vnde colligitur, iſtum iam Seculo XV. ſuam obtinuiſſe exiſtentiam.

XXXV.

Declaratio, quid agat Ariſtoteles in libris Phyſicorum. II. Tractatus ſuper primo eorumdem. III. Quaeſtiones ſuper duodecim libros Metaphyſicorum. IV. Reportata ſuper praedicamenta Ariſtotelis. V. Reportata ſuper libros poſteriorum, in fol. Codex Cartheaceus. Sec. XIV.

Primus et ſecundus tractatus ab eadem manu ſunt ſcripti. Primus ita incipit: *Quoniam quidem intelligere et ſcire contigit in omni ſciencia excognicione.* In fine ſecundi *Narciſſus* PFISTER ſequentia rubro colore adiecit, *Finita rubrica a. D.* 1423. *in die S. Mauri abbatis in domo ſororis hora* 11.

Quaeſtiones ſuper 12. libros Metaphyſicorum a PFISTERO expletae, rubricisque illuſtratae ita inchoant: *Circa librum primum metaphyſice queritur primo. Vtrum metaphyſica ſit omnium ſcientiarum digniſſima.* In fine ſolum haec habentur: *anno domini* 1395.

Reportata ſuper *praedicamenta* ARISTOTELIS minuſculo, ac eleganti charactere ſunt ſcripta. Initio eorumdem legitur: *Equiuoca dicuntur. Iſte liber prima ſui diuiſione diuiditur in tres tractatus*: in fine vero: *Expliciunt Reportata ſuper predicamenta 6to. Kalendas Septembris.*

Non ita ſcite reportata ſuper libros *poſteriorum* ſcripta ſunt. In fine eorum ſequens habetur notitia: *Explicit liber poſteriorum et Reportata deſuper a magiſtro venerabili Henrico Regenti apud S. Seuerum in Erdfordia. Deo gratias.* Aliorum reportatorum ſuper octo libros *phyſicorum* huius *Henrici* ſupra num. XXIII. mentionem fecimus.

XXXIV.

Quaeſtiones ſuper octo libros Phyſicorum. in fol. Codex Chartheaceus. Sec. XIV.

Codex iſte foliis 136. contentus, in duabus columnis literis perſpicuis eſt ſcriptus. Initio operis legitur: *Circa primum librum phyſicorum primo queritur. Vtrum ſcientia natura-*

turalis ſit ſciencia de omnibus rebus. In fine quaeſtionum elenchus inuenitur. Rubricis hincinde *Narciſſus* PFISTER exornauit.

XXXVII.

Quaeſtiones ſuper libros Phyſicorum. II. Summa literalis octo librorum Phyſicorum. in fol. Codex Cartheaceus. Sec. XIV.

Quaeſtiones ſuper libros Phyſicorum in duabus columnis ſcriptae, absque titulo incipiunt. Ad finem earum legitur: *anno domini* 1364. *collegi iſtas queſtiones.*

Sic etiam ſumma literalis eorumdem librorum absque inſcriptione ſic incipit: *Simul qui preſides fuerunt*: in fine vero ſequentia habentur: *Explicit Summa literalis librorum phiſicorum Ariſtotelis. Narciſſus* PFISTFR, qui iſtam rubricis exornauit, haec rubro colore adſcripſit: *Finita Rubricatura ſub anno domini* 1423. 16. *Kal. Aprilis qui dies tunc fuit feria quarta poſt letare in domo ſororis.*

XXXVIII.

Porphyrii Iſagoge: Ariſtotelis praedicamenta, et Peri Hermenias cum commentariis.in fol. Codex Cartheaceus.. Sec. XV.

Primum locum PORPHYRII *Iſagoge*, et ARISTOTELIS *praedicamenta*, et *Peri Hermenias* literis maioribus et perſpicuis ſcripta occupant; quibus tamen *Gilberti* PORETANI libri VI. *principiorum* intermixti ſunt. Haec deinde commentarii cuiusdam Anonymi minoribus quidem, ſed tamen ſane perſpicuis literis ſcripti ſequuntur. Tituli, aeque ac ſubſcriptiones finales vbique deſiderantur. Hunc codicem noſtro monaſterio *Petrus* PERKMAYR Monachus eiusdem comparauit, vti eiusdem initio ſcriptum legimus: *Frater Petrus berkemair monachus et profeſſus huius monaſterii eidem iſtud contulit volumen continens queſtiones quorumdam librorum Areſtotelis. Anno* 1496.

XXXIX.

Porphyrii Iſagoge: Ariſtotelis praedicamenta, et Peri Harmenias. II. Eiusdem Peri Hermenias, libri Priorum, Topicorum et Elenchorum. III. Duo tractatus de ente et eſſentia. in fol. Codex Cartheaceus.

Omnes iſti tractatus vno eodemque charactere, in duabus columnis ſunt ſcripti. Verborum abbreuiationes non ita frequenter occurrunt, vt legendi moleſtiam lectori adferant.

Initio

Initio primi legitur: *Circa inicium philoſophie mouetur hec queſtio. Vtrum logica ſit ſciencia vna racionalis et ab aliis diſtincta*: ſecundi: *Circa inicium libri predicamentorum Ariſtotelis. Queritur primo vtrum de predicamento ſit ſciencia racionalis ab aliis partibus logice diſtincta*: tertii vero: *Circa inicium primi libri periarmenias queritur primo vtrum de enunciacione ſit ſcientia tamquam de ſubiecto attribucionis huius libri periarmenias.*

Sequuntur deinde aliae quaeſtiones ſuper diuerſos ARISTOTELIS libros, et primum ſuper *Peri Hermenias*: in fine legitur: *Hec de queſtione dicta ſufficiant . . . finita per manum arnoldi Simonis legente venerabili ac diſcreto viro magiſtro petro leydis in craſtino ſancte crucis in maio anno domini M. CCCC. XXIX. de quo laudetur deus piaque mater eius per infinita ſeculorum Amen.* Dein legitur tabula quaeſtionum ſubiecta.

Iſtas excipiunt quaeſtiones ſuper libros *priorum*, figuris exornatae; in fine primi ſequens habetur notitia: *Et hec de queſtione dicta ſufficiant et per conſequens de toto primo libro priorum Ariſtotelis pariſius date a venerabili viro ſubtilique magiſtro petro leidis ſuperioris temptaminis venerando temptatore ſcripta per manum arnoldi ſimonis venerabilis nacionis Alemanie anno domini milleſimo CCCC XXIX. in feſto ſancti lebuini.* His ſubiecta habetur quaeſtionum tabula, cui ſubnexum legitur: *huius libri poſſeſſor arnoldus ſimonis de Haga comitis.*

Ad finem librorum topicorum legitur: *Hec de queſtione dicta ſufficiant . . . . finita pariſius anno domini M CCCC XXIX. legente venerabili magiſtro et diſcreto viro magiſtro iohanne Sucket Arnoldo ſimonis ſcribente.* &c.

Ad finem *Elenchorum* haec legitur notitia: *Et hec de queſtione dicta ſufficiant . . . . declarata per venerabilem virum necnon diſcretum magiſtrum iacobum Hat honeſtiſſimum procuratorem venerabilis nacionis piccardie ſcripta paryſius per manum arnoldi ſimonis de Haga comitis venerabilis nacionis alemanie anno domini milleſimo CCCC viceſimo nono 6ta die menſis Julii* &c.

Primus tractatus de *ente* et *eſſentia* ita incipit: *Quia paruus error in principio magnus eſt in fine ſecundum philoſophum primi celi et mundi. Ens autem et eſſentia ſunt que primo intellectu concipiuntur vt dicit Auicenna in metaphyſica ſua.* In fine quaeſtionum tabula reperitur.

Secundi initium ſequentis eſt tenoris: *Omne eſſe vel eſt purum per ſe exiſtens et infinitum vel eſt participatum in alio receptum et limatatum.* Ad finem legitur: *Et hec de eſſentia et eſſe dicta ſufficiant. Laus et gloria ſit deo glorioſo in quo omne eſſe continetur qui eſt eternus et vnus in ſecula et ſeculorum benedictus amen.*

Et hunc quoque codicem Fr. *Petrus* BERCKMAYR noſtri Monaſterii profeſſus anno 1496. comparauit.

XL.

Reportata ſuper Summam Raymundi. II. Duo tractatus de ente et eſſentia. III. Reportata ſuper Summam naturalium Alberti M. VI. De demonſtratione, Mixtione elementorum: de aeternitate mundi &c. in fol. Codex Cartheaceus. Sec. XIV.

Aequali charactere integer hic codex in duabus columnis ſcriptus eſt. In fronte ſummae RAYMUMDI legitur: *Incipit expoſitio ſuper Summam remyndi vel pauperum. Sicut dicit*

cit philoſophus in primo ethicorum quod vnaqueque virtus &c. In fine vero: *Expliciunt Re- rtata ſumme pauperum vel magiſtri Reymundi finita per manus Ny. de Rochelitz anno do- ni M. CCC. triceſimo ſexto in craſtino marcelli.*

Summa abſoluta, absque titulo mox tractatus de *ente* et *eſſentia* initium ſumit. Nec fine aliqua habetur notitia.

In fronte ſummae ALBERTI M. legitur: *Incipit expoſitio Summe naturalium Alberti piſcopi ac doctoris magni philoſophie et loyce.* Hanc Tractatus de *demonſtratione*, *mixtio- elementorum*, de *aeternitate mundi*, de *ſuppoſitione*, et de *ignorantiis* ſubſequuntur.

XLI.

ompendium logicae Ariſtotelicae Marſilii cum indice. in 4to. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

Duplici charactere hic codex ſcriptus reperitur. Prioris manus haud dignoſcitur, al- rius eſt *Narciſſi* PFISTER, qui eumdem complevit, ac indice exornauit. Incipit ab Au- ris praefatione hisce verbis: *Paruorum precibus puerorum Juuenumque non minus in ſcien- perfectorum rogatus inſtantiis quatinus de libris phyloſophie naturalis ac loyce pariſius com- niter legi conſuetis compendium tradicionis Ariſtotelice phyſicorum principiis in ſcriptis redi- re velim* &c. Operi vniuscuiusque libri ARISTOTELIS alphabeticus index ſubnexus ha- tur. In fine legitur: *Conſcriptum Colonie anno domini* 1407. 6. *idus Marcii qui tunc fuit inta feria poſt letare. Benedicta ſit ſemper ſancta trinitas amen.*

XLII.

uinque tractatus Petri Hiſpani cnm commentariis. in 4to. Codex Cartheaceus. Sec. XIV.

Tractatus iſti literis duplicis generis parum perſpicuis, ac minuſculis in duabus co- nnis, et vt mihi videtur, Seculo decimo quarto ſcripti ſunt. Abbreuiationes frequen- admodum occurrunt. Incipiunt absque titulo his verbis: *Tunc arbitrantur vnumquodque entie cum cauſas eius cognoſcimus vsque ad elementa.* Ad finem nulla reperitur notitia, qua vel commentariorum Autor, vel ſcriptor, vel annus, quo finiti fuere, dignoſci ſſent.

XLIII.

tri Hiſpani ſeptem tractatus cum gloſſulis et commentariis. in 4to. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

Duplici charactere haud parum eleganti ac perſpicuo hic codex ſcriptus exiſtit: Tex- s enim maiuſculo, minuſculo commentarii. Initium primi tractatus ita ſonat: *Dylectica ars arcium ſciencia ſcienciarum ad omnium methodorum principia viam habens.* Ad ſepti-

mi

mi tractatus finem legitur: *Explicit tractatus ſeptimus necnon omnes tractatus magiſtri petri hiſpani. Laus Deo anno domini* 1484.

XLIV.

Alexandri Grammatici Doctrinalis partes III. cum gloſſis. Accedit Donatus de octo orationis partibus. in 4to. Codex Carthea-ceus. Sec. XV.

Textus Alexandri literis maiuſculis in ſpatioſis ſcriptus eſt lineis, ita vt in qualibet pagina octo tantummodo earum numerentur. Gloſſae tam interlineares, quam marginales eaeque vel latinae, vel theodiſcae occurrunt. In margine etiam operis Summaria leguntur. Initiales literae rubro colore ſunt depictae. Verborum abbreuiationes haud raro reperiuntur. Opus absque inſcriptione his verbis incipit:

Scribere clericulis paro doctrinale nouellis.
Pluraque doctorum ſociabo ſcripta meorum.

Epilogus operis ſequenti modo ab eiusdem Autore ſcriptus legitur:

Doctrinale dei virtute iuuante peregi.
Grates reddo tibi genito deus et tibi Chriſte
Nate dei deus, atque tibi deus alitus alme
Quas tres perſonas in idem credo deitatis
Sit Laus deo trino et vno.

Deinde ſequitur: *Et ſic eſt finis tertie partis Alexandri per me Stephanum Degn tunc temporis ſcolarem in Auguſta apud ſanctum mauritium. Laudetur deus et ſanctus bangracius Deo gracias.* Doctrinali ſubiectus habetur DONATI tractatus de octo orationibus ſex foliis contentus.

Doctrinale ALEXANDRI iam primis typographiae temporibus typis ſaepius eulgatum eſt. In noſtra bibliotheca quinque diuerſae eiusdem editiones, ante annum 1500. impreſſae exiſtunt, et in ſecunda parte *Notitiae hiſtorico-literariae de libris ab anno* 1480 - 1500. *impreſſis* a me recenſitae reperiuntur.

XLV.

Joannis de Neuburg tractatus Grammaticales. in 4to. Codex Car-theaceus. Sec. XV.

Tractatus iſti 113. foliis contenti aequali omnino ac perſpicuo charactere ſcripti ſunt. Charta eſt polita. Diſtinctionis ſigna rubricator rubro colore, vti et initiales literas, adpoſuit. Verba latina hinc inde germanicis quoque explicantur. Opus incipit absque titulo his verbis: *Amo verbum actiuum in indicatiuo modo dictum temporis preſentis numeri ſingularis figurae ſimplicis perſone coniugationis prime quod coniugabitur ſic* &c. Temporibus abſolutis, agit Autor deinde de *participiis*, de *praepoſitionibus*, de *ethymologia*, de *verbis compoſitis*, *neutralibus*, *deponentibus*, denique de *Synonimis*. Ad finem ſequens legitur notitia: *Explicit directorium in omnes tractatus paruorum grammaticalium magiſtri iohannis Neu-*

bur-

urgenſis Auguſte tunc temporis in ſummo rectoris. Haec regulae quaedam grammaticales reues admodum ſequuntur. In fine 24. *verſus valentes ad Chronicon* adiecti habentur, et c ſonant:

500) *Poſſidet a numero quingentos ordine recto*
300) *Atque trecentos b per ſe retinere videtur*
100) *Nec plus quam centam u litera fertur habere*
500) *Litera d vel a quingentos ſignificabit*
250) *Quinta ducentos que quinquaginta tenebit*
40) *Sexta quater denos gerit f qui diſtat ab alpha*
400) *G quadringentos ſignificatiua patebit*
200) *H deſignatos numero dat habere ducentos*
100) *I. c. compar erit centum velut ipſum habebit*
150) *K vero centenos et quinquaginta tenebit.*
50) *Quinquies L. denos numero deſignat habendos*
1000) *M caput eſt numero quod mille tenere videtur*
900) *N vero nongentos numero preſentat habendos*
11) *Vndenos facit o. ſic cognoſces numerando*
300) *P ſimul cum b. numerum demonſtrat habere*
500) *Q. vero cum a quingentos vult retinere*
80) *Octuaginta dabit r. ſi quis eam numerabit*
70) *S vero ſeptenos numeranti ſignificabit*
160) *T dat centenos et ſexaginta tenendos*
5) *V. vero quinque dabit ſi quis eam numerabit*
10) *X duplex denos numeranti ea retinendos*
150) *Y dat centenos et quinquaginta tenendos*
2000) *Vltima zeta canit ſumma bis mille tenebit.*

XLVI.

uguſtini Dati libellus de arte dicendi. II. Vdalrici Eberhardi libellus de eruditione puerilis linguae, et tractatus de Orthographia. III. Exempla theodiſca-latina. IV. Comoedia. V. Vtiliora puncta de epiſtolis Aeneae. in 4to. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

Diuerſa haec opuſcula diuerſis quoque literis, et quidem perſpicuis ſcripta ſunt. Charest polita et elegans. Initiales literae aut rubro colore, aut coeruleo intermixto detae conſpiciuntur.

Auguſtini DATI libellus maiuſculis literis ſpatioſisque lineis eſt ſcriptus, notisque tam erlinearibus, quam marginalibus illuſtratus. In eiusdem fronte ſic legitur: *Incipit Auſtini dati Senenſis Iſagogicus libellus ad Andream Domini Chriſtofori filium de arte dicendi.* l finem nihil memoriae dignum inuenitur.

Hic libellus ita acceptus habebatur, vt primis typographiae temporibus ſaepius releretur. Tres illius editiones ante annum 1500. typis euulgatas, ac in noſtra biblio-

 theca

theca exiſtentes, in ſecunda parte *Notitiae hiſtorico - literariae de libris ab anno* 1480 - 1500. *impreſſis* deſcripſi, ibidemque breuem de Autore notitiam dedi.

Vdalrici EBERHARDI libellus de *eruditione puerilis linguae* incipit ab eiusdem praefatione, cui ſequens inſcriptio capitalibus literis et rubro colore ſcripta praefixa eſt: *Hic incipit vnus libellus de eruditione puerilis lingue compoſitus per magiſtrum Vlricum de neuburga clauſtrali.* Praefationis initium eſt ſequentis tenoris: *Quoniam eorumdem vocabulorum frequens et iornata iteratio aures ledere ſolet audientium.* Ad finem eiusdem ſequentia habentur: *Finit libellus de erudicione puerilis lingue compoſitus per venerandum magiſtum Vdalricum Eberhardi de newburga clauſtrali* &c. 1480.

Hic libellus ſecundam partem illius, qui Memmingae annis 1488 et 89. in lucem prodiit, et cuius in Notitia ſuper memorata mentionem feci, conſtituit.

Libellum iſtum excipit tractatus de *orthographia*, et hanc *exempla* theodiſco - latina quae ab eodem Autore conſcripta augurari licet. Eorum initium ſequens eſt.

Ger hin an den Galgen
Abi hinc in malam crucem
Ger ſuder du Haher
Abi hinc furcifer.

Vltimum huius operis exemplum ſequens occurrit:

Der Maiſter hat ſich in das Her gefuegt.
Magiſter caſtra petiuit &c.

Iſta ſequitur Comoedia, cuius argumentum ſequens eſt: *Adoleſcens quidam nomine Gracus filius cuiusdam ſenis Macharii; ſe in agro tuſculano excruciantis dum die quadam iret in deorum delubra vidit poliſcenam puellam facie luculentam filiam Calphurnie. Qua viſa ſubito amore concaluit referebat mox amorem ſuum gurgulioni perfido ſeruo ſuo cuius opera ſe deliciis puelle poliſcene putabat vſurum ſed gurgulione nil proficiente Gracus acceſſit vetulam quandam quam domi nutriebat tharathantam nomine Plurima tunc promittens vt amori ſuo auxilio et adiumento foret. Hec calphurniam deinde vero poliſcenam puellam aggreditur. Et que ei comiſſa fuerant in optatam metam mira calliditate perducit.*

Vltimum huius codicis locum obtinent *vtiliora puncta*, vt inſcriptio ſonat, *de epiſtolis Aeneae* — fortaſſe *Aeneae Siluii* — Seu quaedam epiſtolas ſcribendi formulae, quarum prima ſequens legitur: *Non miror quod ad me nihil ſcribis quia me nihil indiges: illud mirandum eſſet ſi ego ad te non ſcriberem qui et gratia tua ſemper egeo, et beneficia quam plura ex te accepi. Vna tamen res reddit me excuſatum quia inaniter ſcribere hominis eſt abutentis otio et literis: Hac de cauſa hactenus tacui: Nunc vero res ſe obtulit que mihi ſcribendi materiam prebuit.*

XLVII.

Auguſtini Dati Senenſis libellus de arte dicendi. II. Opuſculum epiſtolare Anthorii Hanckocon Lauanenſis Studii Doctoris. in 4to. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

Aequali omnino charactere haec duo opuſcula ſcripta ſunt: Textus maiuſculo et notae tam interlineares, quam marginales minuſculo. Initiales literae rubro colore expreſſae

ſae ſunt. Vtrumque caret tam titulo, quam finali ſubſcriptione. Primum nimirum *Auguſtini* DATI eſt plane idem, de quo numero praecedenti mentionem fecimus. Secundum ſic incipit: *Vt luculentius operantur ea que in ſerie huius libelli continentis et antequam ad textum acceſſum peragetis medica ſunt prius prelibanda, quis ſcilicet ſit titulus libri que cauſa laboris que materia artificis que intentio ſcribentis et que vtilitas legentis. Titulus libri eſt Anthonii Hanckocon Lauamenſis ſtudii doctoris et Ducis burgundie Vilipi Oratorii mirifici opuſculum de epiſtolis oratorie conficiendis.* Initium operis ita ſonat: *Si male vtile erit preceptor optime quod tantopere me facere cogis.*

XLVIII.

Regimen Grammaticale cum commento. II. Joannis de Garlandia Synonima. III. Compoſitio Verborum. IV. Expoſitor ſuper morale. V. Joannis de Garlandia Cornutus cum commento. in 4to. Codex Cartheaceus. Sec. XIV.

Quodlibet huius codicis opuſculum diuerſis literis eſt ſcriptum. Verborum abbreuiationes frequenter admodum occurrentes legendi difficultatem adferunt. Tituli vbique deſiderantur. Diſtinctionis ſigna omnino non inueniuntur.

Regimen grammaticale duodecim foliis contentum ſic incipit: *Ariſtoteles ſcribit 4to ethycorum hanc propoſitionem felicitas hominis conſiſtit in actu nobiliſſimo excellentiſſime virtutis.*

Synonima *Joannis* de *Garlandia* notis illuſtrata 14. foliis conſtant. Ad finem eorum legitur: *Expliciunt Synonoma iohannis de garlandia.* Primis typographiae annis iſta ſaepius typis fuere excuſa, quorum duae editiones in ſecunda parte Notitiae ſupra memoratae reperiuntur.

Iſta excipit tractatus de *compoſitione verborum* ſic inchoans: *Vidi ſpecioſam ſicut columbam deſcendentem deſuper* &c.

Expoſitor ſuper morale ita incipit: *Dicta eſt quedam vis fortuita rerum non habundans inſuper fluuius neque deficiens eſt neceſſariis verba propoſita in deo et mundo probata.* In fine legitur: *Explicit expoſitor ſuper morale.*

Cornutus a praefatione incipit ſequenti modo: *Super ſalutem et omnem pulchritudinem dilexi. Hec ſunt verba ſapientis.* Ad finem ſequentia habentur: *Et in hoc tractatur gloſula illius libri ex diuerſis libris ſtudioſiſſime recollecta pro quo ſit laus deo et gloria per infinita ſecula ſeculorum amen. Anno domini Milleſimo trecenteſimo XLVIII. completus eſt iſte liber feria VI. ante feſtum Pentecoſtes. Explicit cornutus.* Et hic libellus ſaepius iam in lucem prodiit. Editio illius in ſecunda Notitiae praefatae parte reperitur.

XLIX.

Alexandri Grammatici doctrinale. II. Modus ſignificandi cum commento. in 4to. Codex Cartheaceus. Sec. XIV.

Integer hic codex eadem manu ſcriptus, et vt ſuſpicari licet, ſeculo decimo quarto ſuam debet exiſtentiam. Character minuſculus, atramentum pallidum, et abbreuiaturae legendi moleſtiam pariunt. Tituli omnino deſiderantur. *Ale-*

Alexandri Grammatici doctrinale ſequenti modo incipit: *Philoſophus dicit in capitulo de anima ... intellectus maxima non minus intelligit infima immo magis.* In fine ſequentia habentur: *Explicit tertia pars doctrinalis de regimine et conſtructione.*

Commentum in Autorem de modis ſignificandi ita incipit: *Deſcendi in ortum nucum vt viderem poma conuallium et inſpicerem ſi floruiſſent vinee et germinaſſent mala punica reuertere reuertere Sunamitis. Hec propoſitio licet ſit theologyca poteſt tamen metaphyſice exponi.* Opuſculum iſtud in duos diuiſum eſt libros. In fine nulla legitur notitia.

L.

Tractatus de verbis neutralibus cum commentariis. II. Joannis de Garlandia Synonima cnm commentariis. III. Tractatus de verbis compoſitis, in 4to Codex Cartheaceus. Sec. XV.

Priora duo opuſcula iisdem literis ſunt ſcripta, et quidem textus maiuſculis, et commentarii minuſculis; tertium vero maioribus ſpatioſisque lineis exaratum. Initiales literae rubro colore ſunt expreſſae. Nullibi aut titulus aut ſubſcriptio reperitur.

Primum opuſculum a commentatoris praefatione ſequenti modo incipit: *Verborum neutralium circa inicium omnibus omiſſis preambulis generalibus. Que ſolent recitari ante aggreſſionem textus breuiter inquirendum eſt de cauſa efficiente, et poſtea de materia in ſe. Vnde cauſa efficiens vel collector huius libri dicitur fuiſſe quidam magiſter qui ex authenticis et orginalibus libris vt puta ex ſententia petri Helie pappie et Hugwiconis illas regulas de verbis neutralibus metrice in vnam ſententiam collocauit* &c. Ad finem legitur: *Et ſic eſt finis.*

Synonima *Joannis* de *Garlandia* notis tam latinis quam theodiſcis illuſtrata ſunt; ex quo patet, commentarium iſtum in Germania noſtra fuiſſe compilatum. Iſta ſequuntur compoſitiones verborum theodiſcis etiam explicatae verbis.

Tandem incipit Tractatus de verbis compoſitis his verbis: *A Sipo compoſita ſunt obſipo diſſipo.* De hoc quoque opuſculo plures editiones impreſſae Seculo XV. adparuerunt, quarum duae in parte ſecunda Notitiae ſaepius memoratae a me recenſitae occurrunt.

LI.

Joannis Serrae ars noua epiſtolarum. II. Donatus de octo orationis partibus. III. Joannis Juſſe de Maruilla modus ſignificandi cum gloſſis. in 4to. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

Diuerſa haec opuſcula diuerſis literis ſunt ſcripta, primum maiuſculis et haud parum venuſtis; ſecundum et tertium minuſculis, quae etiam multis verborum abbreuiationibus ſunt referta. Singula inſcriptione carent.

Primum ab Autoris praefatione incipit, quae ſequentis eſt tenoris:

„ De rebus familiaribus vt recta quidem experientia docet ac cotidianis pariter con-
„ uerſat ionibus que in preſentis vite curſu per quam varie ſunt ſecundum diuerſorum

nego-

„ negociorum exigenciam atque hominum ſiue amicorum affectionis inter abſentes viciſſi-
„ tudinem quasdam literas perſepe mitti oportet videtur neceſſarium cuique bonis artibus
„ praeſertim expolito intelligere artem epiſtolarem. Quid enim eſt vt turpilius ille poe-
„ ta comicus preclariſſimus ait quod ita perſonas abſentes tamquam preſentes efficit. Non-
„ ne per ipſarum epiſtolarum officium quos ſincero amore ac neceſſitudine perquam dul-
„ ci proſequimur tamquam ſi preſentes adeſſent prope alloquimur et audimus. Teſte Je-
„ ronimo et quadam vt ita dicam intrinſeca animi motione ſecundum ipſarum literarum
„ ſignificationem aut vertimus in triſticiam aut ad ingentem mentis leticiam prouocamus.
„ Nonne item per epiſtolas perſepe conſulimus amicos. Cautos etiam reddimus et nunc
„ commonemus ipſos Nunc querimur nunc exhortamur et non ſolum in rebus et iocun-
„ dis et grauibus Rectam denique apperimus mentis voluntatem Verum etiam plerum-
„ que inminenti noſtre neceſſitudini ſatisfacimus. Quas quidem res ab honeſto fonte pro-
„ fectas cum ſepe in ocio mecum tacitus reputaſſem. proſpexiſſemque peritos in vſu pre-
„ notate artis quedam mouiſſe. quedam mutaſſe quedam addidiſſe multa eciam pretermi-
„ ſiſſe que in preſentiarum pauciſſimis non ſunt ad vtilitatem horum qui prenominatam
„ ſcire percupiunt. Hoc opere mediante a plurimis clariſſimis Autoribus diligenter ex-
„ cerpto Ego iohannes cuius cognomen in frontibus reperitur *) ad lucem reducere valde
„ permotus fui. Quod quidem opus artem nouam nominare velim. Continens in ſe the-
„ oricam et practicam in quatuor libros diuiſum. Primum de officio literarum ex parti-
„ bus ſuis cum quibusdam ſibi annexis necnon de earundem recte diſpoſicione tractan-
„ tem. Alterum que vicia vitanda queque eciam ornamenta ſint ipſis epiſtolis adhibenda
„ rite aperientem. Quibus duobus libris conſtituitur ipſa theorica. Tercium de practica
„ ſcribendi ad eccleſiaſticam monarchicam. Vltimum ad ſecularem varie diſcernentem
„ quibus quidem quatuor libris perficitur totum opus. In ſerie cuius ſi legentes fortaſ-
„ ſe quantum ad modum loquendi quantumque defectus reperient non imperitiam meam
„ ſed rectam animi proſpiciant voluntatem. Sin vero quantum ad artem ipſam vel prac-
„ ticam non mihi ſed Tulio Principi Eloquencie, Quintiliano Therentio Plinio iuniori ce-
„ terisque clariſſimis viris pocius aſſcribatur. "

Praefatione finita, incipit ipſum opus de *officio epiſtolarum.* Operis concluſioni legitur ſubiectum: *Explicit liber quartus ornatiſſimi viri Johannis Serra Imperialis ſcriptoris artis noue epiſtolarum Editum quoque fuit opuſculum hoc in vniuerſitate Pontiſpeſſulani Anno domini MCCCCXLVII.* Neque de hoc opuſculo, neque de eiusdem Autore aliquid notitiae inuenire potui.

Initium DONATI de *octo orationis partibus* ſequentis eſt tenoris: *Incipit edicio prima Donati grammatici vrbis Romane per hoc quod dicitur prima edicio denotatur quod Donatus alium librum compoſuit qui vocatur maius alphabetum* &c.

Tertium opuſculum a commentatoris praefatione ita incipit: *Circa inicium modorum ſignificandi et notandi ſicut dicit philoſophus primo poſteriorum ad cognicionem rei neceſſe eſt cauſas cognoſcere Et eciam vtrum quodque cognoſcere arbitramur cum cauſas eius cognoſcimus et principia prima . . . Ideo cum liber preſens habet cauſas. . . . Ob hoc eius cauſe inquirende ſunt Vnde huius libri ſicut aliorum ſunt quatuor cauſe inquirende videlicet efficiens finalis materialis et formalis cauſa efficiens . . . eſt magiſter Johannes Juſſe de maruilla Lotaringus qui preſentem tractatum ad vtilitatem iuuenum metrice compoſuit. Ipſe enim hunc tractatum*

extra

*) Cognomen eſt *Serra*, et Serra in quodam genere piſcium, qui Serrae dicuntur, reperitur.

extraxit a libris priſciani donati et aliorum grecorum. In fine operis ſequens habetur notitia: *Et ſic eſt finis ſub anno domini MCCCCLVIII. in die crucis ante prandium in medio ſeptime et octaue horarum diei per me Andream de ſchrauthan tunc temporis ſcolaris exiſtens in noua ciuitate.*

LII.

Donati Grammatici duo opuſcula de octo orationis partibus cum commento. in 4to. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

Diuerſo charactere perſpicuo tamen ac eleganti haec duo opuſcula ſcripta ſunt, et a diuerſis compilata. Charta eſt alba et polita. Initiales literae rubro colore ſunt expreſſae. In primo diſtinctionis ſigni loco lineola quandoque, nullum vero in ſecundo inuenitur. Abbreuiationes etiam maxime euitatae ſunt. Tituli deſiderantur. In margine Summaria legenda ſunt.

Primo praefatio trium paginarum praemittitur, quae ita incipit: *Iſte titulus varie et diſſimiliter inuenitur In quibusdam enim codicibus Ars in aliis vero edicio inuenitur.* Auerſa folii 48. pagina opus abſoluitur.

Secundum ita incipit: *Partes grammatice ſunt quatuor videlicet litera, Sillaba dictio et oratio.* Conſtat illud 31. foliis, et in eius fine nulla reperitur notitia anni, vel Autoris, aut ſcriptoris.

LIII.

Joannis de Garlandia Synonima, verba compoſita, et deponentia cum gloſſis II. Facetus latino-theodiſcus. III. Commentarii ſuper Synonima et ſecundam Alexandri Grammatici partem. IV. Expoſitio Donati. in 4to. Codex Cartheaceus. Sec. XIV. et XV.

Codex iſte diuerſis temporibus, diuerſisque manibus exaratus eſt.

Opuſcula *Joannis* de *Garlandia* ab vno eodemquem literis perſpicuis ſcripta, gloſſisque illuſtrata ſunt. Primum absque titulo mox ab Autoris textu incipit:

Ad mare ne videar latices deſerre camino. In eius fine legitur: *Expliciunt Synonima ſub anno domini MCCCCXXII. in octaua Andree hora nona per me petrum greininger Deo gracias.* Deinde illud de verbis *compoſitis*, et iſtud de *deponentibus* ſequuntur.

Facetiae ex CATONIS Ethica deſumtae mihi videntur. Textus latinus maiuſculis, theodiſca pedeſtris vero explicatio minuſculis ſcripta eſt. Eius initium ita ſonat:

Cum nihil vtilius humane credo ſaluti
Quam more nouiſſe mores et moribus vti
Ich wen das groſs ſeligkait
Dem menſchen werd zugeleit
Der gut ſitten hat erkant
Vnd von dem nie hat gewant.

Quod

Quod minus ex ſe eſt moroſi dogma Kathonis
Supplebo pro poſſe meo monitu racionis
Aſſint ergo rudes ſcientes pocula morum
Hi fontem poterunt haurire leporis odorum
Wer gut ſütten durſtig ſey |
Der wene diſem buchen bey
Der mag ſchöpfen lauters tranck
Vnd aller hübſchait anfanck.

Conſtat tantummodo tredecim foliis. Ad finem ſequens habetur notitia: *Explicit fa-tus. Johannes ſyfrid ſcripſit.* Videtur mihi hoc opuſculum ad finem ſeculi XV. fuiſſe ſcriptum.

Expoſitio Synonimorum, et ſecundae partis *Alexandri* Grammatici ab eadem manu minuſculis literis Seculo XIV. ſcripta eſt. Primum ab expoſitoris praefatione ſic incipit: *Seneca ad Lucillum philoſophia facit hominis vitam mundam ſeu incontaminatam et in congregatione veritatis non errantem.* Ad finem legitur: *Explicit opus Synonimorum completum in vigilia beate margarete virginis glorioſe ſub anno domini MCCC...* reliqui numeri deleti ſunt. Deinde immediate expoſitio *Alexandri* ſequitur; in cuius fine haec tantum legitur: *Expliciunt dicta Alexandri.*

DONATI expoſitio minuſculis literis ſcripta eſt, et vt mihi videtur, Seculo XIV. Abbreuiationes verborum frequenter admodum occurrunt. Praemittitur operi expoſitoris ſua praefatio, his verbis incipiens: *Quam pulcra es anima mea et quam pulcre ſunt mammae tue ſoror mea. Hec verba ſunt ſcripta a ſapientiſſimo ſalomone.* In fine nulla Autoris, et anni aut ſcriptoris notitia inuenitur.

LIV.

Compoſita verborum. II. Expoſitio Synonimorum. in 4to. Codex Cartheaceus. Sec. XIV.

Primum opuſculum minuſculis literis eſt ſcriptum, ſecundum quoque, eſt maiorē elegantia: in vtroque verborum abbreuiationes ſed frequentius in primo occurrunt. Diſtinctionis ſigna nulla conſpiciuntur, neque inſcriptiones reperiuntur.

Primum ita incipit: *Flos de radice eius aſſcendet et requieſcit ſuper eum ſpiritus domini.* In fine haec tantum habentur: *Expliciunt compoſita.*

Expoſitio Synonimorum *Joannis* de *Garlandia* his verbis incipit: *Scio neminem totaliter poſſe ... in vere ſine ſtudio. Hanc propoſitionem ſcribit ſeneca in epiſtola duodecima ad Lucillum.* In fine ſequens habetur notitia: *Explicit opus Synonomorum reportatum wiene a magiſtro martino quondam ſubrectore anno ab incarnatione domini 1346: ante feſtum S. pauli. Sed iſte liber completus eſt feria quinta ante feſtum Sancti georgii anno domini MCCCXXVIII.*

LV.

Jacobi Publicii Florentini epitome oratoriae artis. II. Eberhardi Labyrinthus cum commento. III. Hiſtoria Joſaphat et Barlaam. IV. Seneca de virtutibus Cardinalibus cum commento. in 4to. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

Huius codicis contenta a diuerſis conſcripta fuiſſe, diuerſi nos docent characteres, qui non omni elegantia et perſpicuitate carent. Suam exiſtentiam eumdem ſeculo XV. obtinuiſſe, ex eo patet, quod poſſeſſor eiusdem, ſcilicet *Petrus* BERCKMAYR, iam anno 1486. noſtro monaſterio dono dediſſet. Charta eſt alba, et polita. Initiales literae rubro colore ſunt adpoſitae.

Operi Jacobi Publicii ſequens inſcriptio, rubro colore ſcripta, eſt praemiſſa: *Oratorie artis epitomata. Siue que ad conſummatum ſpectant oratorem: ex antiquo Retorum gymnaſio dicendi: ſcribendique breues raciones: Necnon et aptus cuique viro titulus: Inſuper et perquam facilis memorie artis modus Jacobi publicii Florentini lucubracione in lucem editus foelici nomine: Oratorie inſtitutiones: ex veterum inſtituto per Jacobum publicium ad Cyrillum caeſarem fauſtiſſimum delectae inchoat.* Inſtitutiones iſtas ſequitur *ars epiſtolaris.* De opere iſto iam ſeculo XV. plures typis euulgatae fuere editiones, quarum duae in ſecunda Notitiae ſepius memoratae parte deſcribere conatus fui.

Secundum locum obtinet EBERHARDI Betunienſis *Labyrinthus de miſeriis rectorum ſcholarum* pedeſtri ſermone ſcriptus, ac a quodam Anonymo commentario illuſtratus. Textus maioribus, minoribus vero commentarii ſcripti ſunt. Incipit opus a commentatoris praefatione his verbis: *Ex quo liber qui pre manibus habetur rethorice ſubordinatur. Pro eiusdem aliquantula recommentacione talia verba menti occurrerunt. Dabo vobis os et ſapientiam* &c. Autoris praefatio ſequentis eſt tenoris:

Pierius me traxit amore iuſſitque camena
Scribere, materiam me dedit apta mihi
Viribus ingenii diſcuſſis vtpote prius
Mens opus iniunctum depoſitura fuit
Deſideria mentis elegia vidit et inquit
Incipe proficiens auxiliante deo
Quid ſit onus Kathedre qua teque tuosque ſcolares
Arte regas per ares imparitate pedum
Diuine me nouit opis promiſſio ſcribo
Mentis lectore compaciente meis.

In concluſione operis Autor ſuum nomen ſequentibus manifeſtat:

Lector condoleas eberhardi carminis vnam
Si cariem videas vigilet correctio lune
Dormiat inuidie detractio, nemo beatus
Ex omni parte mala ſunt vicina petendis.

Hoc opus edidit *Polycarpus* LEYSERUS *hiſtoriae poetarum* medii aeui pag. 796. 809. V. FABRIC. Bibl. med. et infim. Latin. Lib. V. p. 73.

Hiſto-

„ negociorum exigenciam atque hominum ſiue amicorum affectionis inter abſentes viciſſi-
„ tudinem quasdam literas perſepe mitti oportet videtur neceſſarium cuique bonis artibus
„ praeſertim expolito intelligere artem epiſtolarem. Quid enim eſt vt turpilius ille poe-
„ ta comicus preclariſſimus ait quod ita perſonas abſentes tamquam preſentes efficit. Non-
„ ne per ipſarum epiſtolarum officium quos ſincero amore ac neceſſitudine perquam dul-
„ ci proſequimur tamquam ſi preſentes adeſſent prope alloquimur et audimus. Teſte Je-
„ ronimo et quadam vt ita dicam intrinſeca animi motione ſecundum ipſarum literarum
„ ſignificationem aut vertimus in triſticiam aut ad ingentem mentis leticiam prouocamus.
„ Nonne item per epiſtolas perſepe conſulimus amicos. Cautos etiam reddimus et nunc
„ commonemus ipſos Nunc querimur nunc exhortamur et non ſolum in rebus et iocun-
„ dis et grauibus Rectam denique apperimus mentis voluntatem Verum etiam plerum-
„ que inminenti noſtre neceſſitudini ſatisfacimus. Quas quidem res ab honeſto fonte pro-
„ fectas cum ſepe in ocio mecum tacitus reputaſſem, proſpexiſſemque peritos in vſu pre-
„ notate artis quedam mouiſſe. quedam mutaſſe quedam addidiſſe multa eciam pretermi-
„ ſiſſe que in preſentiarum pauciſſimis non ſunt ad vtilitatem horum qui prenominatam
„ ſcire percupiunt. Hoc opere mediante a plurimis clariſſimis Autoribus diligenter ex-
„ cerpto Ego iohannes cuius cognomen in frontibus reperitur *) ad lucem reducere valde
„ permotus fui. Quod quidem opus artem nouam nominare velim. Continens in ſe the-
„ oricam et practicam in quatuor libros diuiſum. Primum de officio literarum ex parti-
„ bus ſuis cum quibusdam ſibi annexis necnon de earundem recte diſpoſicione tractan-
„ tem. Alterum que vicia vitanda queque eciam ornamenta ſint ipſis epiſtolis adhibenda
„ rite aperientem. Quibus duobus libris conſtituitur ipſa theorica. Tercium de practica
„ ſcribendi ad eccleſiaſticam monarchicam. Vltimum ad ſecularem varie diſcernentem
„ quibus quidem quatuor libris perficitur totum opus. In ſerie cuius ſi legentes fortaſ-
„ ſe quantum ad modum loquendi quantumque defectus reperient non imperitiam meam
„ ſed rectam animi proſpiciant voluntatem. Sin vero quantum ad artem ipſam vel prac-
„ ticam non mihi ſed Tulio Principi Eloquencie, Quintiliano Therentio Plinio iuniori ce-
„ teriſque clariſſimis viris pocius aſſcribatur."

Praefatione finita, incipit ipſum opus de *officio epiſtolarum.* Operis concluſioni legitur ſubiectum: *Explicit liber quartus ornatiſſimi viri Johannis Serra Imperialis ſcriptoris artis noue epiſtolarum Editum quoque fuit opuſculum hoc in vniuerſitate Pontiſpeſſulani Anno domini MCCCCXLVII.* Neque de hoc opuſculo, neque de eiusdem Autore aliquid notitiae inuenire potui.

Initium DONATI de *octo orationis partibus* ſequentis eſt tenoris: *Incipit edicio prima Donati grammatici vrbis Romane per hoc quod dicitur prima edicio denotatur quod Donatus alium librum compoſuit qui vocatur maius alphabetum* &c.

Tertium opuſculum a commentatoris praefatione ita incipit: *Circa inicium modorum ſignificandi et notandi ſicut dicit philoſophus primo poſteriorum ad cognicionem rei neceſſe eſt cauſas cognoſcere Et eciam vtrum quodque cognoſcere arbitramur cum cauſas eius cognoſcimus et principia prima ... Ideo cum liber preſens habet cauſas.... Ob hoc eius cauſe inquirende ſunt Vnde huius libri ſicut aliorum ſunt quatuor cauſe inquirende videlicet efficiens finalis materialis et formalis cauſa efficiens ... eſt magiſter Johannes Juſſe de maruilla Lotaringus qui preſentem tractatum ad vtilitatem iuuenum metrice compoſuit. Ipſe enim hunc tractatum extra*

*) Cognomen eſt *Serra*, et Serra in quodam genere piſcium, qui Serrae dicuntur, reperitur.

I. CLEMENTIS VII. epiſtola ad Sueuiae circulum miſſa, in qua eiusdem circuli membra ad partes ſuas trahere, et VRBANUM VI. nigris coloribus adumbrare conatur, eaque admonet, vt viris ad ſe miſſis fidem adhibere velint.

II. Copia inſtrumenti ſuper electionem VRBANI VI. et CLEMENTIS VII. facti, et a Notariis ſubſcripti, in quo primo dicitur, Romanos poſt GREGORII XI. obitum ſtatuiſſe, vel Romanum vel ſaltem Italum in SS. Pontificem eſſe eligendum, cui etiam Conſilio BARTHOLOMAEVS Archiepiſcopus Barenſis acceſſit. *Secundo*: Voluerunt habere cuſtodiam omnium portarum et pontium vrbis, ne cardinales pro libera electione alibi celebranda ante celebratam electionem egredi poſſent. *Tertio*: Cardinales tum adunati tum ſinguli ſeorſim a Romanis, vt vel conciuem vel ſaltem Italum in Pontificem eligerent, requiſiti dicuntur. *Quarto*: Officiales Cardinalibus omnem promiſiſſe ſecuritatem, ab omnique tumultu arcere populum, vt eligendi libertatem retinerent; aſt omni promiſſo non fuiſſe ſtatum. *Quinto*: Cardinales, tunc Romae praeſentes fuere ſedecim, inter quos duodecim vltramontani et quatuor Itali. *Sexto*: Vltramontanos ex ſuis aliquem eligere decreuiſſe: aſt *ſeptimo*: Conclaue ingreſſos ob metum a populo, qui continuo clamabat: *Romano le Volemo on almento italiano*, iniectum, mortisque periculi timorem ex abrupto, et ſine diſcuſſione meritorum *Bartholomaeum* Archiepiſcopum Barenſem elegiſſe, ac intronizaſſe. *Septimo*: Violentia a populo Cardinalibus illata, eiusque tumultus deſcribitur. Inſtrumento abſoluto, Teſtium ſubſcriptio ſequitur.

III. Copia declarationis Vniuerſitatis Pariſienſis, in qua CLEMENTEM VII. Pontificem canonice electum profitetur.

IV. Wenceslai Regis Romani et quorumdam Imperii Principum declaratio, in qua URBANUM VI. Pontificem canonice electum agnoſcunt, et CLEMENTEM VII. repudiant. Haec declaratio vulgari lingua ſcripta eſt, et a Moguntinenſi Magiſtratu vidimata.

V. Cardinalium, qui Roma Anagniam ſugerant, literae, quibus VRBANI VI. electionem ex metu graui admodum factam, irritam, et canonicis legibus contrariam, electum tanquam intruſum declararunt, Chriſtianum populum, ne illi obedientiam et ſubiectionem praeſtarent, admonuerunt, et VRBANUM ad dimittendum papatum exhortati ſunt. Datae ſunt Anagniae XI. Auguſti 1378.

LVII.

Tractatus de verbis compoſitis. II. De verbis deponentibus. III. Donatus de octo orationis partibus, in 4to. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

Duo priores tractatus duplici et ſatis perſpicuo charactere ſunt ſcripti, maiuſculo nimirum textus, minuſculo vero expoſitio. Cuilibet eorum tabula verborum eſt praemiſſa. Diſtinctionis ſigna raro conſpiciuntur.

Tractatus de verbis compoſitis ab expoſitoris praefatione his verbis incipit: *Fons ortorum puteus aquarum viuentium que fluunt impetu de libano licet hec propoſitio theolicalem habeat ſententiam* &c. Ad praefationis finem ſequentia notatu digna leguntur: *Cauſſa efficiens particularis preſentis libri ignoratur.... Sed ad quartum reſpondetur quod titulus preſentis libri eſt liber de compoſicione verborum extractus ex dictis iohannis de Garlandria videlicet*

licet ex iſtis am ſi preponas &c. In operis fine legitur: *Finitus eſt iſte liber in ſexta feria poſt martini feſtum ſub anno milleſimo quadragenteſimo quinquageſimo per me Vlricum Vmhofer tunc temporis alme vniuerſitatis Wienenſis ſtudentem et eiusdem anni ante Sancti michahelis feſtum dierum quatuordecim viginti vnum annos accretum.*

Tabula praemiſſa, incipit ſecundus tractatus de *verbis deponentibus* ab expoſitoris praefatione ſequentibus verbis: *Dicit enim dominus in euangelio Ego ſum hoſtium per me ſi quis introibit ſaluabitur* &c. in eiusdem fine haec notitia legitur: *Autor illius libri cauſa humilitatis ipſius nomen pretermiſit ſed tamen communiter dicitur quod magiſter Johannes de Garlandria fuerit cauſa efficiens huius libri.* Ad operis finem legitur: *Finiit in die Sanctorum Johannis et Pauli* 1479.

Iſtis adiectus libellus DONATI de *octo orationis partibus* nouem foliis contentus, et perſpicuis literis ſcriptus. Incipit absque titulo ſequenti modo: *Partes orationis ſunt octo.* In fine neque anni, neque ſcriptoris notitia habetur.

LVIII.

Priſciani opera. II. Laurentii de Aquileia vſus dictionis. III. Ars memorandi. in 4to. Codex Chartheaceus. Sec. XV.

Priſciani opera minuſculis ac elegantibus literis ſcripta ſunt. Initiales literae tum rubro, tum diuerſis coloribus ſunt depictae. Capitum tituli marginales notae tum rubro, tum coeruleo, tum viridi colore ſunt exaratae. In ſuperiori margine et liber et eius materia diuerſis coloribus eſt adnotata. Diſtinctionis ſigna nulla adparent. Charta eſt alba et polita. Integrum opus 133. foliis conſtat. In eiusdem fronte legitur: *Prologus in Priſcianum*, qui ita incipit: *Cum omnis eloqutionis doctrina et omne genus ſapientie luce prefulgens a grecorum fontibus deriuatum latinos proprio ſermone in uenis celebraſſe* &c. Prologum ſequitur operis diuiſio; diuiditur in ſexdecim libros, primus agit de *voce*, ſecundus de *Syllaba*, tertius de *comparatiuis* et *ſuperlatiuis*, quartus de *nominatiuis*, *verbalibus*, *participiis* &c, quintus de *generibus dignoſcendis*, ſextus de *nominatiuo caſu*, *et genetiuorum tam vltimis*, *quam penultimis ſyllabis.* Septimus de ceteris *obliquis caſibus*, octauus et nonus de *verbo*, decimus de *praeterito perfecto*, tertiae et quartae coniugationis, vndecimus de *participio*, duodecimus et decimus tertius de *pronomine*, decimus quartus de *propoſitione*, decimus quintus de *aduerbio* et *interiectione*, decimus ſextus de *coniunctione* *). Ad finem haec ſolummodo leguntur: *Explicit Priſcianus.* Commentarii iſti grammatici ſaepius typis euulgati fuere. Editionis eorum Venetiis 1488. impreſſae parte ſecunda Notitiae ſaepius memoratae mentionem feci.

LAURENTII Aquielenſis *practica dictaminis* perſpicuis literis ſcripta, 22. foliis conſtat. Tituli et rubricae rubro, coeruleo et viridi colore ſunt exaratae. Diſtinctionis ſigna raro admodum et ſolum punctum adparent. In eius fronte legitur rubro colore ſcriptum: *Incipit practica ſiue vſus dictaminis magiſtri Laurentii de Aquilegia ad vtilitatem rudium compilata.* Haec practica dictaminis artem epiſtolas componendi, modumque ad diuerſos ſcribendi docet. Titulum ſupra relatum ſequuntur octo tabulae: prima ad SS. Pontificem

ſcri-

*) Priſcianus octodecim commentariorum grammaticorum libros ſcripſit, quorum duo vltimi in noſtro codice deſiderantur.

ſcribendi modum exhibet, ſecunda ad Cardinales, Epiſcopos, Patrem et matrem, tertia ad Praepoſitos, Decanos &c. quarta ad Imperatores et alios Principes, quinta et ſexta ad amicos, cognatos, notarios &c. ſeptima ad ſubditos tam clericos quam laicos, octaua denique ad Soldanum, haereticos, et infideles. Tabulas excipit operis explicatio, in qua quinque epiſtolarum partes conſtituit Autor, *ſalutationem* nimirum, *exordium*, *narrationem*, *petitionem* et *concluſionem*. Huius operis et Autoris in FABRICII *Bibliotheca med. et infim. Latinit.* Lib. XI. ſequentem tantum notitiam reperire potui: *Laurentius de Aquileia, cuius neſcio, quam Practicam dictaminis MStam Cangius laudari annotat.*

Practicam iſtam breuis *memorandi ars*, quatuordecim foliis contenta excipit. Externa huius opuſculi ſpecies praecedentibus conſonat. Incipit iſta abſque titulo his verbis, *Artis nobiliſſime memorandi de qua Tullius* &c. In fine nec anni, nec Autoris, nec ſcriptoris notitia habetur.

LIX.

Ars Generalis vltima. II. Petri Rauennatis artificioſa memoria. III. Vita S. Benedicti metrice deſcripta, Canon in eiusdem Regulam, eiusdem vita iterum metrice compoſita. IV. Carmina ſuper ianuas noſtri monaſterii et in diuerſis poſita, et alia a religioſis conſideranda. V. S. *Wolfgangi* vita metrice compoſita. in 4to. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

Duplici ac venuſto charactere opuſcula in praeſenti codice contenta exarata ſunt, duo priora maiori, minori reliqua. Tituli maiuſculis literis ſunt ſcripti.

In primi opuſculi fronte legitur: *Deus cum tua gratia ſapientia et amore Incipit ars breuis que eſt ymago artis generalis que ſic intitulatur Deus cum tua ſumma perfectione Incipit ars generalis vltima.* Ad finem huius libri legitur: *Ad laudem et honorem dei et publice vtilitatis finiuit Raymundus hunc librum piſis in monaſterio ſancti Dominici in menſe ianuarii in anno Domini* 1307. *incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti Cui ſit laus et honor per infinita ſecula ſeculorum Amen.* 1497. Dein ſequitur eiusdem RAYMUNDI *logica breuis noua*, in cuius fine ſequentia habentur: 1497. *Finit logica breuis noua Die Georgii purpurati.* Editionis huius operis in parte ſecunda Notitiae praefatae meminimus.

In ſecundi opuſculi fronte legitur: *Artificioſa Memoria clariſſimi Juris Vtriusque Doctoris et militis domini Petri Rauennatis Jura Canonica ordinarie de ſero legentis in celeberrimo Gymnaſio patauino in hoc libello continetur. Et cum vna ſit foenix et vnus ſit iſte libellus: libello ſi placet foenix nomen imponatis.* Iſta incipit epiſtola ELEONORAE de Aragonia Duciſſae Ferrarienſis in PETRI gratiam ad ſuos data, in qua maxima eiusdem ob praeclaras ingenii perſpicaciſſimi dotes aeſtimatio ex ſequentibus obſeruatur.

„ Qua ex re factum eſt, vt eum ſingulari admiratione precipuaque charitate com-
„ plexar Inter noſtros praeter alios familiarem et domeſticum habere conſtituerimus Quam
„ ob rem Sereniſſimos reges Illuſtres principes Excellentes reſpublicas et alios quoscun-
„ que dominos patres fratres amicos beniuolosque noſtros precamur et oramus ex ani-

„ mo

„ mo vt quociescunque ei contigerit ipſum dominum petrum tam optime meritum cum „ ſuis famulis et equis vsque ad numerum octo cum ſuis Bulgiis forceriis et capſis cum „ pannis et veſtibus ſuis, libris vaſis ac armis per eorum vrbes oppida vicos paſſus aquas „ et loca die nocteque liberrime et expeditiſſime absque alicuius dacii gabellae et alius „ cuiuslibet oneris ſolucione amoris noſtri et potiſſimum tam maximarum huius hominis „ virtutum cauſa tranſire permittant commentatiſſimumque ipſum ſemper habentes. . . . „ Mandamus autem omnibus et ſingulis magiſtratibus quorumcunque locorum noſtro- „ rum et potiſſimum cuſtodibus paſſuum reliquisque, ſubditis noſtris vt praedicta omnia „ et ſingula in terris et locis noſtris inuiolabiliter ſeruent ſeruarique faciant ſub indigna- „ cionis noſtre incurſu &c.

Hanc altera eiusdem materiae commendatitia BONIFACII Marchionis montis. ferrati epiſtola ſequitur.

Speciali priuilegio PETRUM ob virtutes ac admirabilem ſcientiam Ciuitas Piſtorienſis honorare voluit, ita ad illum ſcribens:

„ Cum itaque noſter Piſtorienſis populus diu ſingularem tuam ſcienciam admirabi- „ lem memoriam ac morum ciuilium egregiam probitatem accurate perſpexerit motus pri- „ mum excellentia virtutum: deinde amoris iudicio quod erga noſtram rem publicam et „ verbis et operibus oſtendiſti: ea demum cogitauit et propoſuit quae parem eius in te „ beniuolenciam declararent. Conuocato igitur pro more ac legibus ciuitatis conſilio pub- „ lico ipſius populi ac legitime celebrato ... non ſine ſummo ac fauorabili conuocatorum „ conſenſu decretum fuit tibi tuisque deſcendentibus beneficium noſtrae ciuitatis cum ple- „ na facultate conſequendi quecunque officia ciuitatis et cum exemptione immunitateque „ per annos triginta proxime ſecuturos a quibuscunque ſolucionibus quae deinceps in ea- „ dem noſtra ciuitate quouis modo imponerentur; itaque in futurum ſis noſter ciuis Pi- „ ſtorienſis &c.

Tunc leguntur *Lancelloti* DECII Juris vtriusque doctoris ad illum epiſtola, AEGIDII Viterbienſis *Joannis* ANTONII Plebani, *Marcii* FICARDI, *Hieronymi* BUTICELLAE in PETRI laudem carmina. . His abſolutis, Autoris praefatio initium ſumit. Opus ipſum duodecim concluſionibus conſtat. Concluſionibus adiungit viros, quos auditores habuit, et qui doctrinam eius miris extulerunt laudibus. Ennarrat admirandos ſuae memorie effectus, ex quibus vnum aut alterum exemplum adducam: „ Omnes praedicationes quas in vna „ quadrageſima magiſter Antonius Heremita Paduae pronuntiauerat eo ordine, quo ipſe „ dixerat memoriter pronuntiaui, et in ſcriptis ſibi dedi, quo viſo, dixit quod amplius „ Paduae non praedicaret. Lectiones Alexandri Imolenſis Paduae legentis copioſiſſimas „ memoria tenebam ex verbo ad verbum in ſcriptis redigebam illas. Etiam poſtquam fi- „ nierat aſtante magna auditorum copia, a calce incipiens recitabam, ex ſuisque lectio- „ nibus dum in ſcolis audirem carmina faciebam.

Ad finem legitur LYCINII Decatonſtichon ad lectorem, cui ſubiectum habetur: *Finis* 1497. *die Viti martyris ſcripti. Bernardinus de Choris de Cremona Impreſſor delectus impreſſit Venetiis die X. Jan* 1491. Habetur etiam facultas imprimendi, et recudendi prohibitio, a Senatu Veneto ipſi Autori conceſſa, exſcripta; ex quo patet, praeſentem codicem iuxta impreſſum exemplar fuiſſe exaratum. Editionis illius MAITTAIRE in *Annalibus typogr.* mentionem fecit. Prodiit quoque Coloniae 1508. Extat haec editio tam *Fabricio* quam aliis ignota in noſtra Bibliotheca.

Petrus Rauennas, natione Italus, procul dubio Rauenna oriundus, Eques auratus, iuris vtriusque Doctor, vaſti ingenii, diuinae memoriae, et ſtupendae diligentiae ope ſeculi ſui euaſit miraculum. Iam anno aetatis ſuae viceſimo Patauii ius Pontificium eſt interpretatus. Mox Bononiae, deinde Ticini, Ferrariae, Piſis et Piſtorii a Florentinis congrua mercede accitus docuit, vbique admirandae ſuae memoriae relinquens indicia. *Anno* 1498. a BOGUSLAO X. Pomeraniae Duce ad Gryphiswaldenſem, et anno 1502. a FRIDERICO III. Electore Saxonico ad nouam Wittebergenſem academiam vocatus fuit. Denique Coloniam profectus, ibidem a Colonienſibus bonorum ſtudiorum inimicis eiectus, incertis ſedibus hinc vagatus. De eiusdem obitu nihil exploratum habetur. Reliquit plura ſui ingenii monumenta, quorum FABRICIUS in Bibl. med. et infim. Lib. XVII. pag. 58. et 59. meminit.

Materiae ſequentes pedeſtri ſermone compoſitae, eodem charactere ſunt ſcriptae, tituli nimirum capitalibus, carmina vero minuſculis literis.

In fronte primi opuſculi legitur: *Incipit vita ſancti Benedicti Abbatis legislatoris noſtri metrice deſcripta conformiter ad ſecundum librum dyalogorum Gregorii pape. Capitulum primum*, cuius initium ita ſonat:

Vir fuit eximie benedictus nomine vite
Qui de nurſiaca generatus origine clara
Atque iuuentutis florens in fronte recentis
Moribus etatem tunc iam ducebat enilem.

Conſtat ſeptemdecim foliis. Vitam S. BENEDICTI excipit *Petri* de ROSENHEIM Mellicenſis Monachi *Canon* et *memoriale* capitulorum regulae eiusdem Sancti. In illius fronte legitur: *Incipit canon in regulam Sancti Benedicti P. N.* Illo breuibus abſoluto, mox *memoriale* ſic inchoat:

Abbati monachos benedicti dans heremitas
Pugna probet, bina reprobat hinc genera.

Ad finem iſtius ſequens habetur notitia: *Explicit memoriale regule ſancti benedicti editum per venerabilem patrem petrum roſenhaymer pie memorie cuius anima in ſancta requieſcat pace.*

Petrus de *Roſenheim* Monachus Mellicenſis in Auſtria pluribus ingenii ſui Monumentis, quorum *Martinus* KROPF in Bibl Mellicenſi, FABRICIUS *in Bibl. med. infim Lat.* et alii meminere, celebris, Seculo XV. floruit.

Deinde *Incipit aliud memoriale in Regulam ſanctiſſimi Patris noſtri ac preceptoris Benedicti*, ſic inchoans:

Regulas quas claudit ſancti patris benedicti
Materias breuiter perſtringit ſummula preſens
Nec non quodam capitulorum per data ſigna.

In fine ſequentia habentur:

Summula preſens editur a te frater iohanne.

Hanc ſequitur *Metra de vita Sancti patris noſtri benedicti*, ita incipiens:

Confratri dulci Simoni de medelicenſi *)
Cenobio ſancti metra mitto petrus benedicti
Is bini iuſti narrat vitam benedicti
Patris Simpliciusque Valentinianus et Abbas
Hinc Conſtantius prior atque ſpecus honoratus
Scribit Gregorius, ſcrutatur ſingula Petrus **)

Car-

*) Mellicenſi. **) Eſt iſte *Petrus* de ROSENHEIM ſupra memoratus.

Carmine iſto finito, *Incipit carmen de vita S. benedicti ſub nota aue viuens hoſtia cantandum conformiter ad 2dum librum dyalogorum beati Gregorii pape.* Incipit ſequenti modo:

Puer petens heremum ſancte benedicte
Relinquens rome ſtudium miles inuicte.

Tunc *ſequuntur metra excerpta de regula p. n. benedicti. Super prologum.*

Auſculta monita fili patris arma fer ora.

Poſt illa occurrunt carmina ſuper monaſterii noſtri ianuas, et in Bibliotheca ſuper librorum ſcriniapoſita, quorum Autor *Georgius Bolſter* Monachus Andecenſis, qui hoſpes in noſtro monaſterio anno 1493. commoratus, celebratur *). In huius opuſculi fronte legitur. *Metra anterioris dormitorii noſtri ſuper ianuas cellarum ſecundum alphabetum.* Specimen literatorum gratia dabo, vltimos verſus ſuper Scrinium vltimum poſitos exhibens;

Viſendos dant ſedulius prudencius hic ſe
Plures Katholici verſiferique vtri
Vrbani Oratores Philoſophi quoque plures
His ſubſtant veluti. Plato. Seneca Cicero.
Finis 1497.

Illa excipiunt cuiusdam Anonymi *metra quorundam religioſorum meditanda*, quae ita incipiunt:

Religioſorum datur hec doctrina virorum
Quam bene diſcentes et in illa proficientes
Eſſe decet tales tam iuſtos et ſpiritales
Vt virtute crucis veniant ad gaudia lucis.

Ad eorundem calcem haec tantum leguntur: *Finiunt metra pulchra.*

Vltimum huius codicis locum obtinet S. WOLFGANGI vita pedeſtri ſermone ſcripta, in cuius fronte ſequentia leguntur: *Incipit legenda ſancti Wolfgangi metrice compoſita quibus parentibus Wolfgangus ſit natus et quali conuerſacione ab infancia fulſerit quidque matri ſue de eo viſum fuerit: Capitulum primum*, cuius initium eſt:

Pater alme deus wolfgangi geſta canendo
Feliciter nunc fortuna concede ſecundam.

Opuſculum iſtud in quatraginta diuiſum eſt capitula. Agitur de Sancti huius vita, obitu, ac miraculis. In fine legitur: *Explicit legenda ſancti pontificis wolfgangi metrice conſcripta.*

LX.

Alexandri Grammatici doctrinale cum gloſſis. II. Donatus de octo orationis partibus. in fol. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

Codex praeſens elegantibus ac perſpicuis literis eſt exaratus. Initiales literae rubro colore ac aliis diuerſis ſunt pictae. Diſtinctionis ſigna nulla conſpiciuntur. Charta eſt alba et polita. In quauis pagina decem tantum lineae numerantur, ſpatio pro gloſſis interlinearibus reſeruato. Opus gloſſis non ſolum praefatis, ſed et marginalibus, et aliis, et quidem non tantum latinis, ſed germanicis quoque eſt illuſtratum. Initium ſumit absque titulo aut inſcriptione ſequenti modo:

*) V. Cl. Veithii Bibl. Auguſt. Alphabet. I. p. 216.

 Scri-

Scribere clericulis paro doctrinale nouellis
Pluraque doctorum ſociabo ſcripta meorum.

Ad finem ſequens legitur notitia: *Et ſic eſt finis huius libri deo gracias Et finitus feria ſexta ante Afre martiris anno domini Milleſimo Quadringenteſimo Triceſimo per me Com. Mollitorem Prothonotarium generoſorum dominorum Comitum de Oetingen.*

Opuſculum *Donati* de *octo orationis partibus* quinque foliis contentum, maiuſculis literis ſcriptum, et titulo et finali ſubſcriptione caret.

LXI.

Hugonis Spetzhart Speculum Grammaticale cum expoſitione Jodoci Loner. in fol. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

Codex praeſens duplici charactere eſt ſcriptus, videlicet Autoris textus maiuſculo, minuſculo expoſitio. Verborum abbreuiationes frequentius occurrentes haud parum legendi moleſtiam creant. Charta eſt alba ac polita. Initiales literae rubro colore ſunt expreſſae. Tituli vbique deſiderantur. Diuiſum eſt hoc opus pedeſtri ſermone ſcripum, in quatuor partes, in quarum prima agit Autor de verbis primae, in ſecunda ſecundae, in tertia tertiae, et in quarta quartae coniugationis, et quidem alphabetico ordine exhibet eorum deriuationem, compoſitionem et ſignificationem. Dimidium primae paginae rubricatori vacuum relictum fuit, et iſte etiam vacuum reliquit. In medio itaque expoſitoris praefatio abſque titulo incipit, et prima tertii folii pagina illa terminatur. Deinde Autoris prologus his verbis initium ſumit:

Vt ſpeculum varias rerum formas manifeſtat
Grammatica varia liber hic ſic dogmata preſtat
Nam modo compoſita conatur ponere verba
Nunc deriuata nunc vocum ſignificata
Quapropter ſpeculum dic grammatice vocitatum
Preſentem librum diſcentibus et fore quartum
Qui primum verba que flexio dat tibi prima
Ordine conſcribit. &c.

Prima pars eiusdem ita incipit:

Autentin dignum ſignans autenticus affert.
Hinc autentico ſit ex qua ſi conſociabit.

In fine eiusdem legitur: *Et ſic eſt finis primi libri Anno domini* 1464. *in vigilia natiuitatis marie.* Operis concluſione Autor ſequentem nobis reliquit notitiam:

Anni cum chriſti transiſſent mille tricenti
Et decies quinque dictatus erat liber iſte
Hugonem per me ſpetzhart cognomine quidem
Reitlinga natus ſum presbiter inueteratus
Annorum ſpacio latitauit et hic liber octo
Inde meus patruus ſummus ſublector in Erdfort
Nomine conradus reitlingam cum remeaſſet
Ac ibi ſumpſit ſic regimen diſcipulorum

„ mo vt quociescunque ei contigerit ipſum dominum petrum tam optime meritum cum „ ſuis famulis et equis vsque ad numerum octo cum ſuis Bulgiis forceriis et capſis cum „ pannis et veſtibus ſuis, libris vaſis ac armis per eorum vrbes oppida vicos paſſus aquas „ et loca die nocteque liberrime et expeditiſſime absque alicuius dacii gabellae et alius „ cuiuslibet oneris ſolucione amoris noſtri et potiſſimum tam maximarum huius hominis „ virtutum cauſa tranſire permittant commentatiſſimumque ipſum ſemper habentes. . . . „ Mandamus autem omnibus et ſingulis magiſtratibus quorumcunque locorum noſtro- „ rum et potiſſimum cuſtodibus paſſuum reliquisque, ſubditis noſtris vt praedicta omnia „ et ſingula in terris et locis noſtris inuiolabiliter ſeruent ſeruarique faciant ſub indigna- „ cionis noſtre incurſu &c.

Hanc altera eiusdem materiae commendatitia BONIFACII Marchionis montis. ferrati epiſtola ſequitur.

Speciali priuilegio PETRUM ob virtutes ac admirabilem ſcientiam Ciuitas Piſtorienſis honorare voluit, ita ad illum ſcribens:

„ Cum itaque noſter Piſtorienſis populus diu ſingularem tuam ſcienciam admirabi- „ lem memoriam ac morum ciuilium egregiam probitatem accurate perſpexerit motus pri- „ mum excellentia virtutum: deinde amoris iudicio quod erga noſtram rem publicam et „ verbis et operibus oſtendiſti: ea demum cogitauit et propoſuit quae parem eius in te „ beniuolenciam declararent. Conuocato igitur pro more ac legibus ciuitatis conſilio pub- „ lico ipſius populi ac legitime celebrato ... non ſine ſummo ac fauorabili conuocatorum „ conſenſu decretum fuit tibi tuisque deſcendentibus beneficium noſtrae ciuitatis cum ple- „ na facultate conſequendi quecunque officia ciuitatis et cum exemptione immunitateque „ per annos triginta proxime ſecuturos a quibuscunque ſolucionibus quae deinceps in ea- „ dem noſtra ciuitate quouis modo imponerentur; itaque in futurum ſis noſter ciuis Pi- „ ſtorienſis &c.

Tunc leguntur *Lancelloti* DECII Juris vtriusque doctoris ad illum epiſtola, AEGIDII Viterbienſis *Joannis* ANTONII Plebani, *Marcii* PICARDI, *Hieronymi* BUTICELLAE in PETRI laudem carmina. . His abſolutis, Autoris praefatio initium ſumit. Opus ipſum duodecim concluſionibus conſtat. Concluſionibus adiungit viros, quos auditores habuit, et qui doctrinam eius miris extulerunt laudibus. Ennarrat admirandos ſuae memorie effectus, ex quibus vnum aut alterum exemplum adducam: „ Omnes praedicationes quas in vna „ quadrageſima magiſter Antonius Heremita Paduae pronuntiauerat eo ordine, quo ipſe „ dixerat memoriter pronuntiaui, et in ſcriptis ſibi dedi, quo viſo, dixit quod amplius „ Paduae non praedicaret. Lectiones Alexandri Imolenſis Paduae legentis copioſiſſimas „ memoria tenebam ex verbo ad verbum in ſcriptis redigebam illas. Etiam poſtquam fi- „ nierat aſtante magna auditorum copia, a calce incipiens recitabam, ex ſuisque lectio- „ nibus dum in ſcolis audirem carmina faciebam.

Ad finem legitur LYCINII Decatonſtichon ad lectorem, cui ſubiectum habetur: *Finis* 1497. *die Viti martyris ſcripti. Bernardinus de Choris de Cremona Impreſſor delectus impreſſit Venetiis die X. Jan* 1491. Habetur etiam facultas imprimendi, et recudendi prohibitio, a Senatu Veneto ipſi Autori conceſſa, exſcripta; ex quo patet, praeſentem codicem iuxta impreſſum exemplar fuiſſe exaratum. Editionis illius MAITTAIRE in *Annalibus typogr.* mentionem fecit. Prodiit quoque Coloniae 1508. Extat haec editio tam *Fabricio* quam aliis ignota in noſtra Bibliotheca.

LXII.

Nicolai Perotti rudimenta Grammatices cum gloſſis. II. Ars epiſtolaris. III. Tractatus de accentu. IV. Ludus latrunculorum. V. Proſodia. in 4to. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

Huius codicis contenta ab eadem manu ſcripta iuxta characteres agnoſcuntur. Iſti ſunt partim pinguiores, partim ſubtiliores, ſed et iuſtae magnitudinis. Tituli, et initiales literae rubro colore ſunt expreſſae. Diſtinctionis ſigna raro occurrunt. In margine notae leguntur adpoſitae.

Duo priora folia aduerſaria quaedam occupant; tertio ipſum *Perotti* incipit opus, in cuius fronte ſequens legitur titulus: *Nicolai Perotti ad pirrum perotum nepotem ex patre ſuauiſſimum rudimenta grammatice incipiunt.* In fine eiusdem ſequens habetur notitia: *Finiunt Regule Grammaticales Reuerendiſſimi patris et domini domini Nicolai perotti Archiepiſcopi Sipontini viri doctiſſimi atque eloquentiſſimi ſcripte Auguſte per Sigismundum lang ex Schrobenhauſen baccelaureum Ingeſtattenſem tunc temporis choralem apud Sanctum mauritium Anno Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono ſexto Kal. Julii. Et ſi vero aliqua minus bene ſcripta fuerint reperta beniuole corrigentur. Deo gracias.*

Hoc opus in ſuo partu iam ita acceptum fuit, vt ſaepius prelo ſubiectum fuerit, nimirum anno 1476. Venetiis et Taruiſii, Neapoli 1478. et 1483. Pariſiis 1479.

Regulas grammaticales ſequitur breuis epiſtolas ſcribendi modus, in cuius fronte legitur: *Epiſtola eſt fidelis ſecretorum nuntia*: has octo breues orationes componendi regulae.

In fronte *tractatus de accentu* legitur: *Incipit tractatus de accentu perutilis*, cuius initium eſt ſequens: *Accentus eſt artificioſa modulatio vocis in ſignificatiua prolatione.* Iſti ſubnexa eſt *Joannis* MOLITORIS epiſtola monitoria ad *Sigismundum* LANG Nouitium San-Vlricanum anno 1481. miſſa. Sequuntur deinde regulae quaedam ludi latrunculorum, tribus foliis contentae.

Vltimum locum obtinet proſodia, cuius initium ita ſonat: *Proſodia quedam ſpecies eſt grammatice dicta a pros quod eſt ad et odes cantus quia tractat de accentu dictionum et de quantitatibus ſillabarum quarum noticia ad debite pronunciandum grammatico perutilis eſt.* In fine haec tantum habentur: *Deo gracias per infinita ſecula.*

LXIII.

Alani dicti Magiſtri Lexicon alphabeticum. in fol. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

Praeſens codex perſpicuis literis eſt exaratus. Verborum abbreuiationes frequenter occurrunt. Diſtinctionis ſigna nulla obſeruantur. Charta eſt alba et polita. Initiales literae rubro colore ſunt expreſſae. In margine ſaepius verba explicanda adnotata conſpiciuntur.

Opus incipit absque titulo ab Autoris epiſtola dedicatoria HERMENGALDUM S. AEGIDII Abbatem. Iſtam mox excipit eiusdem praefatio, in qua, quid praeſtare voluerit, his

his verbis declarat: *Dignum duximus theologorum verborum ſignificaciones deſtinguere metaphorarum raciones aſſignare occultas troporum poſitiones in lucem reducere vt liberior ad ſacram paginam pandatur introitus ne de aliena poſitione fallatur theologus et ſic facilior via intelligendi minus intelligentes inuitet torpentes excitet periciores delectet Et ſic diuerſe vocabulorum acceptiones que in diuerſis ſacre pagine locis iacent incognite in lucem manifeſtacionis reducantur preſentis opuſculi explanacione* &c. Praefatione abſoluta, immediate ipſum opus ſuum ſumit initium. In eiusdem fine legitur:

Laus tibi ſit Chriſte quia liber explicit iſte
Laus Chriſte ſit tibi quia finem laſſatus adiuit
Sub anno D. M. CCCC XXXVI, in die fabiani et ſebaſtiani martirum.

Opus iſtud iam primis typographiae temporibus typis euulgatum ſine anni, loci et typographi indicio in lucem prodiit. Confer primam *Notitiae de libris a typograph. Artis inuentione vsque ad an.* 1479. *impreſſis partem*, vbi etiam de ipſo Autore notitia inuenitur.

LXIV.

Vocabularius latino-germanicus. in fol. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

Codex iſte perſpicuis, et pinguibus eſt ſcriptus literis. Initiales literae praeter primam, rubro colore ſunt expreſſae. Charta eſt alba et polita. Praemittit Autor Anonymus operi praefationem, quae primum occupat folium. Eiusdem initium ita ſonat: *In nomine Sancte trinitatis amen. De grammatica poſitiua eſt preſens intentio quia talis dicitur baſis et fundamentum omnium aliarum ſcientiarum.* Infra de ſemetipſo ſic ſcribit: *Sicut et ego ſcriptor huius libri a quo preſens ſcriptus eſt qui rexi ſcolas XXXII annis hunc librum ex dictis autenticis pro poſſe melioraui quomodo quidem preſens collectio derſeruit arti grammatice que ſecundum quosdam in litteram in ſillabam et in dictionem diuiditur.* Ipſum opus ſic incipit: *Aaron eſt proprium nomen &c.* In iſto verba tum latinis, tum germanicis explicantur, atque ſententiis ex S. Scriptura deſumtis illuſtrantur. Ad finem nulla Autoris aut ſcriptoris, aut anni notitia inuenitur.

LXV.

Vocabularius latino-theodiſcus. in fol. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

Praemittitur operi breuis praefatio, quae ita incipit: *Ex quo vocabularii varii et autentici videlicet Huguitonis Katholicon pappias breuilogus aliique codices in comparacione ſunt pretioſi in collacione pretioſi in intellectione obſcuri* &c. Hic codex non ea venuſtate ac perſpicuitate, qua praecedens, ſcriptus eſt. Verborum abbreuiationes frequentius occurrunt. Charta nec alba, nec polita eſt. Initiales literae rubro colore ſunt expreſſae. Ad finem ſequentia habentur: *Explicit vocabularius anno domini MCCCC quadrageſimo in die Mathei hora veſperarum finitus eſt iſte liber de quo deus laudetur cum matre ſua.*

LXVI.

LXII.

Nicolai Perotti rudimenta Grammatices cum gloſſis. II. Ars epiſtolaris. III. Tractatus de àccentu. IV. Ludus latrunculorum. V. Proſodia. in 4to. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

Huius codicis contenta ab eadem manu ſcripta iuxta characteres agnoſcuntur. Iſti ſunt partim pinguiores, partim ſubtiliores, ſed et iuſtae magnitudinis. Tituli, et initiales literae rubro colore ſunt expreſſae. Diſtinctionis ſigna raro occurrunt. In margine notae leguntur adpoſitae.

Duo priora folia aduerſaria quaedam occupant; tertio ipſum *Perotti* incipit opus, in cuius fronte ſequens legitur titulus: *Nicolai Perotti ad pirrum perotum nepotem ex patre ſuauiſſimum rudimenta grammatice incipiunt.* In fine eiusdem ſequens habetur notitia: *Finiunt Regule Grammaticales Reuerendiſſimi patris et domini domini Nicolai perotti Archiepiſcopi Sipontini viri doctiſſimi atque eloquentiſſimi ſcripte Auguſte per Sigismundum lang ex Schrobenhauſen baccelaureum Ingeſtattenſem tunc temporis choralem apud Sanctum mauritium Anno Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono ſexto Kal. Julii. Et ſi vero aliqua minus bene ſcripta fuerint reperta beniuole corrigentur. Deo gracias.*

Hoc opus in ſuo partu iam ita acceptum fuit, vt ſaepius prelo ſubiectum fuerit, nimirum anno 1476. Venetiis et Taruiſii, Neapoli 1478. et 1483. Oariſiis 1479.

Regulas grammaticales ſequitur breuis epiſtolas ſcribendi modus, in cuius fronte legitur: *Epiſtola eſt fidelis ſecretorum nuntia*: has octo breues orationes componendi regulae.

In fronte *tractatus de accentu* legitur: *Incipit tractatus de accentu perutilis*, cuius initium eſt ſequens: *Accentus eſt artificioſa modulatio vocis in ſignificatiua prolatione.* Iſti ſubnexa eſt *Joannis* MOLITORIS epiſtola monitoria ad *Sigismundum* LANG Nouitium San-Vlricanum anno 1481. miſſa. Sequuntur deinde regulae quaedam ludi latrunculorum, tribus foliis contentae.

Vltimum locum obtinet proſodia, cuius initium ita ſonat: *Proſodia quedam ſpecies eſt grammatice dicta a pros quod eſt ad et odes cantus quia tractat de accentu dictionum et de quantitatibus ſillabarum quarum noticia ad debite pronunciandum grammatico perutilis eſt.* In fine haec tantum habentur: *Deo gracias per infinita ſecula.*

LXIII.

Alani dicti Magiſtri Lexicon alphabeticum. in fol. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

Praeſens codex perſpicuis literis eſt exaratus. Verborum abbreuiationes frequenter occurrunt. Diſtinctionis ſigna nulla obſeruantur. Charta eſt alba et polita. Initiales literae rubro colore ſunt expreſſae. In margine ſaepius verba explicanda adnotata conſpiciuntur.

Opus incipit abſque titulo ab Autoris epiſtola dedicatoria HERMENGALDUM S. AEGIDII Abbatem. Iſtam mox excipit eiusdem praefatio, in qua, quid praeſtare voluerit,

his

is verbis declarat: *Dignum duximus theologorum verborum ſignificaciones deſtinguere metahorarum raciones aſſignare occultas troporum poſitiones in lucem reducere vt liberior ad ſacram aginam pandatur introitus ne de aliena poſitione fallatur theologus et ſic facilior via intelliendi minus intelligentes inuitet torpentes excitet periciores delectet Et ſic diuerſe vocabulorum cceptiones que in diuerſis ſacre pagine locis iacent incognite in lucem manifeſtacionis reducanur preſentis opuſculi explanacione* &c. Praefatione abſoluta, immediate ipſum opus ſuum ımit initium. In eiusdem fine legitur:

Laus tibi ſit Chriſte quia liber explicit iſte
Laus Chriſte ſit tibi quia finem laſſatus adiuit
Sub anno D. M, CCCC XXXVI, in die fabiani et ſebaſtiani martirum.

Opus iſtud iam primis typographiae temporibus typis euulgatum ſine anni, loci et ypographi indicio in lucem prodiit. Confer primam *Notitiae de libris a typograph. Aris inuentione vsque ad an.* 1479. *impreſſis partem*, vbi etiam de ipſo Autore notitia inuenitur.

LXIV.

Vocabularius latino-germanicus. in fol. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

Codex iſte perſpicuis, et pinguibus eſt ſcriptus literis. Initiales literae praeter primam, rubro colore ſunt expreſſae. Charta eſt alba et polita. Praemittit Autor Anonymus operi praefationem, quae primum occupat folium. Eiusdem initium ita ſonat: *In nomine Sancte trinitatis amen. De grammatica poſitiua eſt preſens intentio quia talis dicitur baſis et fundamentum omnium aliarum ſcientiarum.* Infra de ſemetipſo ſic ſcribit: *Sicut et ego ſcriptor huius libri a quo preſens ſcriptus eſt qui rexi ſcolas XXXII annis hunc librum ex dictis autenticis pro poſſe melioraui quomodo quidem preſens collectio derſeruit arti grammatice que ſecundum quosdam in litteram in ſillabam et in dictionem diuiditur.* Ipſum opus ſic incipit: *Aaron eſt proprium nomen &c.* In iſto verba tum latinis, tum germanicis explicantur, atque ſententiis ex S. Scriptura deſumtis illuſtrantur. Ad finem nulla Autoris aut ſcriptoris, aut anni notitia inuenitur.

LXV.

Vocabularius latino-theodiſcus. in fol. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

Praemittitur operi breuis praefatio, quae ita incipit: *Ex quo vocabularii varii et autentici videlicet Huguitonis Katholicon pappias breuilogus aliique codices in comparacione ſunt pretioſi in collacione pretioſi in intellectione obſcuri* &c. Hic codex non ea venuſtate ac perſpicuitate, qua praecedens, ſcriptus eſt. Verborum abbreuiationes frequentius occurrunt. Charta nec alba, nec polita eſt. Initiales literae rubro colore ſunt expreſſae. Ad finem ſequentia habentur: *Explicit vocabularius anno domini MCCCC quadrageſimo in die Mathei hora veſperarum finitus eſt iſte liber de quo deus laudetur cum matre ſua.*

LXVI.

Vocabularius latino - germanicus. in 4to. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

Huic quoque operi breuis praemittitur prologus, qui primam praecedentis conſtituit. In iſto verba latina theodiſcis ſolummodo ſunt explicata. Initiales literae rubro colore ſunt expreſſae. Characteres ſunt praecedentibus paululum pinguiores, ac magis perſpicuiores. Ad finem eiusdem legitur: *Et ſic eſt finis in vigilia Vdalrici. Anno domini MCCCC61.*

LXVII.

Epiſtolae virorum illuſtrium ad Carolum Stengelium ſcriptarum T. I. in fol. Codex Cartheaceus. Sec. XVII.

De *Carolo* STENGELIO Monacho San - Vlricano et Abbate Anhuſano, Viro tam virtute, quam doctrina et rerum agendarum dexteritate longe celeberrimo, eiusque inſignibus ingenii monumentis iam primo volumine prolixius egi; nunc de epiſtolis a diuerſis eruditis ad eumdem copioſe ſcriptis, tribus voluminibus ſat grandibus contentis, et a viris clariſſimis, *Bernardo* PEZIO Monacho Mellicenſi T. I. *Anecdotor. nouiſſ. in diſſertat. Iſagog.* p. XXXIII. *Scriptoribus Hiſtor. literar. Ord. S. Ben.* T. IV. p. 680. et *Franc. Anton.* VEITHIO *Alphab. III. Bibliothecae Auguſt.* p. 146. celebratis, agere mecum conſtitui.

Primum volumen trecentas triginta et ſex comprehendit epiſtolas, a diuerſis viris eruditione praeclaris, ad *Carolum* noſtrum ſcriptas. In eodem primum obtinent locum epiſtolae numero 109. a *Joanne* RIEBER Monacho et Bibliothecario Weingartenſi, qui cum noſtro intimam coniunxit amicitiam, ab anno 1606 - 1617. ſcriptae. Praecipuum huius epiſtolaris commercii caput erat tum librorum emptio, tum operum a STENGELIO editorum diſtractio. Plura etiam noua, quae hincinde contigere, et illius temporis hiſtoriam illuſtrant, eidem ſignificauit RIEBERUS. Saepius quoque de Breuiario Benedictino nouiter inſtruendo, de congregationibus ad id inſtitutis, de Summi Pontificis pro toto ordine eiusdem approbatione, de correctoribusa Congregatione Sueuica Venetias, vbi prelo iſtud ſubiectum erat, miſſis, de ſumtibusin id impenſis, et de ſecunda eiusdem editione Roſchachiana certiorem reddidit.

In epiſtola 6ta ſcribit, *Jacobum* GRETSERUM a ſe vitam *Gregorii* VII. a *Paulo de Bernried* ſcriptam, nunquam typis excuſam ad imprimendum petiiſſe.

In epiſtola 31. de quadam ſynodo Conſtantiae anno 1609. celebrata mentionem fecit. De eadem 33. ſequentia ſcribit: „ Ante tres vel circiter hebdomadas finita ſynodo „ Conſtantienſi R. D. Abbas S. Petri in Hercynia Sylua accuſatus de vita minus bene hac„ tenus transacta reſignauit Abbatiam in manus Rsmi D. noſtri Epiſcopi, qua reſignatio„ ne facta recta miſit ſuos Commiſſarios, retento Conſtantiae Abbate exauctorato interim, „ ad D. Petrum pro eligendo alio Abbate, electi nomen eſt, ni fallor, Joannes Schwab, „ et quandoquidem hactenus neque Abbas neque Monachi inter ſe conuenire poterant, „ maxima ſemper fuerunt diſſenſiones, et nulla plane diſciplina fuerat ſeruata Mona„ ſtica, tam D. Epiſcopus quam nouiter electus Abbas inſtantiſſimis precibus rogarunt D.

„ noſtrum

„ noſtrum Abbatem, vt ad tempus aliquos ex noſtro gremio eo mitteret fratres, qui pe-
„ nitus lapſam ibi diſciplinam monaſticam nonnihil inſtaurent. Mittentur ergo eo intra 10.
„ vel circiter dies hinc quinque patres, eorum eſt primus noſter P. Prior *Franciſcus Diet-*
„ *trich*, P. *Chryſtophorus Hamerer*, P. - - - P. *Morandus*, et P. *Oswaldus Agricola* &c.“

In epiſtola 34. praeter alia noſtro ad quaeſtionem, *vtrum Weingartenſes concionantes aut ven. Sacramentum ad infirmos portantes ſuperpelliceis vtantur*, ſic reſpondit: „ Haſtenus
„ patres noſtri ſemper vſi ſunt ſuperpelliceis manicis; vtrum autem bene, multi dubitant
„ aliqui enim volunt, quod Monachi in habitu ordinis ſui absque ſuperpelliceis debeant
„ concionari, ſicuti videmus Franciſcanos facere et alios Monachos.

Epiſtolae 55. praecipuum argumentum eſt triſtiſſimus Abbatis Ottenburani ſtatus, de quo ita ſcribit: „ Vicem boni D. Abbatis Ottenburani dolemus ex animo: parcat illis
„ Deus, qui factum tam ſcandaloſum et nefandum ſuaſerunt Epiſcopo: eſt factum plane
„ indignum, quaſi vero non fuiſſent alii modi capiendi et compellendi hominem eccleſia-
„ ſticum, et in dignitate conſtitutum. Rediit hisce diebus iterum D. Hornſteiner Dilin-
„ ga — eo enim miſſus eſt cum quodam Nobili Campidonenſi legato Truchſeſiano, et
„ quodam Pappenheimenſi — huc, ita vt iam totum cauſae ſtatum ſciamus; fundamen-
„ tum eſt hoc: *Es ſey der Praelat in Uttenbeyren des H. Biſchofs Subditus, ſey ohnge-*
„ *horſam hab Ir. Fürſtl. Gnaden mancherley weyſs deſpectiert, hin vnd her verkleinert, auch*
„ *am Kayſerlichen Hoff hab manckerley Practiggen gebraucht, vnd begert ſich zu eximieren*
„ *vnd Ier Fürſtl. Gnaden auſs der Poſſeſſion zutreiben, habe alſo nothtrunglicher weiſs di-*
„ *ſen Proceſs müſsen firnemen, vnd ſich bey ſeiner Poſseſſion handthaben.*“ Abbas iſte, vti ex epiſtola 57. patet. Dilingae in cuſtodia detentus erat.

In epiſtola 84. anno 1613. ſcripta noſtrum de comitatibus *Blumenegg* emptione pro 150000. florenorum certiorem reddidit; in 87. vero de *Mathiae* LANG Monachi Weingartenſis, Adminiſtratoris ad Montem S. Mariae monaſterii Benedictini in tyrolenſi comitatu ſiti, viri docti et pii electione in coadiutorem monaſterii Weingartenſis cum futurae ſucceſſionis iure eoquod eiusdem Abbas ob occupationes nimis multas et varias viribus vixnon penitus exhauſtus erat; aſt reſtaurata iterum ſanitate, viribusque reſtitutis, ille ad abbatiam ſupra memorati monaſterii, iure pro Weingartenſi abdicato, euectus eſt.

In epiſtola 89. ad noſtrum anno 1614. data, a San-Gallenſibus arcem Hamberg in Hegouia ad familiam de Bodman pertinentem pro 60000. florenorum emtam fuiſſe, eidem indicauit. In eadem de ſolenni Monachorum diuitis Angiae nouem circiter exulantium in ſuum monaſterium reditu eumdem docuit.

Epiſtolas 110-127. *Chriſtophorus* EMSARDUS Monachus Weingartenſis ab anno 1608-1611. ad noſtrum ſcripſit. Ab iſto ſibi cantiones typo impreſſas comparari curault: plura de Breuiario nouiter inſtructo, ac typis euulgando, cuius correctioni operam nauauit, retulit, curam quoque eidem imaginem aeri Auguſtae pro eodem incidendi commiſit, ac quaedam iſtius temporis geſta ſignificauit.

De Breuiario Romanae cenſurae ſubiecto epiſtola 113. ita ſcribit: „ Non poſſum ce-
„ lare R. V. quae nuper ſcripta ſunt Roma de Breuiario noſtro et quid de eo ibi agatur.
„ Haec ſcribit D. Alphonſus, qui cauſas R. D. Abbatis S. Galli Romae agit. In con-
„ gregatione ſacrorum rituum per Cardinalem Bellarminum facta eſt propoſitio ſu-
„ per Breuiario, quod ſummopere laudatum fuit per totam congregationem, et dixerunt,

 non

„ non egere aliqua confirmatione, attamen rés deducetur nunc coram Smo. vt ipſe con-
„ firmet, quod cum tanta laude congregatio praedicta approbauit.“

Breue SS. Pontificis confirmatorium in epiſtola 118. noſtro communicauit, et eſt ſequentis tenoris:

Paulus Papa V.

„ Ad perpetuam rei memoriam. Cum dilecti filii S. Galli et aliorum monaſteriorum „ ord. S. Benedicti in partibus Heluetiae et Sueuiae exiſtentium Abbates Breuiarium pro „ eorum et Monachorum inibi degentium vſu typis cudi facere deſiderent, et illud de mandato noſtro per venerabiles frates noſtros S. R. E. Cardinales ritibus et ceremoniis prae- „ poſitos examinatum, recognitum, et adprobatum fuerit: Nos Abbatibus et Monachis „ praefatis ſpecialem gratiam facere volentes eorumdem ſupplicationibus Nobis ſuper hoc „ humiliter porrectis inclinati Abbatibus praefatis, vt dictum Breuiarium ſic per Cardina- „ les praefatos examinatum, recognitum, et adprobatum, pro eorum et Monachorum prae- „ fatorum vſu &c. typis excudi facere ac in eccleſia et alibi legere libere et licite valeant, „ licentiam et facultatem apoſtolica auctoritate tenore praeſentium concedimus et imper- „ timur, ac iisdem Abbatibus et Monachis, vt Breuiarium huiusmodi recitando eadem „ priuilegia, gratias, et indulgentias, ac peccatorum remiſſiones conſequantur, quae fel. „ record. Pius Papa V. Praedeceſſor noſter recitantibus Breuiarium Rom. conceſſit, in- „ dulgemus. Non obſtantibus &c.

Idem Breuiarium pro vniuerſo ordine ab eodem Papa fuit adprobatum vti ex ſequentibus epiſtolis colligitur.

In vltima epiſtola noſtrum anno 1611. de mortifero ſuo morbo — Erat podagra ad Stomachum conſedens, ipſumque obſedens, quo etiam vita eodem anno priuatus fuit — certiorem reddidit.

128 - 133. *Chryſtophorus* HAMERER *a*) Monachus Weingartenſis ab anno 1607 - 1615. ad noſtrum dedit. In prima epiſtola ab iſto Vitam S. *Conradi* Epiſc. Conſtantienſis ab Vdalſcalco noſtri aſceterii Abbate conſcriptam petiit, in ſecunda librum de Malthidis laudibus, Autore *Dominico Guidone* Florentino, opus de Sindone Chriſti a *Stengelio* germanice redditum, librum, cuius titulus: *von dem falſchen Blut, vnd Abgott in dem thum zu Schuerin*, autore Aegidio Fabro. In tertia diuerſos poſtulat libros. Quarta diuerſas comprehendit literarias notitias, et ideo vnacum prima et duobus ſequentibus in adpendice integram exſcriptam ob oculos ponam.

134. a *Mauro* BALDUNG Monacho Weingartenſi, Dilinga, vbi ſtudiis vacabat, anno 1606. ad noſtrum, varios miſſurum libros, miſſa eſt. 135 - 139. ab *Oswaldo* AGRICOLA 140. a *Martino* HEUFFLERO, 141 et 42. a *Carolo* CURTIO Monachis Weingartenſibus ex Dilinga ad STENGELIUM ſcriptae habentur, per quas vel libros, vel imagines mitti petebant.

143 - 151. a *Magno* BRULLISOWER Monacho S. Galli anno 1611. Dillinga ad STENGELIUM ſcriptae, in quibus illi enixe imagines pro nouo Breuiario ab *Alexandro* MAYR aeri incidendas commendauit, aliaque negotia commiſit. Quatuor ſequentes *Kilianus*, et 156. *Maurus* HAFNERUS eiusdem Aſceterii Monachi intra annos 1611. vsque 1614. ad noſtrum dederunt negotiisque eum cumularunt.

158.

a) Vir erat eruditione inſignis, et praecipue antiquitatis et hiſtoriae amator, qui, vt ſcribit *Rieberus*, *multa et pulchra, quae fortaſſis aliquando edentur in lucem*, collegit. Scripſit tres libros de S. *Conradi* rebus geſtis, vt ex ipſius epiſtolis colligitur. An iſti typis euulgati fuerint, me omnino latet.

158. *Auguſtinus* PITTERICH Ingolſtadie anno 1697. data. 159 - 164. epiſtolae familiares ſolummodo a *Simone* CAMERLANDER Ord. Praemonſtratenſis profeſſo in Wilthau 197. et 98. Ingolſtadiae ſcriptae ſunt. Eiusdem generis ſequens a *Sigiſmundo* SCHMIDCACHER Monacho Altachae inferioris anno 1597. ſcripta.

166. a *Joanne* MANHUSIO Monacho Thierhauptano anno 1597. ad noſtrum Ingolſtadii ſtudiis vacantem miſſa, in qua illum his verbis contra maleuolorum iudicia ſecurum ſe reddere adhortatur: „ Ideo vos moneo, vt id, quod conſultum vobis videtur, mature exe„ quamini. Videtur enim per multas tribulationes vos oportere ire in regnum coelorum, „ cum non omnes literatos eo amore quo deberent, ampleſtuntur." Vos itaque frater„ ne adhortor, vt bene tempus literis locetis, quarum tandem munimine et praeſidio con„ ſtantius, omnium locutiones intempeſtiuas euitetis."

Sequentes quatuor a *Joanne* SCHICKLER, et quinta a *Georgio* MIINZ Monachis Thierhauptanis ad noſtrum miſſae ſunt. Epiſtolae quinque ſubſequentes ab *Elia* GRAFF S. I. ad *Georgium* STENGELIUM tum Poeſeos, tum Rhetorice ſtudioſum Ingolſtadio ſcriptae.

Epiſtolas 178 - 180. *Wolfgangus* Praemonſtratenſis Ordinis Alumnus Vrsbergae anno 1612. 181 - 184. *Jacobus* RUPFER, et 185 - 204. *Chriſtophorus* PHRASIUS Monachi San-Vlricani Ingolſtadio, vbi Poeſii, Rhetoriae, et Philoſophiae operam nauabant, ad noſtrum ſcripſere.

205 - 225. *Leonardus* ERNESTUS *b*) Monachus San - Vlricanus: Dilingae ſtudiis vacans ad STENGELIUM magiſtrum ac amicum ſuum dedit. Praecipua huius epiſtolaris commercii materia ſunt ſtudia, librorum a STENGELIO editorum diſtraſtio, ac intima ſincera amicitia. Ex iisdem etiam explorata habetur ſtudiorum Dilinganorum aeſtimatio, cum ex pluribus monaſteriis etiam remotiſſimis religioſi nouelli ſcientiarum diſciplinis imbuendi Dilingam. mitterentur. Studioſorum quoque concurſus tam frequens, vt in vna tantum claſſe centum et quatuordecim eorum numerarentur. 226. a *Marco* LEONE Monacho San-Vlricano et *Erneſti* Condiſcipulo anno 1604. ſcripta eſt.

227 - 241. *Bernardus* HERTFELDER *c*) Dilinga, vbi tam Rhetoricae, quam philoſophicis diſciplinis ab anno 1606 - 1609. vacabat, 242 - 246. Roma, vbi theologicis incumbebat ſtudiis, ab anno 1610 - 1613. ad STENGELIUM ſcripſit. Epiſtolae iſtae maxime familiares ſunt; noua quaedam noſtro hinc-inde ſignificauit, quae tamen parum attentionis merentur. De Roma noſtro de quodam fratre *Fulgentio* Ordinis S. *Franciſci* Alumno Venetorum olim acerrimo propugnatore quaedam nuntiauit. „ Is, inquit, cum Romam poſt fac„ tam cum Venetis pacem rediiſſet, veniamque a Pontifice poſtulaſſet, et impetraſſet, imo be„ neficium accepiſſet, vt ſingulis menſibus aliquot coronati ipſi tribuerentur ex Pontificis libe„ ralitate, vt eo alacrior in defendenda eccleſia foret, ipſe vero huius immemor directe „ contra eccleſiam et Pontificem ſcribere incepit, iamque literas quasdam ad Regem Ang„ liae et ad Germanos Haereticos conſcripſit, eorum errores laudans et adprobans, pro„ que ſua virili defendens. Sed cum caſu dolus patuiſſet, ipſeque ad inquiſitionem per„ ductus fuiſſet, praeter iſtas literas alia quoque eius contra eceleſiam dogmata reperta „ fuerunt, quae poſtmodum in Eccleſia S. Petri in ipſo die S. Vdalrici lecta fuerunt, „ quae ipſe audiui, nec tamen omnia propter maximum populi concurſum bene intelli„ gere potui, cum ipſe in medio populi ſtans altior omnibus ſua facta et errores legi au-

 diuit,

b) Idem ad ordinem fratrum Capucinorum tranſiit, atque in eo vitam pie clauſit.

c) De *Bernardo Hertfeldero* a ſera poſteritate omnibus laudum encomiis celebrando, eiusque ſcriptis Cl. *Veithius* Alphab. VII. *Biblioth. Auguſt*, p. 93. et ſeqq. plura diſſeruit.

„ diuit, et poſtremo apoſtolica autoritate haereticus relapſus denuntiatus eſt, et eodem
„ die degradatus; ſeculariqve brachio traditus, a quo ſequenti proxime die ſuſpenſus eſt,
„ et combuſtus in campo Florae, vbi priusquam moreretur omnium ſuorum factorum ve-
„ niam poſtulauit, et maiora imo aeterna ſupplicia ſe meritum eſſe confeſſus eſt. Erro-
„ res vero, qui lecti fuerunt, nihil differebant a Lutheranis, nimirum eccleſiam Roma-
„ nam non eſſe Catholicam neque Apoſtolicam, neque vniuerſalem, Papam non eſſe Epi-
„ ſcopum vniuerſalem, non habere autoritatem conſtituendi, et ordinandi in aliis locis
„ Epiſcopos, S. Petrum non fuiſſe aliis Apoſtolis praelatum, concilium Tridentinum non
„ fuiſſe vniuerſale. Contra caſtitatem quoque et coelibatum multa turpia et neſanda
„ ſcripſerat."

249-254. *Joannes Caſſianus* SPEISER *d*) Monachus San-Vlricanus amicitia plenas ad noſtrum e Dilingano Seminario miſit. 255-58. ab *Antonio* BERNKIRCHER Monacho San-Vlricano tum Dilingae, tum Windae ad noſtrum ſcriptae. 159-164. *Petrus* PFEIFFER Monachus San-Vlricanus anno 1609 et 10. Dilinga, 265 et 66. ex Vrſinenſi, 267. et 68. ex Lambacenſi monaſteriis, in quibus ab anno 1612-1615. exul morabatur, ad STENGELIUM in ſuo exilio amicum fidiſſimum ſcripſit. In iſtis vehementer ſuum miſerrimum deplorat factum, et vt maturius ſuos Confratres cernere, eorumque conuerſatione frui liceat, maxime exoptat.

269. a *Joanne Georgio* ZECH, 270-273. a *Floriano* RAUSCH Monachis San-Vlricanis, Dilingae ſtudiis operam nauantibus ſcriptae habentur.

In epiſtola 275. *Caſparus* JUNIUS Paſtor ad eccleſiam S. Vdalrici noſtrum rogat, vt *abſque grauamine ſibi indicare dignetur, vtrum S. Bonauenturae opera, quae in Veneta editione in duos tomos diſpeſcuntur, et opuſcula Theologica inſigniuntur, ſint integra, et vniuerſa?*

276. a *Benedicto* Abbate Schyrenſi anno 1606. ſcripta, in qua noſtro pro tractatus germanice redditi *e*) dedicatione gratias refert. Pro alterius operis *f*) dedicatione *Stephanus* Abbas eiusdem monaſterii anno 1611. ſe gratum exhibuit.

278 et 79. vti et omnes ſubſequentes in vulgari lingua ab *Auguſtino* Abbate ad Scotos Viennae anno 1615. ſcriptae ſunt. 280-288. a *Joanne* Abbate Lambacenſi anno 1616. et 17. ad noſtrum, cui nouum diurnale Auguſtae imprimendum commiſit, in vulgari lingua ſcriptae habentur. In vltima pro cuiusdam operis *g*) dedicatione ſe gratum exhibet. Iſtas tres a *Petro* PFEIFFER ſupra memorato in eadem cauſa ad noſtrum ſcriptae ſequuntur. 293 et 94. a *Jacobo* MERCK Oeconomo Ochſenhuſano anno 1615. ad noſtrum datae ſunt. 295-299. a *Henrico* de PFLAUMERN Waldſeenſi intra annos 1612-1614. ad noſtrum miſſae ſunt.

303-219. a *Raphaele* SADELER Calcographo Monacenſi intra annos 1615-1617. ſcriptae, in quibus cum noſtro de iconibus ad vitam S. *Joſephi*, ad hiſtorias S. *Michaelis*, *Gabrielis*, *Raphaelis* et Sanctorum Ordinis S. *Benedicti* &c. agit. 320-353. a quibusdam Monialibus Küebacenſibus et Holzenſibus, et 354-357. a *Caſparo* FLURSCHITZ, ſcriptae ſunt.

LXVIII.

d) Fuit anno 1628. a Monachis Schwarzachenſibus in Abbatem poſtulatus.

e) *Alphonſi Ciaconii* de CC. Martyribus Ord S. Benedicti paſſio.

f) Vitae SS. *Wilhelmi* Abbatis Hirſaugienſis, et *Wilhelmi* Gellonienſis anno 1611. Auguſtae editae.

g) Quale id opus fuerit, nec Cl. *Veithius* nec ego expiſcari potui.

LXVIII.

piſtolae virornm illuſtrium ad Carolum Stengelium. Tomus II. in fol.

Tomus praeſens trecentas et quatuor continet epiſtolas, a viris eruditione praecla- ad *Carolum* STENGELIUM ſcriptas.

..Priores tres epiſtolas annis 1615 et 17. *Conſtantinus* CAIETANUS *h*) Abbas S. BARON- ex Congregatione Caſinenſi ad noſtrum ſcripſit, quarta vero ad omnes directa eſt ermaniae Abbates, quos ad ſubſidium pro nouo collegio, in quo omnium nationum nedictini vel literarum ſtudiis vacere, vel religionem catholicam calamo aduerſus hae- icos defendere poſſent, Romae a ſe extruendo tribuendum animare ſtudet. Omnes iſtas iſtolas ob ſuam eruditionem in adpendice numero VIII. integras typis expreſſas ob ocu- ponam.

Quinta eſt ab *Abrahamo* BZOUIO Dominicano, et Annalium *Baronii* Continuatore noſtram anno 1614. Roma ſcripta, in qua iſti ea, quae tutelarium noſtrorum cultum plificarent, Annalibus' inſerere promittit; dein vt quasdam pro annalibus iſtis au- ndis, ac illuſtrandis notitias compararet, atque transſcriberet, vehementer rogat.

Tres ſequentes epiſtolae familiares admodum a *Joanne* FABRO Simpliciario Pontifi- ad noſtrum annis 1614 et 15. Roma transmiſſae in adpendice Sub num. IX. legi erunt.

Iſtas excipit *Stephani* VITI iudicium ſuper Vindicias *Caroli* STENGELII S. *Vdalrico* Epi- po datas: *eius Diui ſacra oſſa nunc quoque Auguſtae adſeruari*, in Adpendice ſub num X. endum. Eiusdem VITI iudicium ſuper *Matthaei* LAURETI librum de *translatione S. Be- licti* contra *Antonium Gallonium* et *Joannem de Boſco.* Vt quilibet de iſto iudicio quo- e iudicare valeat, quaedam excerpere ſtatui. „ Luſtraui ferme totum Lauretum, col- legi quaedam — circa S. Benedicti translationem e Caſſino Floriacum et circa prae- ſentem exiſtentiam oſſium eiusdem S. Patris in coenobio Caſſinenſi — quae, meo ſenſu, demonſtrent malae notae diplomata Pontificia eſſe, quae ſub nomine *Zachariae*, Ale- xandri II. et Vrbani II. — nam in his tribus diplomatis totum robur ac firmamentum ſtatuit Lauretus in duobus ſuis libris — affert ac tam multis expendit, exaggeratque vt mox cognoſcet R. V. cuius petitioni de cenſura vel coniectura mea de *Laureto*, *Gal- lonio*, et *Boſco* candide, libenter, absque ſtudio partium, veritatis amore ſatisfaciam quantum poſſum. Vniuerſim imprimis illud dixerim, *Gallonium* et *Boſcum* videri mihi plus aequo in ſcribendo mordaciores, et ſiue in alienis ſolide refutandis, ſiue in ſuis ſolide confirmandis infirmiores; ipſorum pleraque argumenta, et quas producunt Pon- tificias bullas, iisdem laborare vitiis, quibus ipſi arguere laborant allata ab aduerſario Laureto diplomata. Quin et ipſe Lauretus non raro mordacius inuehitur in *Gallonium*

et

h) *Conſtantinus* e illuſtriſſima *Caietanorum* familia oriundus, Caſinenſis Congregationis Monachus, Abbas S. *Baronti*, rerum praeclare a Benedictinis, qua ſcripto, qua facto geſtarum ſedulus indaga- , accerrimus religionis catholicae vindex, Gregorianum collegium excitare eſt adorſus, eo con- , vt Benedictini aduerſus catholicae veritatis hoſtes calamo et voce inde in aciem prodirent. quar- propterea ad id voto conſtricti: vir ſummis Pontificibus ſumme acceptus, tam virtute, quam doc- a clarus, plurimis eruditis ingenii ſui monumentis literatum illuſtrauit orbem. Conf. *Mar. Ar- lini Biblioth. Caſinenſ.* part. I. pag. 123. et ſeqq.

„ et *Boſcum*, multaque magnifacit aduerſos ipſos argumenta, qua modici ſunt momenti „ apud hiſtoricos peritos; ſaepe etiam ſatis frigide, incommodeque reſpondet aduerſariorum „ rum aliquot obiectionibus alioquin in ſe non multum ponderis." Hanc ſuam criſin faſius ex ipſo *Laureto* demonſtrare nititur. In fine ſuam circa translationem S. *Benedicti* opinionem ſequentibus adducit. „ Factam olim fuiſſe translationem e Caſſino Floriacum, „ tam certum eſſe videtur, quam eſſe poteſt vlla humana hiſtoria nixa fide teſtium om- „ ni exceptione maiorum. Vt enim taceam tot ſcriptores quos contra ſe allegat *Laure-* „ *tus*. --- Quid mihi dicat producenti teſtes illius translationis, non modo *Paulum* Dia- „ conum, ſed et *Bedam* Anglum --- *Vſuardum* --- *Rhabanum* Germanum --- et *Ad-* „ *donem* Archiepiſcopum ---

„ An vero poſtea Caſſinum rurſus e Floriaco relata ſunt oſſa illa ſacra, et etiam- „ num hodie apud Caſſinenſes quieſcant, non auſim diffinire; quod non ignorem. pluri- „ mos ſcriptores pro Floriacenſibus negantibus proferre multa Pontificum et aliorum te- „ ſtimonia — ſed an idonea? — et miracula: pro affirmantibus aliis alios non paucos „ Autores producentes reſponſa Pontificum — ſed an ficta? — et aliorum fidem et mi- „ racula."

11a. *Franciſco* SEIFFERT S. J. gratitudine plena ſcripta ad noſtrum fuit. 12 - 15. a *Matthaeo* RADERO S. J. annis 1615 et 17. Monachio ad noſtrum datae. In prima de noua Bibliotheca SS. PP. breui proditura ſcribit: in ſecunda gratias agit pro S. *Symperti* vita, quam in ſecundo volumine Bauariae ſanctae inſerere promittit. Obnixe rogat, ſi qui alii occurrerint memoriae, vt ſibi ſuggerantur; ſi quid etiam de natali ſolo S. *Vdalrici* vſpiam cognouerit, vt moneatur. Quaedam de capitulis Religioſorum a *Carolo* M. editis miſit. In tertia petitionem ſuper relatam renouat, et *Bruſchii* Volumen ſecundum de monaſteriis Germaniae ſibi mitti poſtulat. In quarta *Bruſchium* accepiſſe nuntiat, et vnum exemplar de Wilhelmo Hierſaugienſi a *Stengelio* edito petit. 16. *Joannes* SIGESREITER S. J. anno 1615. ad noſtrum miſit.

17 - 46. *Jacobus* GRETSERUS S. J. ab anno 1607. vſque 1610. Ingolſtadio ad noſtrum ſcripſit. In prima earum noſtro literaria negotia, quibus ſeſe addixerat, gratulatur, *puto enim*, ait, *religioſo viro occupationem nec digniorem poſt diuinas laudes, priuatim, publico, fructuoſiorem.* Dein pergit: *Legi opuſcula R. V. hucusque edita, quae ita probo, vt R. V. amicum ſtimulum etiam addam, vti in coepta, quam inſtituit, literaria ſemita progrediatur.* Deinde finem *defenſionis Bellarminianae* nuntiat. In ſecunda noſtrum admonet, vt in libris reconditis eruendis, et transferendis pergat, remque literariam ad Dei gloriam et plurium bonum illuſtrare et locupletare ſtudeat. Mittit eidem opus, *Praedicans vapulans* adpellatum. Rogat denique, ne de *Paulo* Bernriedenſi, et *Gerocho* Reichersbergenſi curam deponat, *negotium non eſſe omnino depoſitum*, dicit, *quamquam ex omnibus fere locis ad me ſcribatur, non reperiri.* In tertia pro *Sindone Chriſti* ſibi a noſtro transmiſſa grates refert, et opus de *Cruce Chriſti* ſub prelo, eidem ſignificat. In quarta primum tomum de S. Cruce ita ſe auxiſſe ait, vt nouus omnino tractatus viſus fuerit. In quinta de icone *Volzium* repraeſentante ita ſcribit: *Vt viri ſcriptum, et os, ita eiusdem eſt imago, plumea ligneaque, quamquam ferreo alioquin is eſt ore et fronte trita et perfricta.* Petit, vt ſignificaret, an Paſtores Auguſtani ſint in aes inciſi? Laudat noſtrum ob *Raderi* Viridarii translationem, et ad literarios labores proſequendos animat. *Gretſerus* ſcriptum contra *miniſtrorum vocationem*, et aliud contra *Volzium* diſciplinantium ſupplicationis reprehenſorem anno 1608. edidit. In octaua noſtrum adhortatur, vt quartum librum de

Cruce a ſe editum germanice redderet; qui etiam anno 1612. Ingotſtadii typis fuit
datus. In decima tertia noſtro *Joannis* PISTORII obitum pluribus ſignificauit. In vi-
ma et ſequentibus pro *Gregorii* VII. vita a *Paulo* Bernriedenſi deſcripta, ſi inuenire
t, rogat. In viceſima ſexta noſtro *Paulum* Bernriedienſem de *Gregorio* VII. et B.
uca cum apologia pro *Baronio* breui prelo ſubiiciendum, dein manus ad Vitas S. *Hen*
mperatoris et S. *Hunegundis* a ſe admouendas eſſe ſignificauit.

Epiſtola 47. *Ferdinando* CRENDELIO S. J. anno 1610. ad noſtrum ſcripta fuit. In
ſti *Gretseri* abſentiam nuntiauit. Remiſit eidem Vitam S. *Wunibaldi* cum animad-
nibus, et breui etiam opuſculum cum adnotationibus item amicis remittere promit-
Quatuor ſequentes epiſtolas annis 1610 et 1611. ad noſtrum miſit. In ſecunda ea-
de duobus *Wilhelmis* a noſtro editis ita ſcribit: *Vtriusque Wilhelmi vita valde proba-
vt et notationes R. V. nec habeo, quod vel addam vel ſuggeram; mitto tamen de Wil-
Hiersaugienſi, quae ex antiquis monumentis monaſterii S. Emmerammi Ratisbonae col-
R. P. Wolfgangus Seelender Prior ibidem.*

ſtas excipiunt tredecim *Ferdinandi* CRENDELII epiſtolae, quas ad noſtrum intra an-
612. vsque 1614. in literario negotio miſit. In prima earum duas proponit quae-
s, vnam de oblatione piſcium in feſto S. *Vdalrici* in contemtum catholicae religio-
eſſime ſomniata, et ab *Hoſpiniano* in libro *de feſtis* relata, et quidem ſequentibus
lentibus et contumelioſis verſibus.

Huldrici idolum quodcunque altare recepit,
Illud carbones plebs fert, mullosque luposque,
Vt ſancti illius redimat, teneatque fauorem.
In templo ſedet, atque adeo ipſa non procul ara
Venales, habeat qui piſces, atque minoris
Vendat, vt inſanis ne copia deſit emendi,
Nec quicquam pergit; nam mox oblatus ad ipſum
Quisque reportatur, his vti, aut ter veneat idem.
Impietas ita fert quaeſtum, fulcitque culinam.
Relligio autem vnde haec noua? quali numine pollet
Huldricus, mutos vt piſces quaerat, ametque
Offerri ſibi? quos nulli gens nulla deorum
Obtulit, et dominus ſuper his nil ſanxit hebraeis!
Multum ſtultitiae ſit et impietatis vbique.

Vere maxima ſtultitia eſt, quaedam absque fundamento enarrare, et haud veniae
impietas, tam falſa, tamque impudenda religioni affingere.
ecunda quaeſtio circa obſcurum S. *Auguſtini* locum verſabatur.
ı ſecunda ſequentibus verbis noſtri eruditionem celebrat: „ Quod ad petitionem at-
t, P. *Jacobus* et ego putamus, R. V. non egere ſubſidio aliquo, eoquod tam mul-
ım collegerit ex Autoribus, quos allegat. Viſa eſt mihi velut apis argumentoſa,
operoſa, quippe, quae ex tot lectis opuſculis iam collegerit tantum faui ac mellis."
tia, noſtrum fabulam de piſce S. *Vdalrici* reate diſſoluiſſe, tractatum de *Cruce* ab
rmanice reditum iam ſub prelo ſudare ſcribit, et de quibusdam promotionibus ad
ıtum proxime futuris certiorem reddit. In quarta orationem prolixiorem de SS.
e Jeſu deſcriptam mittit, et ſi fieri poſſit, Epitaphium, orationem funebrem in *Ca-*
m Lutheri vxorem deſcriptam mitti petit. Cum quinta remittit libellum de *Nomi-*
ne

ne Jeſu vnacum adnotationibus amicis. In octaua ſtudium, quod ita etiam in commune noſter collocat, laudat. In nona noſtrum rogat, vt admonitiones in fine libri de B. V. M. adpoſitas optimo excipiat animo: deinde de comitiis proxime religionis cauſa ad D. Jacobi anno 1613. celebrandis certiorem reddit. In reliquis cum noſtro maxime de libro de peſte agit.

Sequitur deinde *Petri* STEUARTII Leodienſis S. Theologiae Doctoris, et Academiae Ingolſtadienſis Profeſſoris et Procancellarii Adprobatio libri de *nomine B. V. Mariae* ſequentibus verbis concepta:

„ Librum tuum de auguſtiſſimo nomine Mariae Virginis, non poſſum non omnibus „ calculis approbare: eſt enim lucubrationi tuae alteri de ſancto *nomine Jeſu*, neque va„ rietate rerum, neque ſanctitate orationis impar. Quamobrem etiam haud immerito dig„ num iudico, quem multi ſoles, multique oculi aſpiciant, vt hauſtum inde magni in hoc „ nomen affectus lumen, in qua plurima aetatum tempora, et hominum pectora trans„ mittant. Neque enim eſt ambigendum nomen iam ante quidem natiuis fulgoribus cla„ rum, tot tamen nunc inſuper elogiorum, et miraculorum radiis a te velut in vnum faſ„ cem collectis, multo tanto illuminatius euaſurum &c.

Epiſtola 65. a *Caſparo* RUES S. J. Ingolſtadio 3. Julii anno 1614. ad noſtrum ſcripta, in qua multis heroicum *Ferdinandi* CRENDELII obitum ſignificauit. Deinde iterum ſequuntur *Jacobi* CRETSERI quatuordecim literae intra annos 1612 - 1617 ad noſtrum ſcriptae.

In prima earum noſtro, tractatum de S. *Cruce* e prelo prodiiſſe, nuntiauit, eumque, vt non ſibi, ſed Abbati San - Vlricano inſcribat, admonuit. In ſecunda anno 1614. ad noſtrum data ob vindicias S. *Vdalrico* datas ſequentibus laudat: „ R. V. S. Vdalrico op„ timam nauauit operam, dum eum et dioeceſi et gregi ſuo aſſeruit, quanto Auguſtae „ ſepultum eſſe, iam mihi ita liquidum apparet, quam ſolem meridie lucere; et ſi quae „ nubila hanc veritatis lucem nonnihil obſcuraſſent, R. V. ea diſpulit, et ita fugauit, „ vt clara dies redierit." Deinde quaerit, num glires meritis S. *Vdalrici* arceantur ex toto Epiſcopatu Auguſtano, an tantum ex illis locis, quae reliquias eiuſdem, aut aliquid de terra ſeu puluere ſepulchri poſſident. Has quaeſtiones ideo ſolutas optat, eoquod librum de *benedictionibus* et *maledictionibus* prelo ſubiicere ſtatuiſſet. Tandem noſtro falſum rumorem de morte Bellarmini ſignificauit. Cum tertia mittit exemplar ſacrae Aſtrologiae P. TANNERI *Stenographiam* Trithemianam a magiae macula vindicantis et repurgantis, et vt ait, ad *eum modum quo Stengelius olim ſic id faciendum eſſe docebat, ſe contra tendente, neque vllam excuſationem admittente.* Putat, neque *Tannerum* omnem amouiſſe ſcrupulum. In quinque ſequentibus de diuerſis operibus, praecipuē de libello a noſtro de S. nomine B. M. V. typis imprimendo agit. In nona anno 1617. ſcripta, *Stengelium*, vt Sanctos illuſtrare vlterius velit, ſtimulat; a ſe autem propediem prelo ſubiiciendas vitas Sanctorum Euſtettenſium et imaginibus illuſtrandas, eumdem docet. In reliquis de Sanctis Euſtettenſibus in aes a *Kiliano* incidendis, et optime inciſis cum noſtro, cui negotium iſtud commiſit, tractauit.

Gretseri literas excipiunt 67. a *Georgio* STENGELIO noſtri Germano ab anno 1602. quo Societatem Jeſu ingreſſus erat, vsque ad annum 1617. tum Landsberga, Ingolſtadio, Bruntruto, Monachio, tum Dilinga ſcriptae, in quibus praeter fraternae charitatis officia, quaedam minus grauia negotia, literarium quoque commercium tractatur. In quarta decima earum nomine P. *Gretseri* ſequentia quae noſtri induſtriam, ac eruditionem haud parum commendant, anno 1607. Ingolſtadio ſcripſit: . . .

„ P. *Gret-*

„ P. *Gretſerus* iuſſit me expreſſe ſuo nomine tibi gratulationem — ob vitam S. Wic-
„ terpi — ſcribere, opusque et labores tuos laudare; adhortatur is te etiam vti, dum
„ ſpiritus hos regit artus, pergas alacriter, nec ingenium, et quidquid tibi a Deo con-
„ ceſſum eſt in otio deliteſcere ſinas, ſed *et tibi et monaſterio, et Deo imprimis honorem*
„ *augeas*. Perlegit P. *Gretſerus* libellum totum ſicut et martyres tuos, nec quod ſubdu-
„ cendum aut variandum exiſtimaret, inuenit, quamuis hoc quoque addiderit, te adhuc
„ in dies magis magisque exercitatum fore. Perge igitur vt et alias ſcripſi, et nunc ite-
„ rum ſcribo, quia animus immortalis pauco contentus eſſe non debet, ſed ſemper ad
„ maiora, altioraque aſpirare, tam originis, quam demiſſionis interim non oblitus. "

Ex epiſtola 34. et ſequentibus colligitur, *Carolum* STENGELIUM *Trithemii Steganographiam* a magiae macula purgare ſtuduiſſe *i*), Legitur in epiſtola 35.: „ Quod nobis R. T.
„ ex Steganographia miſit alphabetum imaginarium, id diu examinauimus, nec tamen
„ inuenimus eius intellectum: quaeſo expoſitionem eius nobis transmittat ſua Reueren-
„ tia. " In ſequentis initio ita ſcribit; „ Laborioſam tuam in *Trithemii* cauſa diligentiam
„ legi, agnoui, probaui, et veni in ſpem aliquam defendendi a ſuſpicione criminis, mag-
„ ni viri. Delectat me aliquem eius artis radium vidiſſe, quamuis tempus profligare tam
„ intricatis nugis non ſit animus... Eſt tamen aliquid innocentem a magia vindicare,
„ et hanc haereticis ex ore eripere calumniandi occaſionem. "

In Epiſtola 36. noſtro quasdam animaduerſiones P. *Tanneri* pro *Trithemii* defenſione communicauit, et ſunt ſequentes.

Ad Steganographiam Trithemii

„ Primus et ſecundus liber omnis ſuperſtitionis expertes deprehenduntur. Totum
„ enim myſterium conſiſtet vel in tota interpolatione literarum ſignificantium, ita vide-
„ licet, vt literae initiales tantum ſeu cuiusque dictionis ſeu alternatim alterius, ſeu bi-
„ narum poſt binas, aut alioquouis ordine ac numero dictionum non ſignificantium in-
„ teruenieate rem intentam ſignificent, vel ſimul etiam in ipſarum literarum ſignifican-
„ tium transpoſitione ſeu commutatione ita nouo alphabeto confecto, vel ſecunda litera
„ primam, vel prima tertiam, quartam, quintam, ſextam &c. ſignificet, et ſic ad finem
„ vsque ac in omnem partem multiplici variatione literarum vis et valor commutetur. Ex-
„ empla primi libri ſine difficultate legi poſſunt; primo excepto. Quodſi clauis — maior —
„ ſteganographiae cum eodem libro comparetur, deprehendentur, ſingulis fere eius libri
„ ſpiritibus et capitibus, ſinguli modi in claue explicati reſpondere, et exempla quoque vtro-
„ bique fere eadem reperientur. " Tunc exhibentur quidam typographici errores, qui in capite 3. l. 1. reperiuntur. Deinde pergit.

„ Liber tertius Steganographiae nondum intelligitur. Suſpicio tamen eſt, eo contine-
„ ri illum ſcribendi modum, qui in depicto ſeu hieroglyphico illo alphabeto a R. D. Ca-
„ rolo Stengelio huc transmiſſo continetur. Sunt enim ibi quaedam huic affinia, eiusque
„ alphabeti doctrinae, vel vſus alioquin in tota *Trithemii* Steganographia edita nusquam
„ comparet. Quodſi tamen de eodem tertio libro plura ab aliis haberentur comperta, li-
„ benter intelligeremus, praeſertim quomodo ad quoduis ſpatium ſine nuntio vel literis
„ huius artis conſcio, quaeuis ita poſſint manifeſtari, ſpatio 24. horarum. Ad vindican-
„ dum a calumnia *Trithemium*, praeter ea, quae diximus, illud imprimis magnam vim ha-

i) De hac apologia nec in ſcriptis eius, nec in editis libris aliquid inuenire potui.

„ habet, quod initio ſui operis, et cuiusque etiam poſtea libri tam piam et apertam prae-
„ mittit proteſtationem omnis ſuperſtitionis et pacti diabolici auerſatricem, quodque in
„ praefatione libri ſecundi expreſſe etiam ipſe praenotat: nomina et coniurationes ſpirituum
„ tantum protexi, ad velandum myſterium.“ Haec ex *Tannero.*

Literas recenſitas excipiunt triginta a *Georgio* ROTT S. J. tum Ingolſtadio tum Biburgo ab anno 1613 - 1617. ad noſtrum transmiſſae. In iſtis inſignis huius viri eruditio adparet. Noſtro perplures ſubminiſtrauit adnotationes, Sanctorum exempla ad materias ab iſto tractandas illuſtranda, libroſque, in quibus inuenienda, indicauit, ad libros pro religione, et animarum ſalute edendos multis ſtimulis animauit, aduerſaria a ſe conſcripta ad libellos de *agno Dei*, de *Roſario*, *Sanctis cuiuslibet ſtatus*, de *feſtis B. V. M.* de *aqua luſtrali*, *Confeſſione*, de *peſte*, *iuramento*, *purgatorio*, *miſſae ſacrificio*, *pueris* et *puellis* Sanctitate celeberrimis, de *oratione dominica*, *Salutatione angelica*, *Symbulo Apoſtolorum* &c. componendos et typis euulgandos transmiſit.

Epiſtolae 177 - 180. ab *Henrico* EISENREICH S. J. Landsberga annis 1614 et 15. ad noſtrum datae ſunt. Ex iſtis adparet, virum iſtum de triceſimi aſſumtionis B. V. Mariae origine multum inquiſiuiſſe, et ſeculo XIV in pluribus iam locis feſtum iſtud celebratum fuiſſe ex Miſſalibus, Breuiariis, et Ritualibus, feliciter eruit. Rogat et noſtrum, vt codices MSS. perluſtrare haud grauetur, et ſiquid de eadem materia inuentum fuerit ſignificare velit. Notitias quasdam de monaſterio Lorchenſi in Ducatu Wittenbergiae ſito poſtulat.

Epiſtola 181. a *Conrado* VETTER S. J. anno 1616. ad noſtrum ſcripta fuit. 182 - 185. ab *Adamo* TANNER S. J. Ingolſtadio eodem anno ad eumdem miſſae, in quarum prima, *Sigismundum* Abbatem Seonenſem Apologeticon pro *Trithemio* Ingolſtadii imprimendum miſiſſe noſtro ſignificat, eique iconem Trithemii Auguſtae vel aeneis vel ligneis formis exprimendam commiſit. In reliquis literis vt icon iſta citius abſoluatur, iſtum haud parum vrget. 186 - 189. ab *Heremia* DREXELIO S. J. Dilinga ad noſtrum ſcriptae, in quibus illi pro transmiſſis libellis grates refert, ab ipſoque epitaphia tum intra tum extra vrbem Auguſtam inuenienda deſcripta ſibi mitti rogat. 190 - 193. *Michael* GERMAYR S. J. Donauwerda annis 1613 et 1614. ad noſtrum dedit. 194. *Ludouicus* Oenipontanus, 195 et 96. *Joſephus k)* vtrique Capucini ad noſtrum direxerunt. 197. et 98. a *Gualberto* BITTLERIN et 199. a *Mauro* Capucino *l)* 200 - 203. a *Joanne* STUARTO Benedictino tum ex S. *Galli* monaſterio, tum Ratisbona intra annos 1607 8 et 9. ad noſtrum miſſae ſunt. In tertia ſequentem de vita S. *Wicterpi* adnotationem ad iſtum transſcripſit: „ Fabulis „ aſperſus videtur codex, cuius authoritati ſubnixa hiſtoriam Wicterpianam proſecuta eſt „ V. R. nec *Theodori* is eſt, quem titulus praeſefert, ſed alterius architecti vt mirari ne- „ queam ſatis, *Caniſii* induſtriam in futili re et indigna, quae chartis illiniretur.“ 204 - 213. epiſtolae valde familiares a *Joanne Sixto* de LERCHENFELS Protonotario Apoſtolico, Canonico et Cantore eccleſiae Metropolitanae Pragenſis et Decano Viſchgradenſi annis 1612 - 1616. Praga ad noſtrum datae ſunt. Plures libellos ac imagines per noſtrum ſibi mitti curauit. 214 - 217. *Joannes Henricus* a PFLAUMERN Mersburgo annis 1609 - 1612. familiaribus admodum ſententiis refertas ad noſtrum miſit. In ſecunda earum anno 1609. ſcripta noſtrum de quadam ſynodo prouinciali proximo autumno Conſtantiae celebranda cer-

k) Fuit is prius Monachus San - Vlricanus et ſub *Chriſtophori Phraſii* nomine notus.

l) Gualbertus BITTLERIN Monachus San - Vlricanus habitum Capucinorum induit, et nomen Marianum adſumſit, *Maurus* vero prius *Leonardus* ERNST monaſticam vitam in noſtro aſceterio degebat.

certiorem reddidit. In quarta eumdem ob Wilhelmorum hiſtorias ſequentibus laudat: „ Laudamus induſtriam tuam et diligentiam, quam tu velut ſacem aliis praefers, quos „ mirum niſi excitas in ſocordiae ſomno ſepultos. Sed tu, mi amiciſſime Carole, alio- „ rum exemplo ne mouearis, quamquam alios exemplo tuo non moueas. Perge ſtudii „ hanc vitam currere, quae te cum noſtro applauſu, cum obtrectatorum dolore ducet ad „ laudis et gloriae metam. "

218 - 221. annis 1615 et 16. a *Salomone* JENISCH Neoburgo ad iſtrum ſcriptae habentur. In iſtis de colloquio quodam ibidem habito, et de Principis nati baptiſmo ritu catholico in multorum nobilium praeſentia peracto certiorem noſtrum reddidit.

222 - 236. a *Georgio* BECK Monacho Werdenſi, viro religionis zelo, pietate, et diſciplina regulari praecipue celebri Werdea ad noſtrum amicum ſuum optimum ſcriptae, in quibus frequentius de monaſteriorum reformatione ſermo texitur. 237. a *Georgio* Abbate Weſſoſontano anno 1600. ad noſtrum data. Sequentes duae a *Petro* STEUARTIO SS. Theologiae Profeſſore Ingolſtadio annis 1610 et 1614. ad noſtrum datae, in quibus debitas illi laudes ob *Wilhelmorum* vitas, et libellum de *Peſte* tribuit. Legi poterunt in Adpendice ſub num. XI. 240. a *Caſparo* SCIOPPIO, 241. a *Coſma* SALHAUSER, et 242. a quodam STOZ nomine ſcriptae. 243 et 44. duo carmina in natalem *Caroli* STENGELII, plurimum a *Chriſtiano* SCHEFFLER, alterum a *Menrado* VORBALTIER compoſita continent.

245 - 263. *Joannes* WINHARDUS Prior Thierhauptanus intra annos 1605 - 1617. ad noſtrum dedit. In iſtis mutua et ſincera admodum amicitia adparet. De *Trithemii* Steganographia a quibusdam magiae criminis rea declarata mentionem quoque fecit. 264. a *Simone* Praepoſito Dieſſenſi anno 1614. ad noſtrum miſſa.

265 - 268. *Chriſtophorus* SCHREPFER Benedictinus et Prior in monte S. *Michaelis* prope Bambergam annis 1609, 10 et 11. ad noſtrum dedit. Vir iſte antiquitatis ſtudioſus magni aeſtimauit, ac ſingulari amplexus eſt charitate, vti ex ſequentibus patet, ſcribit enim: „ Amare te non deſino, neque enim poſſum, dum vixero, non donis, quibus „ me honoraſti, conduxiſti ad hoc, ſed virtus tua, quam deueneror, eruditio tua, quam „ ſuſpicio, ita me cogunt. His illuſtras totum ordinem, quem iam totum deuinctum „ habes beneficiis ingenii tui, donis animi tui, et multorum mordacium obtundis dentes „ famam alienorum a ſuo iuſtituto, lacerare auidos. Faxis vt pergas, ita te iuuent et „ iuuabunt Benedictini. " Deinde de libro quodam a *Wilhelmo* Hirsaugienſi compoſito ita ſana criſi ſcribit.

„ Hoc miror, quod inter opera Hirsaugienſis inſignis ille, quem de *diſciplina Nouitiorum* ſcripſit, liber non numeretur nec a *Trithemio* nec a veſtro *Petro* m). Illum „ puto eſſe librum, fontem dixero rectius, ex quo Bursfeldenſes pleraque in ſuum or- „ dinarium et ceremoniarium deriuarunt. Eumdem penes me modo, carie laborantem, „ et blattis ſatis exeſum habeo. Eumdem ad nos veniſſe cenſeo tum, cum S. *Otto* Epi- „ ſcopus Bambergenſis noſtrum *Wolframum* primum Hirsaugiam diſcendae diſciplinae mo- „ naſticae cauſa miſit, et iam doctum ſatis, Prioratuque functum, vt liber — Vita S. Ot- „ tonis — c. 29. refert, noſtris reſtituit, quem cum eodem libro reuerſum eſſe credo; „ ita mihi perſuadet libri vetuſtas et characteris cum aliis eiusdem temporis libris MSS. „ conformitas. "

K 2 In

m) Fuit is Monachus noſtri Aſceterii, et Abbas a Monachis Thierhauptanis poſtulatus. Floruit ad finem ſeculi XV. et initio ſeculi XVI. Opus, quod ſcripſit, eſt liber de *viris et foeminis vitae ſanctimonia et doctrina celebribus ex Ordine S. Benedicti*. Conf. Cl. *Veithii* Alphab. III. Bibl. Auguſt. pag. 224. et ſeqq.

In alia epiſtola prolixius incendium, quo monaſterii templum quingentorum annorum in cineres redactum, deſcripſit, et de bello Franconiam deuaſtante noſtrum certiorem reddidit.

269 - 293. *Martinus* STIMPFLE Monachus Elchinganus et deinde Abbas poſtulatus Füſſenſis ab anno 1613 - 1617. ad noſtrum praecipue pro diuerſis libris emendis ſcripſit. Anno 1616. eidem librum — *Betrachtungen über die Regel des H. Benedicts* — ab *Anna* RHELINGERIN *m*) Sanctimoniali et Magiſtra in Parthenone Holzenſi compoſitum, et tam Elchingae quam in monaſterio Faucenſi ad religioſorum aedificationem publice lectum ad iudicandum miſit. De iſto ita Martinus loquitur: „ Stilus et modus loquendi totus ridi„ culus et muliebris eſt, deberet corrigi et aliquantisper mutari. " Miſit eumdem Rectori Dilingano, qui eum adprobaret; remiſit etiam ſequentem adprobationem. „ Hic liber „ manuſcriptus habet pleraque capita regulae S. Benedicti, licet non ſuper omnia capita „ meditationes, vbi tamen ſunt puncta meditationis, videntur eſſe illa ſatis commoda; „ nil habent contra pium ſenſum hominis religioſi ambulantis in ſpiritu S. Benedicti. " An autem hoc opuſculum typis fuerit euulgatum, haud exploratum habeo.

In epiſtola 290. de noui Principis Campidonenſis electione, cui interfuit, ita ſcribit: „ Aliud gaudium magnum vobis annuntio; nuper electioni noui Principis Campido„ nenſis interfui, quae feliciter proceſſit, et via ordinaria ac iuſta fuit electus Illmus. D. „ Jo. *Eucharius* a *Wolffurt*, vt ſine dubio audiuiſtis. Sed et hoc maxime commendan„ dum eſt, quia omnes illi boni religioſi Capitulares ſeu Conuentuales ſuas praebendas „ libere reſignarunt, vt iam velint omnino communiter ac regulariter viuere. Deus hoc „ bene coeptum fortunet. Indicium ſit, quia cum illis in refectorio regulari comedi, et „ eorum vnus ad menſam legit. "

294. *Benedictus* LANG Benedictinus Murenſis Dilinga, vbi ſtudiis vacabat; 295. *Hieronymus* MARKSTALLER Monachus Ochſenhuſanus et Prior monaſterii S. *Lamperti* in Styria anno 1615. 296. *Gregorius* REUBI Prior deinde Abbas Ottenburanus anno 1607. ad noſtrum ſcripſere.

297. *Elias* BENEDICTUS ad noſtrum Ottenbura ſcripſit, ex quo patet, iſtum ad ordinem Fratrum Capucinorum tranſire voluiſſe. 298. *Chriſtianus* BERLINGER Monachus S. *Lamperti* in Styria anno 1614. ad noſtrum dedit. 299. a *Georgio* ZETELIO Monacho Oberaltachenſi anno 1616. ſcripta, in qua noſtrum rogat, vt Confratri ſuo Auguſtam in cauſis monaſterii profecturo in negotiis eidem commiſſis bonis Conſiliis adſiſtere haud grauetur. 300 et 301. a *Joanne* Priore Schirenſi anno 1607. ſcriptae ſunt. 302 et 303. a *Mauro* MARIO Priore Benedictoburano, 304. ab *Elilardo* SCRIBA eiusdem monaſterii Monacho anno 1616. . 305. a *Nicolao* CHRISTELIO; 306. a *Matthaeo* WEIS Monachis Andecenſibus anno 1616. ad noſtrum datae ſunt. 307 et 308. a *Joanne Chriſtophoro* HAERDTLIN Augiae Candidae Canonico Praemonſtratenſi anno 1612. 309. a *Sigismundo* BART Monacho Ciſtercienſi ex Campo Principum anno 1613. Ingolſtadio ſcripta, in qua in Bibliothecae noſtrae laudem haec habentur: „ Patres Societatis autographa plu„ rima veſtrae bibliothecae nidis habere dixerant, et quod poſteritatem decurſu tempo„ poris aſſiduo fugeret, id in veſtro librorum theſauro deprehendi poſſe. " 310 - 313. a *Joanne* MAGNO Benedictino et Priore Deggingenſi ab anno 1612 - 1615. datae. 314-320. a *Joanne* HAY intra annos 1612 et 13. 321 - 323. a *Chryſtophoro* BINDER Rotenſibus ad noſtrum. ſcriptae ſunt. 424 - 331. *Petrus Wilhelmus*, et *Oswaldus* FERUS Monachi Lucellenſes ab anno 1614 - 1617. ad noſtrum in diuerſis negotiis miſerunt. 332 et 33.

Tho-

m) Ex nobiliſſima Patricia Auguſtanorum familia progenita.

obias STOSBERGER Monachus Aldersbacenſis Ingolſtadio anno 1610. ſcripſit. 334. *Franceſcus* REYFF Monachus Ciſtercienſis ex Altaripa, 335. *Michael* RENNER Monachus Rheingienſis, 336. *Auguſtinus* Monachus Murenſis, 337 et 38. *Sebaſtianus* Monachus Wibganus omnes Dilinga, vbi ſtudiis operam nauabant, ad noſtrum dederunt. 339-342. omas METZLERUS Monachus Zwifaltenſis ad noſtrum ſcripſit. 343. *Bartholomaeus* WEIR Monachus San-Blaſianus anno 1612. transmiſit, et pro beneficiis et ſubſidiis ſibi ſui morbo apud nos decumbenti praeſtitis grates refert, et occaſionem ea recompendi breui adipiſci optat, 344. a *Philippo* BARORE S. Officii auditore Roma, et 348. a *ulo* WARREO Bruntrutano Ludimagiſtro, et Cantore ſcriptae habentur.

LXIX.

piſtolae virorum illuſtrium ad Carolum Stengelium. Tomus III. in fol.

Tertius hic tomus ſexcentas, triginta et octo epiſtolas a diuerſis ad STENGELIUM iptas continet.

Prima earum a Cardinale *Burgheſio* idibus Auguſti anno 1621. fuit ad illum transſſa *o*). Secunda *Petri* WALL Suffraganei Auguſtani 1ma. Sept. an. 1621. ſcripta, in a *Carolum* rogat, vt de vitis SS. *Vdalrici* et *Afrae* Abbati San-Vlricano miſſis, iudiım ſibi aperiret; deinde pro oblato libello vitae S. *Benedicti* gratias refert. 3tia. ab eom 24. Mart. 1624 in qua ab illo poſtulat, vt, quidquid maiorem auctoritatem monario Deggingenſi apud congregationem SS. rituum conciliare queat, addere velit. 4. a *urentio Forero* S. J. an. 1622. Dilingae exarata, in qua illum reddit certiorem, *Henum* Epiſcopum Auguſtanum ob Hiſtoriam *Paſſionis* D. N. J. ſibi dedicatam, gratum ſe et ıniorem fore ſpopondiſſe.

Sequentes viginti et quinque epiſtolae a *Conſtantino Caietano* ad noſtrum datae, quan pleraſque ob earum eruditionem in adpendice ſub numeris VIII. exſcriptas ſiſtam.

30 et 31. ab *Ignatio* de *Colonia* Theſaurario Caſinenſi ex Venetiis ad noſtrum anno 20. miſſae ſunt. In iſtis eumdem ob labores pro religione exantlatos, et virtutes laut. 33. *Maurus Manius* Prior Benedictoburanus ſcripſit. Iſtam vna a *Conſtantino Caietano* ſcripta excipit.

34. *Abraham Bzouius* Ord. Praedicatorum, Scriptor Annalium Eccleſiaſticorum ad ſtrum an. 1619. dedit, in qua inquit: „ Quod auctorem putaticum illius aduerſum me libri *p*) attinet, plurimi quoque apud nos in eadem ſunt opinione; illum ſcilicet hederam ſuam amarulentiae alienae praefixiſſe. Vt vt ſit; non moror ſarcaſmos et coedes aulici mancipii, cum non ego auctor illarum de Boio narrationum.... Si quid P. V. hactenus collegit, mihi quamprimum transmittere dignetur, nihilque vereatur. "

35 et 36. a *Conſtantino Caietano* anno 1626. ſcriptae ſunt. In illa agit de congregane Benedictina in Bauaria inſtituenda: in iſta de quodam codice MSS. Hebraeo in Bibtheca Vaticana reperta. Has ſequitur illa de *Claudio* Paduano Theſaurario, quam a de *Thoma Mariano* Vniuerſitatis Salisburgenſis Procancellario excipit.

39. 40 et 41. ab *Antonio* Abbate Cremiſanenſi ſcriptae: 42 et 43. *Georgio* Abbate Gottwinſi in vernacula lingua conceptae, in quibus cum noſtro de monaſteriorum congregationis ıſtriacae delineatione agit.

 tres

o) Cl. *Veithius* iſtam *Alphabeth. III. Biblioth. Auguſt.* p. 146. integram inſeruit.

p) Ludouicus IV. a *Joan. Georgio Herwart* defenſus.

Tres ſequentes *Dauid Gregorius Cornerus q)* Abbas Gottwicenſis ad noſtrum dedit, in quarum prima eum rogat, vt nouam editionem *promptuarii catholicae deuotionis* Ingolſtadii primum impreſſi, et Paſſauii recuſi, Auguſtae procuraret. Deinde delineationes monaſteriorum prima occaſione mittere pollicetur. In ſecunda agit de conſtitutionum congregationis Auſtriacae editione. Admonet etiam, vt de ordine noſtro et de tot fratribus bene mereri pergat. In tertia de eodem negotio, et de exornanda epigraphe cum illo tractat.

Epiſtolam quadrageſimam ſeptimam ad Noſtrum dedit HIERONYMUS Abbas *S.* PAULI Vallis Lauantinae in Carinthia, qui de monaſteriis in Carinthia notitiam communicare eidem promittit.

Quadrageſima octaua, nona, et quinquageſima *Joannis Henrici* Abbatis Altachae inferioris; quinquageſima prima *Joachimi* Abbatis S. *Petri* Salisburg. 52. *Pauli* Abbatis Tegernſeenſis; 53 et 54. *Erardi* NIGGELII Monachi Schyrenſis, ſequentes vndeuiginti *Sigismundi r)* Abbatis Seonenſis, qui noſtri amicitia in diuerſis negotiis tam litterariis, quam aliis optime vſus fuit. 75 - 77. *Joannis* Abbatis Lambacenſis, cui Monaſteriologiam inſcripſit, in lingua vernacula. 78. *Sigismundi* Abbatis Seonenſis. 79. *Leonardi* Abbatis Seligenſtadienſis, qui Noſtro monaſterii Erfordienſis delineationem transmiſit. 80 - 100. *Joannis* Abbatis Lambacenſis, cui Noſter percharus fuit in lingua vernacula. 101. *Benedicti* Abbatis Neresheimenſis. 102 - 103. *Andreae* Abbatis S. Viti in lingua vulgari. 104. *Joannis* Abbatis Thierhauptani.

Epiſtolae 105 - 197. ab anno 1618 - 1626. a MARTINO *s)* Abbate Füſſenſi ad noſtrum fuerunt ſcriptae, in quibus haud exigua, ac ſincera in illum fiducia adparet; in negotio enim literario eiusdem conſilium petiit, praecipue autem in editione vitae S. MAGNI ab ſe compoſitae et Auguſtae anno 1621. typis euulgatae STENGELII auxilio vſus eſt. Per iſtum etiam magnam librorum copiam comparare ſtuduit. De aliis negotiis domeſticis ſaepius in partem vocauit.

198. Bulla VRBANI Papae VIII., qua priuilegia cuiusdam monaſterii non nominati anno 1623. confirmata fuere. 199. Epiſtola perbreuis SIMONIS Praepoſiti Dieſſenſis. 200. PETRI Praepoſiti Griphenſis. 201. OTTONIS Monachi Ettallenſis, qui eiusdem monaſterii delineationem mittere pollicitus fuit.

202. HIERONYMI Monachi S. Emmerami Ratisbonae. 203. JOANNIS Abbatis Thierhauptani. 204 - 205. VITI Abbatis Vrsbergenſis, in quarum poſteriore STENGELIUM virum nominat *in optimis et praeſtantiſſimis quibusque ſcriptoribus euoluendis verſatiſſimum, et venerandae antiquitatis ſtudioſiſſimum.* 206. *Joan. Viti* a LERCHENFELS Praepoſiti Litomericenſis. 207. *Martini Symperti* S. J. 208. *Andreae* SCHEFFLER Monachi Benedictini. 209. *Joan. Viti* a LERCHENFELS, qui prelum cum pertinentiis ſuis ad libros catholicae religionis excudendos ex propriis comparauit.

210

q) De viro iſto tam religionis Zelo, quam doctrina celeberrimo, eiusque deuotis operibus conſuli poteſt *Hiſtoria liter. Ord. S. Bened.* P. III. p. 375. et ſeqq

r) Vir erat honoribus prouincialibus magnus, doctrina et ingenio clarus, pietate celebris, monaſtico cultu eximius, qui etiam ad Caeſareae Vindobonenſis bibliothecae profecturam euocatus erat. Plura et erudita ingenii monumenta orbi literario reliquit. Conf. *Hiſtor. Vniuerſitatis Salisburg.* L. II. C. IV. p. 238. *Bernardi* PECII *Diſſert. Iſagog.* in T. I. p. IX. *Hiſtor Literar. Ord.* S. Ben. P. IV. p 702.

s) Fuit Monachus et Prior Aſceterii Elchingenſis, et anno 1614. a Monachis Füſſenſibus Abbas poſtulatus, vir pietate et agendi dexteritate clarus, et eruditionis, eruditorumque amator haud exiguus.

210 - 218. *Antonii* SUCQUETI S. J. quas tum ex Mechlinia, tum ex Roma ad no-
ım annis 1624 - 25. miſit. Occaſionem ad hoc literarium commercium SUCQUETI *Via*
ae a STENGELIO in vernaculam linquam translata, ob quem laborem iſtum laudum en-
miis honorat, gratiasque refert. Rogat etiam, vt ampliorem, atque correctiorem de
dem libro procuraret editionem. Pollicetur, eidem *Teſtamentum Hominis Chriſtiani* Me-
lano mittere.

219. *Jacobi* GRETSERI S. J. quocum intimam vti inferius adparebit, iniit amici-
m. In iſta haec occurrunt ſcitu digna: *Paulum Bernriedenſem et Gerohum Reichersper-*
ſem paſſim requiſiui, ſed nihil erui. Alioquin ſi reperiſſem, integros inſeruiſſem apologiae,
ae excuſa eſt, pro GREGORIO *VII. Sed tamen R. V. mecum hanc curam non deponat,*
rte enim caſu in manus deuenient. Fit enim cum auctoribus ſaepe. quod fere ſemper eue-
in trifolio . Id enim ſi ſtudio omni quaeretur, non reperitur, caſu potius aliquo ſe
pius oſtendat. Idem deſperandum de his gemellis, rarisque Gregorii VII. luculentis defen-
ibus. Ex his patet, STENGELIUM viris eruditis auxilium ſuis literariis notitiis praeſti-
ſe, ſuoque labore alios haud parum adiuuiſſe.

220 - 223. *Matthaei* RADERI S. J. quae ob ſuam eruditionem in adpendice ſub num.
. legendae veniunt.

224. *Joannis* BRUTSCHER S. J., qui Noſtro de libro quodam, qui mihi ille de reli-
iis Ingolſtadii an. 1624. impreſſus videtur, Monachii imprimendo, ſequentia reſcripſit:
oleo de impedimento, quod libro R. V. hic imprimendo obiicitur. Approbatus eſt ille plus-
am oportuit, ſed de cenſura Auguſtana in facie libri Monachii imprimendi ponenda, diffi-
ltas plures ob cauſas tanta eſt, vt mihi adm. R. D. Decanus ad B. V. vnus e ſenatu ec-
ſiaſtico dixerit, ſibi nullo modo videri nouum hunc morem admittendum, nec ſenatum id per-
ſſurum, ſi ab eo petatur; ſed librum Dilingae imprimendum, quandoquidem Auguſtae non
ſſit. Quodſi haec remora non intercessiſſet, ego laborem qualemcunque typi corrigendi liben-
ſime ſuſcepiſſem &c. Epiſtolam iſtam mox cenſura librorum de *reliquiis* ſubſequitur.

226. *Henrici* EISENREICH S. J. in prima eiusdem parte noſtrum his laudibus hono-
t: *Reperi in catalogo librorum... R. V. ſerium ſtudium, quo pluribus iam annis laudabi-*
er ſane conatur ſui Sancti ordinis antiqua domicilia, virosque praeſtantes, virtute, eruditio-
, liberalitate, iam fere ex hominum memoria elapſos, rurſum in lucem proferre: recte ſane;
c enim ratione moderni veterum exemplis inſtruuntur, qua ratione et ipſi pro facultate ſua
uinum cultum propagare poſſint. In ſecunda vero STENGELIUM rogat, vt *Monaſteriologiam*
ibliothecae Landsbergenſi dono dare velit. *Erit enim liber ſic perpetuum beneuolentiae*
ſuus in iſta monumentum.

227. *Chriſtophori* HUETTER. 228 et 229. *Joannis* SIGERSREITTER S. J. per quem
oſter manuſcriptum Epiſcopo Auguſtano offerri curauit. 230. *Manharti* S. J. cui Noſter
ellum de *reliquiis* Monachii imprimendum transmiſit. 231 - 235. *Adami* STRAUB S. J.
ilingae commorantis, qui, Noſtro amiciſſimus, eum ad literarios labores continuandos
andientibus verbis ſtimulabat.

236 - 253. *Georgii* STENGELII S. J. fratris CAROLI ab anno 1619 - 1620. quae tum
miliares, tum etiam literariae ſunt. In iisdem ſaepius iſtum pro laboribus literariis me-
tis celebrat laudibus, nouisque ſtimulis eosdem continuandi excitat. Ex vna earum-
em patet, *Jacobum* GRETSERUM nouam S. PAULINI Epiſcopi Nolani operum editionem
relo ſubiicere voluiſſe; ſcribit enim: *Quod nunc peto, eſt, vt R. T. P.* GRETSERO, *qui*
cunque inter libros anhelat, dignetur mittere, ſi quid aut in veſtra bibliotheca aut Auguſtae
alibi

alibi eſt, de manu ſcripto aliquo opere S. Paulini, diligenter remittetur; nam in eo res eſt, vt S. Paulinus integrior correctiorque in orbem prodeat. Iam multa habentur noua eius opera antehac nunquam viſa. fortaſſe poterit et a vobis ornamentum ſancto addere t).

254 et 255. *Romani* HAY Monachi Ochenhuſani, viri haud exigua eruditione celebris u), qui frequens cum noſtro literarium habuit commercium. In prima epiſtola petiit *retorſionem Conſtantini* CAIETANI *contra apologiam Heriberti Rosweydi in cauſa libri de imitatione Chriſti*: in ſecunda opera *Petri* DAMIANI. Deinde quaedam de SS. GERTRUDE et MECHTILDE in Ochenhuſana bibliotheca reperta eidem mittere deſcripta pollicetur.

256 - 299. *Georgii* STENGELII S. J. ab anno 1620 - 1626. ſcriptae, in quibus maxime de literariis laboribus, ac librorum ab vtroque editorum diſtractione agitur. In epiſtola 257. patet, GEORGIUM anno 1621. *emblema de liga pro theſibus de bello* vnacum eiusdem explicatione qua carmine, qua ſoluta oratione concinnaſſe x). Deinde CAROLI *inſcriptio coronae lucidae* eiusque frontiſpicium laudatur. In epiſtola 262. de *proluſionibus*, et quibusdam *paruis tractatibus* nulli inſcriptis mentionem facit; quanam autem de materia in illis agatur, non adparet. Anno 1622. pro xenio noſtro miſit *laqueos inauſpicatos*, quos hoc anno contra *Jacobum* REICHING retexuit. Huius operis editio ſtatim die, quo vendi caepit, diſtracta eſt, et mox noua procurari oportuit. Eodem anno *Valetudinarium* muſis nouis Hymeneeum *Jacobi* REIHINGI celebrantibus erectum compoſuit noſtro 10. Julii transmiſit. Opus iſtud ita fuit acceptum, vt ad 5000. exemplaria fuere diſtracta. Librum de *Paſſione Domini* a noſtro conſcriptum in eadem epiſtola his verbis laudauit: *Legi librum R. V. de paſſione placet mihi ſumme perſpicuitas eruditio, et pietas, ſpero magnum fructum inde ſecuturum.* Eodem anno 24. Julii noſtro *Salarium ſeu Congiarium Praedicantium* y) miſit.

In epiſtola 267. patet, non *Jacobum* REIHINGIUM ſolum, ſed et *Conradum* CELLARIUM ſibi aduerſarium habuiſſe. Certior etiam fieri cupit, an *Joannes* ZEISLER Dominicanus paedagogus ſuus, quem ſemper vt virum ſanctum ac pium coluit, adhuc in viuis ſit: ſecundo: an veritati conſonus ſit rumor, qui in noſtro monaſterio academiam fuiſſe inſtitutam z) ad eum detulit?

Ad finem anni 1622. edidit ſuum *Aeſculapium*, vti ex epiſtola 270. patet, ſine Autoris nomine. Rogat itaque noſtrum, vt Auguſtae nihil de Autore diuulget, ſed potius ſuſpicionem ab ſe amoueat, poſſet enim tunc audacius ſuos aduerſarios contundere. Anni 1623. initio *adplauſus Symbolici* in Electoris MAXIMILIANI laudem ab Ingolſtadienſi Vniuerſitate ſunt editi. Eodem anno noſtrum pluribus *Gloriae bellicae Maximiliani* Ducis Bauariae ab ſe editae exemplaribus, et aliis *Tractatu* de *ſcientia* et *inſcitia* honorauit.

Ex epiſtolis 285 et 286. colligitur, noſtrum ſua ſcripta hiſtorica, antequam prelo ea commitebat, *Jacobi* GRETSERI iudicio ſubieciſſe. In epiſtola 290. noſtrum de pio *Jacobi* GRETSERI obitu, qui 29. Januarii 1625. contigerat, certiorem reddidit. De iſto ſequentes circumſtantias detulit.

„Vi-

t) Ediderunt, notisque eadem illuſtrarunt Antuerpiae anno 1617. *Fronto* DUCAEUS et *Heribertus* ROSWEYDUS.

u) Typis euulgauit *Aſtrum inextinctum* contra P. *Paulum Laymann* S. J. *Aulam ecclesiaſticam* et *Hortum Cruſianum.* Conf. *Hiſtor. literar. Ord. S. Bened.* P. II. et IV.

x) Hoc opuſculum Cl *Veithio* haud erat compertum.

y) Neque de hoc opere Cl. *Veith* l. cit. mentionem fecit.

z) Falſum fuiſſe iſtum rumorem, noſtrorum ſilentium confirmat.

„ Vixit bonus Pater, et quidem diem ſuum vitamque pie clauſit 29. die Januarii
„ mane paulo ante octauam horam. Cum fere quatuordecim diebus ante de tota vita
„ generalem confeſſionem feciſſet. Extrema vnctione munitus, et viaticum ſacrum e ma-
„ nibus meis ſumſiſſet. Sed prorogauit illi diuina bonitas vitam et rationem, vt longius
„ ſpacium haberet de rebus ſalutaribus cogitandi. Quod et fecit, nec ob aliam cauſam
„ collocutores illibenter admiſit; quin et medicis gratias pro labore egit, ac valedixit, ſe
„ deinceps, inquiens, ſolo medico Chriſto indigere. . . . Et binas epiſtolas ſcribere iuſſit,
„ alterum ad Nob. et ornatiſſ. Dominum Bechlerum conſulem Auguſtanum, quam ipſe
„ mihi ad calamum dictauit, vti et alias quasdam res ac negotia literaria: alteram ad
„ R. V. cuius epiſtolam eo ipſo die accepit, quo tam grauiter laborare coeperat. . . Ita-
„ que et in hac altera epiſtola, quam diſtuli huc vsque et R. V. et Admodum Reueren-
„ do veſtro valedicere ſuo nomine iuſſit, ac pro beneuolentia et beneficentia ſummas gra-
„ tias dicere, et preces ſuas, ſi coelum attingeret, viciſſim promittere: Videtur diem
„ ſuum praeſciuiſſe mirabili ſomnio plusquam octiduo ante monitus. Quod ſomnium nobis
„ ſtatim narrauit. Nam cum de ſpe aut prolongatione vitae nihil ſcire vellet, nihil au-
„ dire, ſed ſemper mortem, coelum optaret, incidit in ſomnium et viſus eſt ſibi in ſup-
„ plicatione incedere, adeoque fatigari vt procedere vlterius non poſſet. Iuſſus tamen
„ ab aliis comitantibus omnes neruos intendere intellexit, ſe reliquas S. CAROLI M. por-
„ tare et ad eum atque vna ad S. POLYCARPUM vsque porro ire, et a manibus S. CA-
„ ROLI S. Euchariſtiam ſumere. Quare deinde rogauit, vt moneretur, ſi dies feſtus S.
„ POLYCARPI et CAROLI M. veniret. Monui eum de S. POLYCARPO pridie, h. e. 25. Ja-
„ nuarii; reſpondit nondum tempus eſſe: monui eum ipſo die . . . iterum nondum placuit
„ tempus; nempe differebatur feſtum S. POLYCARPI in feſtum S. CAROLI M. quo ita de-
„ inceps defecit, vt de feſto POLYCARPI monitus a me tertio acquieſceret, et iam tem-
„ adeſſe ſignificaret. Vix ergo noctem illam peregit, et vna peregit vitam, cum me-
„ dia hora ante adhuc ſemel confeſſus eſſet, hoc eſt hora ſeptima, quod item pridie prae-
„ dixerat. "

Eodem anno 23. Martii *Scarabaeum* ſuum noſtro miſit, et 13. Julii theſes de *Natura et proprietatibus Angelorum*. Deinde ſuum iudicium noſtro de cenſura critica cuiusdam anonymi ſuper eiusdem hiſtoriam Auguſtanam ſequentibus aperit.

„ Remitto tandem Hiſtoriam Eccleſiaſticam Auguſtanam cum cenſura illa critica. . .
„ De cenſura, quae mihi a RR. Auguſtano Principe commiſſa eſt cenſenda, ita breuiter
„ cenſeo, eam non vndequaque indoctam, minus tamen modeſtam aut prudentem eſſe.
„ Itaque nec curanda, nec omnino negligenda eſt. Multa inepte et plane dicis cauſa
„ cenſentur ibi, quae R. V. bene annotauit. Itaque ea diſſimulanda ſunt. Porro ſi R. V.
„ ipſa circa quaedam putat aliquid magis firmandum, vel ſaltem auctorem eius indican-
„ dum, vel etiam mutandum, ſuadeo omnino, vt id faciat; praeſertim cum mihi FORE-
„ RUS *a*) dixerit, cenſuram quidem illam eſſe criticam, tamen nihilominus R. V. bene
„ facturam, ſi quaedam relambat, et limet. Ego alioquin libenter habeo tales cenſores,
„ quia ſaepe digitum tendunt ad ea, quae poſſunt melius dici. Maxime autem haec
„ tria pro fraterna charitate volui admonere: 1mo. vt attendat circa quosdam loquendi
„ modos, qui etſi in ſpeciem ſibi contradicere videantur, quia tamen reuera non con-
„ tradicunt, facillimo negotio poſſunt conciliari et emendari. 2do. Vt in iis, quae cri-
„ ticus

a) Fuit tunc temporis Dillingae.

„ ticus perſtringit, vt dubiae fidei apponat auctores, eosque ea auctoritate citet, qua com„ muniter eſſe conſueuerunt. 30. Vt omnino alteram partem hiſtoriae expediat, et cum „ hac in lucem edat. Tum enim et huius neceſſitas merito apparebit ob continuationem „ et liber longe gratior erit; maxime ſi ea capita attingantur, et accurate recenſeantur, „ quae criticus in fine monet attingenda; ſunt enim vtilia et curioſa. Praeter haec ni„ hil habeo, niſi vt quod R. V. per ſe factura fuiſſet, ipſa corrigat, quae videntur „ ad incudem circa hiſtoriae veritatem reuocanda. Ego etſi ornatus cauſa libris meis hi„ ſtorias aſpergo, tamen hiſtoriae ſcribendae me non dedo, nec dedam; nec enim otio „ ita abundo, et res illa maximi eſt laboris, iudicioque et memoria acri indiget, quibus „ dotibus R. V. me multum antecellit. Nihil igitur video amplius his peractis obſtare, „ quo minus R. V. librum edere poſſit.

In epiſtola 296. ſequentia notatu digna leguntur. „ Summe gaudeo R. V. apologiae „ Conſtantini *b*) ſeſe non immiſcere, plus inde damni quam lucri haberet. Recte etiam „ facit ſeruando ipſa verba, ſic minus non ſolum laboris ſed etiam odii, et plus fidei res „ habebit in hiſtoria inuidioſa. Sed an Auguſtae licebit talia imprimere? Alteram par„ tem hiſtoriae ſuae, quae nondum eſt cenſa, debet mittere, quo primam miſit; nec „ enim me Reuerendiſſimus Auguſtanus vniuerſim cenſorem fecit, ſed primi illius tan„ tum libri, immo cenſoris tantum fecit cenſorem. Cuius ſane nomen non libenter ex„ primo, eſt enim in magna dignitate, et eius ingenii, vt quo plus cum illo ſit colla„ tura, R V. eo minus ſit effectura, praeterquam quod illibentiſſime ſit auditurus, ſe „ poſtquam tam acriter et preſſe cenſuit, proditum, nominatumque eſſe. Et ego, quae „ a principibus ſecreto accipio, non audeo facile reuelare. Spero alium fortaſſe cenſo„ rem R. V. pro ſecunda parte aſſignandum. Ego ipſe iudicium meum libenter anno„ taſſem, ſed partim in hiſtoriis talibus non ſum verſatus, partim ita occupor, vt ne „ meos quidem libros poſſim relegere, aut relambere. Vbi aliquando ad maius otium „ peruenturus ſum, libenter me R. V. impendam. "

In epiſtola 297. de eadem hiſtoria, eiusque cenſore ita ſcribit: „ Dedicationem quo„ que diuidi et duplicem fieri mihi placet, et facile videbimus, vt vtrique ſatisfiat. Non „ dubito Rmum. Auguſtanum cordi habiturum, et R. V. librum et cenſorem, qui illi bene „ eſt cognitus. Miror R. V. ſagacitatem. Dummodo ego non prodiderim, quod a prin„ cipe habeo. Illud addo, cenſorem illum, vt eſt memoria valde excellenti, ita et hi„ ſtoriarum eſſe peritiſſimum, vt proinde R. V. valde iuuare poſſet. Ceterum — quod „ in ſecreto et ſub roſa fraterne dico — in opinionibus eſt admodum ſingularis, et mi„ re pertinax. Quare vel R. V. illum ſequendo fortaſſe ſaepe incideret in ſcopulos, et „ ſi non ſequeretur, in perpetuam contentionem. Quis ergo inter Scyllam et charyb„ din vellet cum tanto periculo nauigare? Ambulet ſimpliciter et confidenter *c*).

In epiſtola 298. noſtro pro *Teſtamento Chriſtiani Hominis* a P. SUCQUET latino ſcripto, et ab illo germanice reddito, ſibi transmiſſo gratias reddit. Mittit et illi Tractatum de *merito et praemio Angelorum* anno 1626. typis euulgatum.

Sequen-

b) Iſta apologia pro GERSENO contra *Heribertum* ROSWEYDUM *Thomae* Kempenſis defenſorem ſcripta eſt.

c) Hiſtoria, cuius in hisce literis mentio facta, eſt *Commentarius rerum Auguſtanarum*, cuius primam partem HENRICUS Epiſc. Auguſtanus data ad noſtrum epiſtola anno 1624. collaudat. Cur autem primum anno 1647. in lucem prodierit, haud exploratum habetur.

Sequentes octo epiſtolae ad noſtrum a *Georgio* ROTH S. J. ab anno 1619 - 1621, ex Eluaco, et Ebersbergae datae ſunt. Iſtae maxime familiares videntur, quamuis hincinde quaedam literaria inſerta occurrant. Has ſequuntur duae a *Romano* HAY Ochenhuſano annis 1718 et 19. ſcriptae; duae *Joannis* MISNER S. J. Oeniponti tunc commorantis: vna *Franciſci* HEIFFERT Regentis Collegii S. IGNATII Mart. Ingolſtadii an. 1618. et altera a *Joanne* DANNENMAYR anno haud ſignificato ſuper inſcriptionem *Commentarii rerum geſtarum* S. PETRI Apoſtoli a noſtro anno 1620. editi miſſa. Eiusdam iudicium ſequens erat: „ Frons operis, quod, vt videtur, adornatu honeſtiſſima, dicam et elegantiſſima eſt, ſeu „ verba ſigillatim ſeu eorum ordinem diſpoſitionemque ſpectes, vt non putem vel apicem „ delendum, vel transponendum. Et forte loco primae vocis — Commentarius — aptior alia poni non poſſet - - - ſi reuera commentarius eſſe debet, quod omnino ſuppono; nam ſi aliter res a D. PETRO geſtas, quam commentando R. V. proponeret vitium „ improprietatis, inſcriptio tunc non effugeret; verum abſque dubio, tractandi modo. „ proprium germanumque vocabulum lucubrationi ſuae praefixit. "

Iſtas epiſtolas excipiunt 86. a *Joanne* RIEBER Monacho Weingartenſi ad noſtrum ab anno 1619 - 1626. ſcriptae, omnium aeſtimatione preloque digniſſimae, quae haud parum lucis iſtius aeui hiſtoriae adferrent, cum veriſſimos triſtiſſimarum rerum tum in ſuperiori Sueuia, in Rhaetia, in Italia, in Heluetia, in Hercynia, Wirtenbergia, Alſatia, tum alibi geſtarum nuntios comprehendunt. Ex iisdem etiam patet, plus quam pro mille florenis per noſtrum libros Scripturiſticos, Patriſticos, hiſtoricos, graecos hebraicos &c. comparaſſe, noſtrique opera in ſuperiori Sueuia diſtraxiſſe, diuerſasque eidem literarias notitias amice communicaſſe.

De certamine literario ob Autorem librorum de *imitatione Chriſti Conſtantinum* CAIETANUM inter, et *Heribertum* ROSWEYDUM inito, haec ad noſtrum Epiſt. 322. ſcripſit: „ Quid quaeſo cogitat bonus P. Conſtantinus Caietanus vlterius agere cum P. Rosweydo; remne permittet quieſcere? Nos habemus hic duo exemplaria MSS. librorum de „ Imitatione, alterum habet ſolummodo tres priores an. 1436. ſcriptos, et in altero ſunt „ 4. Libri, ſed ſine anno; in neutro tamen extat nomen Thomae de Kempis. Bonus „ P. Rosweydus videtur non parum excedere limites modeſtiae religioſae, videtur nihil „ agere et habere in animo, quam vt alterum confundat, et autoritatem eripiat.

Turbulentis iſtis temporibus non eccleſiae ſolum theſaurum Weingartenſes in tutum transtulere locum, ſed literarium quoque abſcondere conati ſunt. Anno vero 1621. bibliothecam iterum expoſuerunt, ſacro ſuppellectili adhuc ad Lacum Brigantium relicto.

Jacobus GRETSERUS quoque apud RIEBERUM vel pro ſe, vel aliis literarium quaeſiuit ſubſidium; ſcribit enim in epiſtola 359. ad noſtrum. „ ſcripſit nuper ad me P. Gretſerus, cupit ad petitionem Colonienſis alicuius, qui euulgare hiſtoriam S. Vrſulae, vt ſi „ quid praeter textum, quem habet Surius de S. Vrſula et Sodalitio, eſſet in noſtra bibliotheca MSS. communicarem. Habemus pauca, et non adeo diſſimilia Surii. Scripſi „ ad varia monaſteria, ſpero me aliquid acquiſiturum. "

Ex epiſtola 387. anno 1624. ad noſtrum ſcripta RIEBERUS quaedam opera prelo ſubieciſſe videtur; ſcribit enim: „ Heri finiuit typographus et compactor noſter tandem „ vitam et miracula ſuperioris anni 1623. *Bonae Bethae* ſiue *Eliſabethae* in *Reuthin*, quae „ pro ſalutatione hac occaſione commoda volebam R. V. mittere.

In

In epiſtolis 393 et 394. RIEBERUS noſtrum de obitu Abbatis S. MAXIMINI prope Treuiros, de electione noui abbatis, de dilata SS. Pontificis confirmatione, de ſub-et obreptitie obtenta ab Archiepiſcopo Treuirenſi impetrata SS. Pontificis Bulla, qua Abbatia iſti in commendam fuiſſet tradita, de proteſtatione capituli San-Maximiniani, de cauſa ad Caeſaream Maieſtatem deuoluta, indeque deciſa, certiorem reddidit.

Epiſtolae 402 - 413. a *Romano* HAY Monacho Ochſenhuſano, Viro graphicae artis gnaro ab anno 1619 - 1623. datae. Ex earum prima, vti ex epiſtolis Rieberianis, noſtrum de Sermonibus Abbatis Vercellenſis, eiusdemque commentario in Cantica Canticorum nouam editionem inſtruere voluiſſe, colligitur. Scribit itaque: Sermones Abbatis Vercellen„ ſis, eiusdem commentarium in cantica canticorum, prout receperam, apud nos inter „ MSS. inquiſiui, nil tamen reperi; Ex monaſterio S. Galli nullum adhuc ea de re re„ ſponſum accepi." Ex reliquis patet, *Romanum* multos ſibi comparaſſe libros, ac imagines viros iſtius ſeculi illuſtres repraeſentantes haud exiguo aere emiſſe.

In epiſtola 405. de quodam noſtri monaſterii Monacho, artem typos aeneos coloribus illuminandi callente, mentionem facit. Quisnam autem iſte fuerit, ex noſtris Scriptoribus cognoſci nequit.

Epiſtolae 415 et 416. Dilinga a *Benedicto* HENRICO noſtri aſceterii Monacho, ibidem ſtudiis vacante, ad noſtrum datae ſunt.

Epiſtolae 416 - 426. a fratre *Ferdinando* FREY noſtri Aſceterii Monacho ex Dilinga, vbi tam philoſophicis, quam theologicis operam nauabat ſtudiis, intra annos 1622 - 1625. ad STENGELIUM miſſae ſunt.

Epiſtolae 427 - 440. a *Friderico* PLANK *d*) Monacho San-Vlricano, dum Salisburgi nondum presbyteratus ordine inauguratus primae grammatices regulas iuuenibus enuclearet, et deinde theologicis vacaret diſciplinis, annis 1620. 21. 23. et 24. ſcriptae ſunt. In iſtis quaedam ad vniuerſitatis Salisburgenſis hiſtoriam illuſtrandam inueniuntur.

Epiſtolas 441 - 43. *Antonius* SCHRENK ex Ingolſtadio 444 - 449. ex Salisburgo ad noſtrum dedit. In prima haec notatu digna reperiuntur. „ Quibus — literis — pro colla„ to in me beneficio, quo me ad ſtudia promouere Paternitas veſtra dignata eſt, vti prius „ coram, ita et nunc per literas, gratias, quas poſſem, agerem. Agnoſco nunc pri„ mum fortunam mihi fauiſſe, et Paternitatem veſtram — quod falſo ante annum ali„ quamdiu putarem, pro quo etiam veniam ſupplex peto — me nunquam dereliquiſſe, „ ſed prae ceteris ſemper amaſſe, et promouiſſe. Sunt hic occaſiones proficiendi multo „ plures, quam Dilingae, habemus enim ſingulis diebus repetitionem ante prandium Aca„ demicam et poſt prandium domeſticam."

In epiſtola 444. idem ad noſtrum 8. Dec. 1624. data, ſequentia memoriae digna de *Thoma* MARIANO *e*) ſcripſit: „ Sediit P. D. Thomas Marianus ex Italia die D. Andreae ſacro

d) Iſtius viri celeberrimi, eiusque ſcriptorum iam Vol. I. pag. 48. 49. 127. et ſeqq. mentionem feci. Eodem tempore Salisburgi Studiis theologicis vacabant noſtri aſceterii Monachi *Ferdinandus* FREY, *Antonius* SCHRENCK, et *Nicolaus* HEINRICH.

e) In *Bibliotheca Benedictino - Caſſinenſi* D. ARMELLINI p. 198. legitur *Mannarinus*, fuit natione Sicuſus, patria Panormitanus, egregius tam Theologiae, quam Juris Canonici Doctor in S. MARTINI de Scalis Monaſterio O. S. B. Panormi Monachus, opera et interuentu *Conſtantini* CAIETANI Abbatis ſub initium Vniuerſitatis Salisburgenſis Salisburgum venit, tam Theologiam quam ius Canonicum ibidem publice legit. Anno 1627. in Italiam iterum rediens, anno 1636. naturae debitum in ſuo monaſterio ſoluit, ſequentia ingenii ſui monumenta relinquens: Commentarios in ſummam D. Thomae in

„ ſacro laetus et incolumnis, qui Patauii poſt rigoroſiſſimum octo dierum examen, in quo „ ſexaginta quatuor examinatores ſuſtinuit, totius Patauiae vrbis et praeſertim Patrum „ ſuorum applauſu Doctor Canonum creatus eſt, promotores ipſius — Horum quatuor „ erant — inter cetera eius elogia Profeſoribus huius vniuerſitatis ſcripſerunt, illum non „ amplius *Marianum*, ſed *magnum in Jure Canonico Abbatem Panormitanum* merito eſſe „ *appellandum.*' Ad finem haec habentur: „ Nos quoque ex veteri noſtra S. Petri ſpe- „ lunca cum conuictu noſtro ad collegium Profeſſorum migrauimus."

In epiſtola 446 de *Mariano* ſequentia habet: „ Profitetur Ius Canonicum ſumma cum „ laude, magna tamen aemulatione Profeſſorum Juris ciuilis, qui eius ſolemni initio no- „ luerunt intereſſe, et ſimul etiam proteſtati ſunt, ſe illum in collegio Juriſtarum non paſ- „ ſuros fruſtra tamen, tum quia Canones ciuilia praecedunt, tum quia ita voluntas Ill. „ Principis expoſcit. Habet Auditores minimum 50."

In epiſtola 448. 19. Aprilis 1625. data haec leguntur: „ Noua pauca habemus, niſi „ priuilegia Academiae Romam a Summo Pontifice *f*) confirmanda per Illuſtriſſimum „ Principem Salisburgenſem ſint miſſa *g*). Idem Illuſtriſſimus Princeps *h*) in feſto S. P. N. „ Benedicti diuino officio in aula academica, et prandio in refectorio interfuit, vbi mi- „ rum ſui animi erga ordinem et academiam noſtram affectum ſufficientiſſime oſtendit, „ nos videmur magis deeſſe, quam ille: exhiberet ſe etiam erga nos admodum libera- „ lem, niſi militares expenſae, et propugnacula crumenam eius exhaurirent; laborant „ ſupra 500. continuo in munitionibus, mons ciuitatem circumiens, in muri ſimilitudinem „ totus deciditur, et deplanatur."

Epiſtolae 450-458. a F. *Nicolao* HENRICO noſtri Aſceterii Monacho tum ex Salisburgo annis 1624 et 25. tum ex Dilinga anno 1626. ad noſtrum ſcriptae ſunt.

Epiſtolae 459-465. a Fr. *Benedicto* HEINRICH Aſceterii noſtri Monacho ex Dilinga, vbi ſtudiis tam philoſophicis, quam theologicis vacabat, ad STENGELIUM miſſae ſunt.

Epiſtolas 466 *Romanus* HAY ad noſtrum anno 1623. ex Ochſenhuſio ad noſtrum ſcripſit; in iſta agit de editione imaginum Sanctorum Ordinis S. Benedicti. 467. vero ex Vmendorfio, vbi forſitan Praefectum agebat, anno 1625. transmiſit.

Epiſtolae 468. a *Marco* HENNINGEN, qui in Lyceo Annanaeo quondam praeceptoris officio fungebatur, anno 1621. 469. a *Melchiore* SEGEN Bibliopola Monacenſi an. 1626. 470. a *Joan. Friderico* RESS eleemoſinam petente, ſcriptae ſunt.

Nicolaus CHRISTELIUS Subprior et Prior Andecenſis intra annos 1620-26. quinque ad noſtrum dedit epiſtolas literarias, in quarum penultima de SS. Corporis et reliquiis a familia *Filliana* per Bauariam diſtributis, et adhuc ſub eiusdem cuſtodia reſeruatis mentionem fecit. Diſtributa ſunt ſequentia: Corpus S. PONTIANI Papae et Martyris ad eccleſiam Ereſinganam: S. ANTHERI Papae et Mart. ad eccleſiam Pollinganam: S. FORTUNATI ad Andecenſem: SS. VITALIS et SYLUANI Martyrum, ac SS. ROMULAE et CONCORDIAE Virg. et Mart. ad Grainershofenſen: cuiusdam ignoti ad Windacenſem translata fuere. In vltima congregationis Ord. S. BENEDICTI erigendae meminit.

 Tri-

in 12. Prophetas minores, in Regulam S. Benedicti: librum de Priuilegiis Caſinenſibus: librum de religionis nobilitate: Concordiam iuris Canonici et Ciuilis: Sermones, orationes funebres, et diſcurſus hiſtoricos.

f) Vrbano VIII.

g) Confirmationis Bulla eodem anno data in Hiſtor. Vniuerſ. Salisburg. pag. 54. et ſeqq. inſerta eſt.

h) *Paris* Comes *Lodronius* glorioſus Vniuerſitatis Salisburgenſis fundator.

Tribus ſequentibus epiſtolis de monaſterii Neresheimenſis delineatione, eiusque deſcriptione *Joannes* SUARTZ ibidem Prior anno 1619. noſtro ſcripſit. De iisdem in duabus aliis *Thomas* WEIS ibidem Monachus cum noſtro egit.

Epiſtolae 482 - 83. a *Joanne* MAGNO Priore Deggingenſi anno 1620. ad noſtrum datae ſunt; Tres ſequentes vero a *Joanne Winhardo* Priore Thierhauptano, qui eiusdem monaſterii delineationem, et deſcriptionem anno 1619. noſtro communicauit. Epiſtolas 488 - 492. *Maurus* MARIUS Prior Benedictoburanus, cui noſter monaſteriologiam diſtrahi commiſit, intra annos 1619 - 21. ſcripſit.

Epiſtolas 494 - 98. *Andreas* SCHEFFLER Prior Blankſtadii anno 1621. ad noſtrum dedit; quatuor vero ſequentes anno 1625. In vna earum eumdem de facto nefando admodum Monhemii ab Acatholico perpetrato certiorem reddidit. In reliquis de literariis tantummodo cum eodem contulit.

In epiſtola 505. ad noſtrum anno 1620. data *Guilelmus* HILLENSON Monachus Salemitanus quaeſtiones de iurisdictione monaſteriorum Benedictinorum et Ciſtercienſium propoſuit.

Epiſtolam 506. *Balthaſar* HORNSTEIN Monachus Salemitanus, Dilingae ſtudiis vacans, anno 1619. ad noſtrum ſcripſit, ac imagines Mallerianas ab iſto procurari petiit.

Epiſtola 507 et 508. a *Benedicto* AMMAN Monacho Einſidlenſi ad noſtrum an. 1622 et 23. datae ſunt. Princeps Abbas pro Monaſteriologia a noſtro miſſa, eumdem Analibus Einſidlenſibus *i*) honorauit.

Epiſtolam 509. *Thobias* ROESCH Monachus San - Blaſianus anno 1620. ſcripſit. Petiit ab iſto STENGELIUS monaſterii San - Blaſiani Hiſtoriam, quam tamen obtinere haud potuit; *eoquod Annales eiusdem iam multo tempore deeſſent, immo iisdem receptis operoſiſſimus eſſet labor, donec fragmenta potius, quam vera aliqua narrationis ſeries in ordinem digereretur, ac potiſſimum clauis hiſtorica, annorum nimirum certitudo, et conſonantia inuenirentur.* In fine de Patrum S. J. Friburgi Brisgoiae aduentu ſequentibus noſtrum certiorem fecit: „ Noui, quod ignotum eſſe Auguſtae poterit apud nos nihil, niſi id fortaſſe, „ PP. Jeſuitas Friburgi Brisgouiae receptos, a proxime venturo D. Michaelis feſto profeſ- „ ſuros eſſe humaniora, philoſophica, ac Theologica ſtudia. “

In epiſtola 510. *Joannes* STROHMAYR Monachus Elchinganus, et primus Scholarum Salisburgenſium Praefectus anno 1620. noſtrum de quibusdam libris diſtractis et diſtrahendis certiorem reddidit. De ſtudii ſtatu ita ſcribit: „ Ceterum res noſtrae, Dei beneficio, „ feliciter hic ſuccedunt, aduolant quotidie ſtudioſi, et augetur numerus. Religioſi adſunt „ 38. Profeſſores 11. ſtudioſi circiter 350. e quibus vnus Comes Lodronius, Barones 10. „ nobiles plurimi. Stabulum aulicum, magnificum certe aedificium, quod Archiepiſcopus „ vltro obtulit, profeſſores non receperunt certis ex cauſis. “

Epiſtolas 511 et 12. noſter obtinuit a *Simone* GRAB Monacho Wiblingano. In prima iſte ab illo *Joannis* SCAPULAE Lexicon graecum poſtulauit: in ſecunda de denegatae deſcriptionis, et delineationis eiusdem monaſterii cauſam oſtendit.

In epiſtola 513. *Ferdinandus* Subprior Vrſinenſis a noſtro conciones *Abrahami* BZOUII et quaedam biblia ſibi mitti petiit.

Quatuor ſequentes epiſtolas anno 1622. *Joannes* NESES Suprior et Philoſophiae Profeſſor Vrsbergae ad noſtrum miſit, et theſium philoſophicarum impreſſionem commiſit. Excuſat ſe de tam diurna pro iisdem ſolutione dilata.

Quin-

i) A *Chriſtophoro* HARTMANNO anno 1610. editis.

Quinque ſubſequentes a Fratre Capucino MAURO nomine, cui impreſſionis librorum ſuorum, et imaginum aeri a *Sadlero* incidendarum negotium Monachii STENGELIUS commendauit, anno 1622. ſcriptae ſunt. In vltima eidem Religioſum quemdam ordinis S. BASILII, in Germaniam miſſum enixe commendauit.

Epiſtola 523. ſcripta fuit a *Friderico* ROMELL Canonico Praemonſtratenſi Roggenburgi ex Dilinga, vbi ſtudiis theologicis vacabat. In iſta ſcribit, ab Abbate ſuo curam ſibi fuiſſe demandatam, monumenta, et priuilegia ordinis Praemonſtratenſis colligendi, aſt parum domi a ſe fuiſſe repertum. Itaque cum Abbates Campidunenſes et San-Vlricani eorum fuiſſent conſeruatores, rogat STENGELIUM, quem virum in eccleſiaſticis monumentis verſatiſſimum laudat, vt per otium archiuum noſtrum conſuleret, et ſi quid eorum repererit, quod lucem mereretur, ſibi communicare non grauareretur.

In epiſtola 524. a *Joanne* EGONIO Monacho Augiae diuitis noſtro plura exemplaria meditationum in Reg. S. B. poſtulantur. In fine eidem noſtrum, vt, quamprimum fieri poterit. ſecundam lucidae coronae partem imprimi curaret, admonet.

Epiſtolas 525-553. *Joannes Henricus* a PFLAUMERN intra annos 1623-25. ad STENGELIUM noſtrum, amicum ſuum ſinceriſſimum tum ex Moesburgo, quam Vberlinga dedit: Primarium huius literarum commercii caput erat, editio *Mercurii Italici*, quam Auguſtae parari optabat. Noſtro itaque hoc commendabat negotium, quod etiam in ſe libenti ſuſcepit animo. Cum itaque nullus Bibliopola opus iſtud prelo ſubiicere voluiſſet, PFLAUMERUS propriis ſumtibus tam operis impreſſionem, quam tabulas aeri incidendas procurare ſtatuit. Typographum elegit *Andream* APERGERUM, cui pro qualibet plagula quatuor ſoluit florenos; tabulas vero aeri incidi per *Wolfgangum* KILIANUM Calcographum celeberrimum fecit. Exemplaria mille et ducenta imprimi iuſſit. Correctorem ſui operis in Collegio Patrum Societatis Jeſu conduxit. Prima harum literarum ob ſuam eruditionem omnibus comperta ſit, itaque in adpendice ſub N. XII. exſcriptam exhibebo.

553-555. a *Bartholomaeo* HOLL Priore ad S. Crucem Werdeae an. 1623 et 24. exaratae ſunt. 556. a *Mauro* MAYR Priore Benedictoburano, in qua ab noſtro meditationes in Regulam S. Ben. tum ab iſto tum a Gallo quodam compoſitas poſtulat. 557. a *Bartholomaeo* WEILER Monacho San-Blaſiano et Morum Cenſore, in qua imprimis grates pro beneficiis et ſeruitiis ipſi in noſtro aſceterio morbo laboranti praeſtitis refert: deinde delineationem monaſterii San-Blaſiani ob eius imperfectionem haud communicandam fore, refert. 558. a *Jodoco* HOESLIN Monacho Fabarienſi tam meditiones in *Reg. S. Ben.* tum alios libros a noſtro enixe poſtulante. 559. ab *Alberto* KEUSSLIN Monacho Otteuburano et primo Vniuerſitatis Saliſbürgenſis Rectore *k)* anno 1622. in cauſa quadam haud literaria ad noſtrum miſſa. 561. ab *Erneſto* GASSNER Monacho Ottenburano, qui ſui Abbatis nomine plura meditationum in Reg. S. Ben exemplaria expetiit.

562. eſt *Georgii* MIINZ Monachi Thierhauptani Germanum ſuum ad Parochiam in Todenweis commendantis. 563. a MIINZIO Ord. Praedic. ex Francofordia ad noſtrum fuit miſſa, cuius argumentum obſcuritate haud caret. Eius initium hoc eſt: „ honeſtiſſimam „ tuam petitionem. prout decuit amicum amico ſeruire perlubenter ſuſcepi. In primis „ non falleris hoc in loco tempore nundinarum, typographos confluere, ſed ſimul ſcias „ cenſores et ariſtarchos et multos ſimul adeſſe. Pro amici officio apologiam multis obtuli,

k) De viro iſto tam virtute quam doctrina celeberrimo, qui anno 1626. Abbas S. Petri Saliſburgi poſtulabatur, eiusque ſcriptis in *Hiſtoria Vniuerſitatis Saliſburgenſis* p. 288. et *Chronico San-Petrenſi* p. 530. et ſeqq. fuſius agitur.

„ obtuli, argumentum libri praeclari typographis commendaui, ſed cenſura erat — con-
„ tra noſtros eſt — durum erat omnibus contra ſtimulum calcitrare. Patribus enim ſo-
„ cietatis rerum perſonarum librorum eſt indeclinabile iudicium. Quare circa efflagitata
„ fuit meus labor irritus et inanis. Inſuper noſter R. P. Prior Joannes Dandels pro ſua
„ eruditione et dexteritate iuuiſſet, ſi crabrones fruſtra excitare non fuiſſet veritus. Cre-
„ das Carole hoc genus hominum multum peramplius quam nos hac regione in ſpecula
„ cenſores ferme omnium rerum ſedent."

564. a *Ludouico* Priore Steingadienſi, qui ſuas theſes prelo mandandas commendauit. 565-67. a *Mauro* FELDECKER Monacho Rhenouiano, Dilingae ſtudiis vacante, ad noſtrum datae, et plures libri poſtulati ſunt.

Epiſtolas 568-581. tam ſtili venuſtate, quam argumenti grauitate praeſtantes *Erhardus* NIGGELIUS Monachus Schyrenſis ad noſtrum tam ex Schyra, quam Salisburgo *l*) an. 1620-23. miſit. In prima amiciſſimis verbis referta, *Joſephi* BARBATI praeceptoris ſui manſionem explorauit. In ſecunda *Arnoldum* Bauariae Ducem iure *Malum* ex antiquiſſimis monumentis demonſtrare promittit. In tertia fruſtra a GERWOLDO antiquatam *Arnoldi* famam eradi ſcribit. In reliquis de ſtatu ſtudiorum, ſtudioſorum, et profeſſorum Salisburgenſium, praeſertim de SYLUANO Ottenburano noſtrum certiorem reddidit. In vltima Chronicon Schyrenſe a *Stephano* Abbate editum eidem mittere promiſit. Omnes iſtae epiſtolae publici iuris fieri ob ſuam eruditionem merentur; aſt cum praeſens nimis excreſceret volumen, ſaltem tres priores in Adpendice Num. XIII. integras ad lectorum oculos ponam.

582. a F. *Vito* SEIDL ex Ingolſtadio anno 1618. ad noſtrum data, in qua ob deſcriptionem monaſterii Seonenſis certiorem reddidit. 583. a *Romano* HAY Ochſenhuſano anno 1623.

Epiſtolas 584-597. *Syluanus* HERTZOG Monachus Ottenburanus, primus Salisburgenſis Gymnaſii Rector ab anno 1618-1621. ad noſtrum tam de ſtudio nouiter introducto, vniuerſitate erigenda, quam de aliis literariis negotiis ſcripſit. Ex prima earum ſat clare patet, quam cordi, quamque curae fuerit *Joanni* Abbati noſtro Salisburgenſe ſtudium; ſcribit enim:

„ Reuerendiſſimo D. Praelato obſequia et officia paratiſſima, quem praeterea meo
„ nomine obnixe rogare dignetur vt hoc Sazburgenſe negotium feliciter per Dei gratiam
„ coeptum ſibi vt hactenus commendatum habere velit, aliosque DD. Praelatos minus ad
„ hanc rem animatos ſua autoritate et feruore in ordinem noſtrum adhortari et excitare
„ non intermittat; omnia eſſe optimo loco nec quicquam me deſiderare quam vt ſpatio
„ vnius horulae ipſius R. P. S. colloqui et coram exponere poſſim, magnam inde volup-
„ tatem capeſſuram. Nos officio noſtro non defuturos ſed pro honore S. P. N. Benedic-
„ ti ſtrenue laboraturos, modo non deſtituamur Patrocinio et ſubſidio DD. Praelatorum."

In ſecunda ſe *Conſtantino* CAIETANO librum ſcilicet prelo ſubdere, ſatisfacere non potuiſſe, excuſat. Deinde noſtrum enixe rogat, vt pro ordinis noſtri honore, et pro ſua ſin-

l) Primus ibidem Vir e *noſtris* et *ſcenis* notiſſimus ab anno 1622-24. leges Rhetorices propoſuit. Reliquum vitae tempus in Mariano cultu, praedicando verbo diuino et inſtruendo concredito ſibi grege conſumſit, mortuus in vrbe Auſpicenſi, haud ignobili Morauiae oppido anno 1640. Scripſit *Marianos Benedictinos* et opera bona *Ludouici Bauari Imp. contra Abrah. Bzouium*. Primum opus Salisburgi anno 1623, ſecundum Ingolſtadii 1628. in lucem prodire. V. *Hiſtor. Vniuerſ. Salisb.* p. 339. et Hiſtor. Lit. Ord. S. Ben. P. IV. p. 480.

ſingulari, qua pollet, dexteritate, ludum ſcolaſticum de S. RUPERTO Epiſcopo Salisburgenſi, proximo autumno exhibendum componeret.

In tertia gratias noſtro pro ludo de S. *Ruperto* optime compoſito refert. Rogat, vt theſes in praeſentia Principis Salisburgenſis defenſas diligenter legat, et iudicium ſuum ſincere detegere velit. Scribit, primum aedificii lapidem magna cum ſolemnitate fuiſſe poſitum, compoſito ad eam carmine. Laudat inſuper *Conſtantini* CAIETANI ſtudium Salisburgenſe promouendi feruorem. Falſum de ſua valetudine per Sueuiam ſparſum rumorem confutat. Deinde Cremiſanenſis Abbatis Caeſarei delegati nuntiat aduentum.

In quarta curare promittit, vt ludus de S. *Ruperto* taliter exhibeatur, vt nihil auctori de commentatione derogetur. *Conſtantinum* CAIETANUM theologiae Profeſſorem ex Italia mittere velle, ſed ſine Salisburgenſium reluctatione, ſcribit. De eiusdem libro prelo Salisburgi demandato noſtro exemplar promittit. Ad S. VDALRICI Epiſcopi Auguſtani vitam, quamdam eidem communicat notitiam.

In ſequentibus tribus epiſtolis agit de quodam ſymbolo aeri incidendo, de opere *Conſtantini* CAIETANI Salisburgi typis euulgando, de conuentu Praelatorum dioeceſis Salisburgenſis.

In octaua ſcribit praeter alia, Benedictinorum ſcripta per Archiepiſcopi ſpeciale decretum fuiſſe ab omni communi cenſura exemta.

In nona ſcribit: „ Quoad libros reſpondebo proxima occaſione, et forte coram, au„ dio enim apud vos inſtituendum conuentum DD. Praelatorum, cui fortaſſis ego tan„ quam minimus Apoſtolorum interereo *m*).

In decima noſtrum ob monaſteriologiam editam laudum encomiis celebat: ob monaſterii Ottenburani omiſſionem miratur, item de *Conſtantini* CAIETANI ſilentio.

In vndecima noſtrum de morte Archiepiſcopi *Marci* SITTIO, et nouiter electo PARIDE, quem Virum *pietati addictum*, *diuini honoris ſtudioſum*, et omnium *religioſorum amatorem* laudat, atque de priuilegiis a Caeſare noui Archiepiſcopi interuentu obtentis, ac de vniuerſitatis ſtatu, ſtudioſorumque numero certiorem reddit.

In duodecima queritur de CAIETANI ſilentio, et eumdem ſecum male contentum eſſe ſuſpicatur. Scribit, a RR. Paaeſide ab eodem fuiſſe theologiae profeſſorem poſtulatum. Laudat Praelatorum ſtudia promouendi ardorem. De Fr. *Friderici* PLANK diſceſſu haud parum queritur.

In decima tertia *Caietanum* de ſe male fuiſſe informatum, ſcribit. Benedictinum collegium Romae ab illo erigendum gratulatur. Acerbas de *Friderico* PLANK abituriente querelas mouet. Poſtulat 24. Vitae S. *Benedicti* exemplaria.

In vltima noſtrum P. *Simpertum*, eiusque conuerſationem laudat. Rogat inſuper, ſi Fr. *Fridericus* pro more ſuo minus bene de Salisburgenſibus loquatur, vt eius impudentia coerceatur *n*).

Sequentes quinque epiſtolas annis 1620 et 21. *Dionyſius Philippus* RIT Monachus S. *Emerammi* Ratisbonae ad noſtrum dedit. In iisdem mutua inter vtrumque amicitia adparet. In ſecunda, *Stengelium* Abbati San-Emeramo opus quoddam — Quodnam illud fuerit

m) De duobus conuentibus in noſtro monaſterio in cauſa Vniuerſitatis Salisburgenſis habitis videatur *Khammii* Hiererch. Aug. P. Reg. p. 138.

n) Non *Fridericus* noſter tantum, ſed et alii de *Syluano*, et ceteris Ottenburanis, vti ex praecedentibus literis patet, frequentes mouere querelas.

rit haud exploratum habetur — dedicaſſe colligitur. Dein bellicos tumultus ac tempeſtates in annuis prouentibus magna intuliſſe damna, refert. 603 et 604. *Melchiore* STURMIO Cancellario S. *Emerammi*, cui in aliquo negotio noſter inſeruiit, ſcriptae ſunt.

605. ab *Adamo* ZELIN Romae anno 1619. ad noſtrum data eſt, in qua, ſe ad *Caietanum* morbo tunc laborantem venire haud potuiſſe, iſtum certiorem reddidit. 606. a *Salomone* JANISCH, et 607. a quodam SCHELNER nomine. 608-613. ab *Andrea* BURCKHARDO Monacho Thierhauptano annis 1621 et 22. in diuerſis negotiis ſcriptae.

614. a Fr. *Vdalrico* Monacho Ettallenſi anno 1622. data, in qua noſtrum, vt literas ad CAIETANUM Romam mitti curaret, enixe rogat. 615. a *Georgio* STELZ Monacho Nideraltachenſi anno 1620. miſſa, qua eum, vt hiſtoriae Auguſtanae defectum ſuppleret, obſecrat. 616-18. a *Bernardo* HERTFELDER tunc Priore tum ex Wittelsbachio, tum ex Goeppinga data.

Epiſtolas 619-626 *Florianus* RAUSCH Monachus San-Vlricanus Vrſino, quo ab anno 1618. vsque 1620. hoſpes morabatur, et 627. Fultenbachio, vbi Prioris officio fungebatur, anno 1622. ad noſtrum ſcripſit. Ex prioribus diſcitur, Vrſini eumdem Bibliothecam, in qua tempore belli ruſtici fere omnes libri igne conſumti ſunt, in ordinem redegiſſe, eiusdemque monaſterii hiſtoriam ex codd. MSS. congerere ſtuduiſſe. In vltima earum noſtro grates refert, ob *laborem*, *induſtriam*, et *paternum affectum*, quibus Abbatem Fultenbacenſem admonuit, et excitauit pro librorum theſauro et quidem viliſſimo pretio comparando.

628 et 29. a *Symperto* BERCKMILLER Monacho San-Vlricano anno 1621. Salisburgo, vbi logicam non ſine adplauſu docebat, ad noſtrum miſſae ſunt. In prima ab iſto libros pro proemiis diſtribuendos poſtulat: in ſecunda de nimiis et grauiſſimis negotiis et occupationibus ſibi impoſitis, de Archiepiſcopi in profeſſores fauore, eiusque animo quinque profeſſores Benedictini Ordinis in aliam ciuitatem *o*) mittendi, de diſcipulorum ſuorum praeſtantia, de priuilegiis a Caeſare Vniuerſitati conceſſis certioram reddit: denique iſtum rogat, vt, cum maioris Congregationis Praeſidium impoſitum fuiſſet, eaque legibus et ſtatutis careret, pia quaedam opera, vel orationes ſodalibus conuenientes, ex quibus pius et bonus libellus pro xenio compingi poſſit, transmitteret.

631-638. a *Benedicto* HENRICO Monacho San-Vlricano Dilinga, vbi ſtudiis Philoſophicis et Theologicis operam nauabat, ad noſtrum miſſae ſunt.

Vltimum huius voluminis locum obtinet carmen, quo noſtrum *Elias* EHINGERUS Auguſtanae Bibliothecae Praefectus anno 1626. veneratus eſt. Legitur illud in *Franc. Antonii* VEITH *Bibliothecae Auguſt. Alphab. III.* p. 153.

Epiſtolae iſtae breuiter recenſitae ad *Carolum* STENGELIUM in noſtro adhuc monaſterio commorantem, tum ab amicis ac confratribus in diuerſis negotiis tam auxilii quam conſilii ergo, tum a variis eruditis, qui eumdem vel in diuerſis ad rem literarium pertinentibus inſtruebant, vel magnis laudum encomiis ob opera, tam ad aedificationem, quam eruditionem edita, praeſtitis ad laborem perſequendum excitabant, vel ipſi eumdem in variis conſuiere volebant, ſcriptae ſunt. Vtinam et reliquum epiſtolarum commercium illis temporibus, quibus Abbatiam Anhuſanam adminiſtrabat, fatalibus caſibus et triſtiſſimo exilio per plures annos agitabatur, ac quae tandem in noſtro aſceterio viuebat, cum diuerſis habitum reſtaret, plures certe illius aeui viciſſitudines diſcere potuiſſemus.

o) Erat iſta Radſtadium, in quo iam 1628. varias ob cauſas totum intermiſſum fuit ſtudium. Hiſtor. Vniuerſ. Salisb. p. 51.

mus. Ex iſtis autem ſolummodo a Cardinalibus *Burgheſio*, *Chiſio*, et *Natali Rondinino* ſcriptae, et a Cl. *Veithio* in *Alphabeto III. Bibl. Auguſt.* exhibitae ſuperſunt.

LXX.

Chronicon Vrsbergenſe dictum. Accedunt quaedam de Guelfis, et de vrbe Auguſta. in fol. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

Chronicon praeſens 256. foliis contentum, in duabus columnis quadruplicis generis charactere ſcriptum eſt. Primus, quo potiſſima eius pars exarata eſt, et ſecundus venuſtus ac perſpicuus eſt; reliqui vero venuſtate omnino carent. Charta firma eſt, et polita. Abbreuiationes verborum non ita frequenter occurrunt. Jota virgulam ſibi impoſitam exhibet. Praeter punctum nullum aliud conſpicitur diſtinctionis Signum. Tituli et initiales literae rubro colore ſunt expreſſae.

Incipit ab hiſtoria Gothorum, et interrupto ordine ab eadem manu ſcriptum vsque ad finem perducitur. Si tituli et finales ſubſcriptiones conſiderantur, cum editione Peutingeriana anno 1515. typis euulgata omnino conuenit. Illi ita leguntur: *Hiſtoria Gothorum: De Amazonibus: de origine Hunnorum: Anni Gratiani: Anni Theodoſii*: In huius hiſtoriae fine legitur: *Hucusque eccleſiaſticam Hyſtoriam euſebius rufinus perduxit.* Sequitur deinde: *Anno dominice incarnationis CCC. XCVIII.* &c. *Anni Archadii: Anni Honorii*: In fine huius: *Paulus Oroſius presbyter librum ſuum hyſtoriarum a condicione mundi huc vsque perduxit. Olimpias CCCC. Anni Theodoſii iunioris: Anni Marciani: Anni Leonis: Anni Zenonis: Anni Anaſtaſii: Anni Juſtini: Anni Juſtiniani*: In fine iſtius: *Hucusque iordanis epiſcopus cronicam ſuam perduxit ab adam. Anni Juſtiniani iunioris: Hiſtoria Longobardorum: Anni Tiberii Conſtantini: Anni Mauricii: Anni Phocae: Anni Heraclii: Tempus Conſtantini: Anni Heraclone: Anni Conſtantis: Anni Conſtantini: Anni Juſtiniani: Anni Pipini: Anni Leonis: Anni Tiberii: Anni Pipini*: In huius fine: *Beda venerabilis presbyter Anglorum cronicam minoris libri ſui hucusque perduxit. Anni Juſtiniani: Anni Philippici: Anni Anaſtaſii: Anni Caroli ſenioris: Anni Theodoſii: Anni Leonis III.* In fine huius: *Hucusque Beda cronicam ſuam in maiori libello perduxit. Anni Conſtantini: Anni Pipini et Carlomanni: Anni regni Pipini: Deſcriptio Karoli magni et actuum eius: Deſcriptio terrae Hunnorum: Anni Karoli magni .1. Anni Conſtantini XXVIII. Anni Leonis: Anni Conſtantini* 1. *Anni Karoli XVII.* In huius fine: *Hucusque romanum imperium a temporibus Conſtantini magni Helenae filii apud Conſtantinopolim in graecorum imperatoribus manſit. Ex hoc iam ad reges Francorum et ad Imperatores per Karolum tranſiit. Anni imperii Karoli. Anni regni eius XXXIII. Anni regni Ludeuuici: Anni imperii eius: Anni Karoli iunioris.* 1. *Anni Arnolſi.* 1. *Anni imperii: Indictio prima: Anni Ludeuuici: Anni Chunradi.* 1. *De origine Saxonum: Anni Heinrici primi: Anni Heinrici: Anni Ottonis magni: Anni Ottonis.* 1. *Anni Ottonis II. Anni Ottonis tercii: Anni Heinrici ſecundi.* 1. *Anni: Anni Chunradi.* 1. *Anni Heinrici tercii: Anni Heinrici quarti: Anni Heinrici iunioris eiusdem nominis V. Anni imperii Hainrici. V. I.* In fine huius: *Hucusque ſcriptoris cronica extenditur. Incipit pars altera.*

Praemiſſa Auctoris praefatione inchoant *Geſta Lotharii*, quae ſequentia ſub hisce titulis excipiunt. *De generatione Welſonum: Anni Lotharii: Hiſtoria Cunradi regis: Anni*

 Cunra-

Cunradi: *Hiſtoria Friderici imperatoris*, quae ita incipit: *Anno domini MCLII. &c.* In margine *Conradus Peutinger* ſequentem notam adpoſuit: *Fuit annus ſalutis MLIIII.* — forſan MCLIIII. — *ex Othone et Guntherio. Peutinger.* In hac Hiſtoria tituli, ſeu ſummaria in margine, vti in editione Peutingeriana, adiecta habentur. Tituli alias ita ſequntur: *De ſecunda rebellione Mediolanenſium*: *De obſidione et expugnatione Cremae*; *Interpoſitio*: *Reditus ad propoſitum*: *de Sciſmate ſuborto*: *De Infortunio Imperatoris*: *De euerſione Mediolani*; *Tranſitus*: *Anni Friderici Imperatoris*: *Interpoſicio de ciuitate Auguſta*: *De tertia rebellione Mediolanenſium*: *Lex Friderici Imperatonis*: *Anni Hainrici ſexti*; *Geſta Philippi*: *De bellis Philippi*: *Determinatio cauſae*: *Anni Philippi*: *Anni Ottonis.* Operi denique praeſenti iisdem verbis, quibus editioni Peutingerianae, finis imponitur.

Quae huius Chronici initio deſiderabantur, ab aliis, vti diuerſi characteres produnt, completa erant. Sed Chronico ſequentia leguntur praemiſſa: *Verba Sybillae*: *Tractatus de locis et terrae Hieroſolomitanae ſtatu*: *Diſtinctiones Chriſtianorum*: *Diſtinctio Latinorum*: *De domibus Religioſis*: *De Patriarcha et Epiſcopis*: *De eccleſiis conuentualibus et aliis*: *De nominibus locorum*: *De Baronibus*: *De diuerſitate infidelium*: *De variatione terrae*: *De ſitu Ieruſalem*: *De locis vrbis*: *Miraculum de ſudario Domini*: *De vicinis locis*: *De ciuitate Bethleem*: *Ce puteo Jacob*: *De duobus ſupradictis lacubus.* His praemiſſis, ſequitur Ipſum Chronicon et quidem eodem ordine, eademque forma, iisdemque praemiſſis titulis, vti patebit. Praefatione, quae absque inſcriptione incipit, finita, legitur;

Hic ponuntur reges Aſſyriorum, Hic ponuntur Patriarchae. Hic ponuntur reges Syconiorum Secundus titulus: *Hic incipit regnum Argiuorum*: Deinde *Reges Aegypti*: *Regnum Athenienſium*: *De regibus Italis et Romanis*: *Tranſitus de dictis ad dicenda*: *Hiſtoria Alexandri Magni alibi ſeribetur*: *Hiſtoria Romanorum*; *Hiſtoria Judaeorum*: *Poſt deſcriptionem iſtorum regum praenotati ſunt ſequitur hiſtoria eorumdem*: *Hiſtoria Romanorum*: *Hiſtoria regum et Judaeorum*: *Hiſtoria Romana*: *Hiſtoria*: *Hiſtoria*, *Hiſtoria Judaeorum*: *Hiſtoria Judaeorum*; *Hiſtoria Romanorum*; *Hiſtoria Aegyptiorum*: *Hiſtoria Judaeorum*; *Hiſtoria Romanorum* — tribus vicibus — *Hiſtoria Judaeorum*: *Hiſtoria Romanorum* — tribus vicibus — *Hiſtoria Judaeorum* — duabus vicibus — *Hiſtoria Romanorum* — quinquies — *Anni Octauiani*: *Indictio prima*: *Hiſtoria*: *Anni Auguſti Caeſaris*: *Anni Archelai*: *Anni Tiberii*: *Hiſtoria*: *Joſephus de Chriſto*: *Anni Caligulae, Anni ab initio mundi*: *Anni Claudii*: *Hiſtoria* — bis — *Anni Neronis*: *Hiſtoria*: *Anni Galbae*: *Hiſtoria* — bis — *Anni Veſpaſiani*: *Anni Titi*: *Anni Domitiani*: *Anni Neruae*; *Anni Traiani. Indictio prima*; *Anni Adriani*: *Anni ab initio mundi*; *Anni Antonini*: *Anni Antonini Veri*; *Anni Commodi*; *Anni Seueri*: *Anni Antonini Caracallae*: *Hiſtoria*: *Anni Aurelii*: *Anni Alexandri*: *Anni Maximini*: *Anni Philippi*: *Anni Decii*: *Anni Galli*: *Anni Valeriani et Galieni*: *Anni Claudii*: *Anni Aureliani*: *Anni Probi*: *Anni Cari*; *Anni Diocletiani et Maximiniani*: *Anni Conſtantini*: *Anni Conſtantii*: *Anni Juliani Apoſtatae*; *Anni Jouiniani*: *De origine Francorum.* Vltimus titulus: *Anni Valentiniani*, omiſſus eſt.

Hic eſt huius codicis conſpectus, ideo tam prolixe concinnatus, vt vnusquisque lectorum eruditorum eo facilius colligi queat, me haud ſine ſufficienti ratione ſuſpicari, *Conradum* PEUTINGERUM praeſenti codice ad ſuam editionem anno 1515. typis euulgatam forſitan vſum fuiſſe. Magis adhuc meam ſuſpicionem confirmare ſolent notae, et ſigna quaedam periodorum diſtinctiua ab aliena manu — forſan a *Joanne* Foeniſeca correctionem curante — adiecta.

Hanc

Hanc editionem cum nimis deprauatam repererat *Philippus Melanchton*; correctiorem iuxta duo vetuſta exemplaria ſcripta, quorum vnum ex Bibliotheca *Jo nnis Dalbergii* Epiſcopi Wormatienſis, alterum ex Coenobio Auguſtinianorum Argentin.nſium per *Caſparem Hedionem* obtinuit, anno 1591. Baſileae typis euulgari curauit. *Hedio* quoque Chronico iſti *rerum memorabilium* paralipomena adiecit, a *Friderico II.* ad *Carolum V.* vsque, et annum 1537. perducta. Iterum eadem editio recuſa fuit Baſileae anno 1569. et Argentorati 1609. Quamuis *Crato Mylius* Seleſtadienſis editioni Melanchtonicae *a*) plurimum laudis dixerit, adfirmat tamen *Meuſelius b*) „ Editionem meliorem fieri poſſe, ſi „ quis diligentius editiones typis impreſſas inter ſe conferret, codicesque manu ſcriptos „ ſagacitate critica excuteret; quorum quidem non magna copia: ſed ſunt, qui ab edito„ ribus Chronici iſtius neglecti fuerunt. Inter quos facile eminet codex Bibliothecae aca„ demicae Erlangenſis, olim monaſterii Hailbronnenſis, ſeculo XIII. vt videtur, exara„ tus, et ab *Hockero* in Catal. Bibl. Hailbron. p. 86. recenſitus."

Chronico praeſenti *Philippus Melanchton c*) ſequens laudis encomium attribuit: „ Nul„ lum in hoc genere ſcriptum hominis Germani et de rebus noſtratibus aliud reliquum „ eſt locupletius, atque vtilius. Nemo de rebus Germanicis plura collegit, deinde indu„ ſtriam eius in temporibus annotandis, in quibus fuit multo ceteris diligentior, admo„ dum probo. Vtinam epitome veterum rerum Perſicarum, Graecarum, et Romanarum „ elegantior eſſet."

Haud ingratum meis eruditis Lectoribus me fieri arbitror, ſi prolixius de genuino huius Chronici Autore diſſeram. Diſſerui breuiter de eodem quidem iam prima *Notitiae de libris ab artis typographicae inuentione vsque ad annum* 1479. parte p. 47. *Meuſelii* Sententiam ſecutus; aſt poſtquam in quamdam eruditam admodum diſſertationem a *Michaele* KHUEN Praepoſito Wengenſi Vlmae anno 1764. de genuino eiusdem Chronici continuatore ſcriptam, et adhuc ineditam, et in alteram de eodem a *Georg. Anton.* CHRISTMANN anno 1790. *Hiſtoriae Friderici I.* Imperatoris et eius *parentelae* praemiſſam incidi, plus certitudinis de eodem ſaltem dicere poſſum.

Vix non vsque ad noſtra tempora totius Chronici Autor *Conradus* a *Lichtenau* Abbas Vrsbergenſis celebratus fuit *d*). Non ab vno tantum, ſed a pluribus idem fuiſſe concinnatum, ferme ab omnibus eruditis res indubitata auditur. Prioris partis Autor licehaud exploratus habeatur, natione tamen fuiſſe Germanum, et Monachum quidem, et non, vt *Freherus* et *Goldaſtus*, aliique credidere, monaſterii Schwarzachenſis, ſed alius monaſterii Franconici, forte Bambergenſis, ad finem ſeculi XI. et XII. initium florentis, cum *Schumachero Meuſelius e*) arbitratur. Iidem viri eruditi obſeruarunt, „ eumdem vi„ tiis quidem non eſſe immunem, tamen reliquis ſuae aetatis Chronographis puritate et „ concinnitate orationis nec minus fidei, qua fontes, ex quibus hauſit, indicare ſolet, „ aequalem: illum porro fontes non ſine iudicio adiiſſe, eosdem potius paſſim ſub exa„ men vocaſſe atque emendaſſe; populorum denique hominumque, quos deſcribit, indo-

 „ lem

a) In epiſtola ad *Melanchtonem* editioni praefatae praefixa.

b) Hiſtorica Bibliotheca Vol. I. P. I p. 78.

c) In epiſtola nuncupatoria ad Sereniſs. Comitem Palatinum Rheni, et Ducem Bauariae editioni Baſileenſi praemiſſa.

d) Editio Baſileenſis anno 1569. typis euulgata nomen *Conradi* a *Liechtenau* praefixum habet. Cl. *Veithius* praeter alios eumdem iſtius Autorem in *Vita Peutingeri* p. 84. laudat. *Hockerus* in *Biblioth Heilsbronn.* p. 86. eidem continuationem attribuit.

e) Hiſtorica Bibliotheca Vol. I. P. I. p. 77.

„ lem eumdem bene perſpexiſſe, et diiudicaſſe." De continnatore ita loquuntur: „ Continuationis Chronici ab anno 1126. vsque ad 1229. alium eſſe Autorem, ortu quidem „ non Germanum, qui autem in monaſterio Vrsbergenſi vixerit, minime vero eius Abbas vnquam fuerit, multo minus Abbatem *Conradum* de *Liechtenau* autorem eſſe continuationis." Nunc aduerſus hosce viros eruditione praeclaros ex diſſertationibus ſupra adlegatis demonſtrandum venit, Continuationis Autorem et Germanum eſſe, et Abbatiae Vrsbergenſi praefuiſſe. In hac diſſertatione maxime virum antiquitatis ſtudioſiſſimum *Michaelem Khuen* ſequar, quem etiam fideliter ſecutus Cl. D. CHRISTMANN, quin illius mentionem fecerit.

Autor huius continuationis fuit *Friderico* Imperatori Synchronus; ſcribit enim ad annum 1198: *ſe hoc anno in minore aetate et adhuc in ſeculari vita conſtitutum fuiſſe Romae, ac vidiſſe Comites illos de Apulia fuiſſe iuſſu Henrici Imperatoris Bauari exoculatos*, ad quosque repetendos *Philippus Barbaroſſae* filius Epiſcopum ſubrinum ad Innocentium III. ablegauit. „ Audiui etiam, inquit, eo tempore, quod tamen difficile eſt relatu, et vix credendum, quia dixerit idem Pontifex, quoniam ablaturus eſſet *Philippo* diadema regium, „ aut ipſe ſibi Papae inſigne Apoſtolicum."

Fuit etiam familiaris cum *Conrado* poſtmodum Praemonſtratenſis Coenobii Abbate. Quippe ad annum ſupra citatum ita de ſe ſcribit: „ Multi aſſerebant eum — *Henricum* „ *Friderici* filium — interiiſſe veneno, procurante vxore ſua, quod tamen non eſt veriſimile. Audiui ego idipſum a Domino *Conrado*, qui fuit poſtmodum Abbas Praemonſtratenſis, et tunc in ſeculari habitu conſtitutus in Camera Imperatoris extitit familiariſſimus *f*). Anno 1202. in ſacerdotem vnctus erat; ait enim: „ Anno Domini milleſimo 202. Ego Presbyteratum accepi a Venerabili Epiſcopo Conſtantienſi *Diethelmo*."

Anno 1205. vita ſeculari abiecta, religioſam profeſſus eſt. Scribit ad eumdem annum: „ Anno milleſimo 205. *Philippus* cum exercitu in partes Coloniae aduenit, vbi „ quamplures fautores acquiſiuit, et ab Epiſcopo Adulfo coronam Aquisgrani accepit. „ Eodem anno ego ad Religionem veni." Ad qualem autem, ipſemet inferius ſequentibus verbis ſignificauit: „ Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptimo ego ad ordinem „ Praemonſtratenſem veni." Locum, in quo religionis fundamenta iacuerat, omnino reticuit: aſt ex ſequentibus facile erui poterit.

Anno 1215. Abbas electus, et in Vrsbergam translatus eſt, ipſe enim hoc ipſum teſtatur, dicens: „ Eodem anno Abbas electus fui, et translatus in Vrsberg." Ex hisce verbis merito concludit *Caſimirus Oudinus* loc. cit. *Quod autem ait, ſe translatum fuiſſe in Vrsberg, aperte indicat, ſe non fuiſſe profeſſum ordinem Praemonſtratenſem apud Vrsbergam, ſed alibi, vnde euocatus fuerit ad Abbatiam hanc gubernandam.*

Nunc indagandum erit, quod genuinum illius nomen fuerit. Id itaque ex Chronologicis Abbatum Vrsbergenſium catalogis, et hiſtoricis facile comperiri poterit.

Joannes Weiſſung in Catalogo ſuo Abbatum Vrsbergenſium manu exarato, et vsque ad *Conradum* de *Lichtenau* producto, *Friderico I.* qui anno 1215. ad regnum coelorum abiit, *Burchardum* ſubſtituit, quo anno 1226. fatis functo, *Conradus* de *Lichtenau* monaſterii claues obtinuit.

Caſpa-

f) Fuit is non *Conradus* de *Lichtenau*, vt quidam ſuſpicati ſunt, ſed vt *Caſimirus Oudinus* T. III. Comment. de Script. Eccleſ. Col. 83. oſtendit, fuit *Conradus*, qui conuerſus ad ordinem Praemonſtratenſem, factus eſt poſtmodum Praepoſitus primum Augiae Candidae, deinde Abbas Vallis Secretae in Gallia, tandem ipſius Archicoenobii Praemonſtratenſis. *Oudino* conſonat annalium Praemonſtratenſium Autor *Hugo* Stigauienſis T. I. Col. 108.

Caſparus Bruſchius in Chronologia monaſteriorum ita de *Burchardo* ſcribit: „ *Bur-* „ *chardus* ex Biberaco natus vir praeclare doctus: Praepoſitus tandem Vrsbergenſis Coe- „ nobii anno Domini 1215. deſignatus, cum ibi praefuiſſet 10. annis et aliquot menſibus „ obiit anno 1226."

Annalium Praemonſtratenſium Autor inter Praeſules Sorethanos numero quintum *Burchardum* ſequentibus laudat: „ *Burchardus* literis, doctrina, religione conſpicuus val- „ de, protectoriam ab Innocentio III. bullam obtinuit anno 1210. euolutis ab electione pau- „ cis Vrsbergae Praepoſitus poſtulatur anno 1215. Idem maxime confirmat vetus Biblio- thecae Sorethanae codex manu ſcriptus, in quo legitur: „ Poſt factam compoſitionem „ fratres de Schuſſenried ad locum ſuum ſunt reuerſi; anno ſcilicet 1205. *g*) cum non „ haberent Praepoſitum, quemdam *Meinfridum* in Roggenburg Canonicum aſſumſerunt, „ qui cum ibi non longo tempore fuiſſet, electus eſt in Roggenburg in Praepoſitum, vn- „ de venerat. Illo eis ablato, elegerunt quemdam *Luitherum* hominem ſimplicem, bo- „ num, ſed ad negotia negligentem, et ideo ab adminiſtratione ſua citius eſt amotus. „ Poſt haec elegerunt quemdam *Burchardum* natione de Biberach *h*) qui ibidem ſuſcepe- „ rat habitum, religionemque, hominem literatum valde, ſed ſub cuius regimine eccle- „ ſia in aliquo defecit, in nullo vero penitus profecit. Volutis vero paucis annis in Vrs- „ berg in Praepoſitum eſt electus."

Corbinianus Khamm noſtri Aſceterii Monachus *i*) *Friderico* anno 1215. defuncto ſub- iungit *Burchardum*, de quo ita ſcribit: „ *Burchardus* patria Biberacenſis, ante Praepoſi- „ tus Sorethanus, pro poſſibili monaſterium, ſecundo in cineres redactum reſuſcitauit, „ triſtitia, et moerore concuſſus, vndecim annis rarum enituit Vrsbergae decus, verum- „ tamen anno 1226. mortualibus cineribus obrutus ſuum amiſit ſplendorem."

His itaque argumentis adductis, ita concludit Cl. *Khuenius*: „ Ex his manifeſtiſſime „ patet, haec Hiſtoriographi Vrsbergenſis verba: *Eodem anno* — 1215. — *Abbas electus* „ *fui et translatus Vrsbergam*, ad nullum alium ex praeſulibus Vrsbergenſibus ſpectare, „ quam ad *Burchardum*, qui hoc anno electus, et Soretho Vrsbergam translatus eſt. Sci- „ mus iam ſcriptoris nomen, quod eſt Burchardus: ſcimus patriam, Biberacum ſcilicet, „ ciuitatem imperialem: ſcimus profeſſionis locum, Sorethum, vbi etiam Praepoſiti dig- „ nitate fulſit, ac tandem anno 1215. ab Vrsbergenſibus in Abbatem electus ad ſuam „ eccleſiam Soretho translatus eſt. *Burchardus* itaque genuinus et verus, ac indubitatus „ eſt Autor continuationis, de qua haud dubie Elenchus MSS. Abbatum Vrsbergenſium „ intelligendus, in quo *Joannes Weiſsungus* teſtatur, quod *Burchardus fragmenta a vi ig-* „ *nis relicta compoſuerit.*"

Nunc quaeſtio adhuc diſcutienda reſtat, an *Burchardus* chronicon vsque ad finem, ni- mirum vsque ad annum 1229. perduxerit, an autem eius ſucceſſor *Conradus* a *Lichtenau* finem eidem impoſuerit? Huius quaeſtionis deciſio plane ab obitus anno *Burchardi* ſolum- modo dependet. Cl. *Khuenius* in diſſertatione laudata putat, *Burchardum* primum anno 1229. ex hoc mundo in aſtra conceſſiſſe, et ideo hiſtoriam memoratam vsque ad eum- dem etiam perduxiſſe. Viri iſtius eruditiſſimi ſententiae Cl. *Chriſtmann* in praefatione ſu- pra memorata ſeſe opponit, et aduerſarii ſui argumenta, ſequentibus diluere nititur. Om- nes

g) Hoc nimirum anno Autor noſter religionem ingreſſus eſt.
h) Teſte perantiqua Praepoſitorum, et Abbatum Sorethenſium tabula Chronographica *Burhardus* Praepoſituram circa 1209. obtinuit.
i) Parte III. Hierarchiae Auguſtanae p. 497.

nes hiſtoriographi vno ore conclamant, *Burchardo* Praepoſito annum 1226. mortualem fuiſſe; atque ab anno 1215. vndecim tantum annorum regimen tenuiſſe. Quis itaque tantae multitudini tam facile contradicere poterit?

Secundum argumentum ex Styli variatione deſumit. „ Autor in ſua hiſtoria ſemper „ oratione directa ſeu prima, vt grammatici loqui amant, vſus eſt; ſed ex nunc — ſci- „ licet anno 1226. — idem ſcriptor tertia vtitur perſona; ſcribit enim: *Eodem anno* 1226. „ *Eccleſia Vrsbergenſis pro CC. Marcis, quas B.* — Burchardus — *Praepoſitus pro libe-* „ *ratione eccleſiiae perſoluit ab Alberto de Niuenburg redimitur* &c. Qua ſane ſtyli variatio- „ ne indubitato docetur, quod et perſona tertia a priore ſcriptore redemtionis a *Burchar-* „ *do* Praepoſito factae meminerit, eamque narrauerit, et quod pauca, quae reſiduum hi- „ ſtoriae conſtituunt, manu aliena in conſummationem operis adiecta ſint." Mirum ſane mihi videtur, ſi *Conradus Burchardi* hiſtoriae continuationem in ſe ſuſcepiſſet, illum tam pauca, quae vnum vix implerent folium, eidem adiicere voluiſſe, cum tamen iuxta hiſtoriographos a CHRISTMANNO citatos vsque ad annum 1240. monaſterii regimen tenuit. Ex his itaque omnibus ſatis exploratum habetur, *Burchardum* Abbatem Vrsbergenſem, et *Conradi* de *Lichtenau* Anteceſſorem vel totius continuationis, vel maioris eiusdem partis autorem eſſe celebrandum.

2) Chronicon excipiunt GUELFORUM Hiſtoria et Genealogia, iſtas Genealogia Ducum Sueuiae, et de *Hochenſtauffen*, hanc excerpta quaedam ex ſupra dicto Chronico; et ex *Ottone* Friſingenſi, quae ſex folia complectuntur.

Characteres a prioris operis oppido ſunt diuerſi, aſt venuſti et luculenti. Nomina propria rubro colore ſunt ſcripta. Diſtinctionis ſigna plura occurrunt, punctum ſcilicet, colon et comma. In fronte huius opuſculi ſequens legitur titulus: *De Guelfis ſiue Guelfonibus.* Deinde ſequitur Autoris praefatio, que ſequentis eſt tenoris.

„ Originem ſucceſſiumque Guelfonum volens enarrare: rem ſatis dubiam aggreditur, „ tum quia ex maioribus nulla hiſtoria texta poſteris eſt transmiſſa: verum que quisque „ conſcripſerat: capiti ſuo obſequens caligine quadam obumbrauit: at plerunque ſenten- „ tiam contrariam attulit: vt quod dignum eliciatur ſit nihil. Vetuſtaque iuſticia ſcrip- „ torum: virorum forcium ingenia excellentia: atque preclara facinora non penſitabat, „ pretio indulgentes quidam monaſtici: quod ex donacione acceptauerant vix generis ſuc- „ ceſſionem annotabant, dummodo auctores prediorum (a quibus acquiſiuerant) ſignaſſent „ ſatisfacere omnibus credebant, ob quam rem male actam facile comperimus. Si quid „ Imperatores aus Principes noſtri Sueui memoria dignum exhibuere, obliuio poſteritati „ commendarit, flende vetuſtatis facta ingentia abiere, ne tamen omnia corruant, que „ ſuccincte caduca admodum in monaſteriorum quorundam bibliothecis collegimus: refer- „ re conabimur. Et ſi quid poſtea ad manus vt dicitur hiſtoria dignum venerit, calamo „ comittere ſtudebimus: nihil quidem excultum: nihil ad ordinatam rationem hiſtorie ſcri- „ bimus: Sumulas &c. non emendatas enarramus: maiorum incuria ad nos miſſas. Qua- „ re ſi quid preter rem lector optime actum deprehenderis: pio ac cordialiſſimo animo „ emendare velis."

Finita praefatione, ipſa hiſtoria ſequentibus incipit: „ *Guelfones* plerumque originem „ duxiſſe a *Catulo* autumant ex nobilioribus Galliae: quod *Catiline* filia ibi traducta Catu- „ los ac *Guelfones* reliquit, ſi libro cuidam auctoris incerti credere phas eſt." Horum „ origo ad *Caroli* Magni tempora refertur, et *Ottone* IV. Imperatore extincta narratur. In fine hiſtoriae ſequentia habentur: „ Hec quantum potuimus de Guelfonum ſucceſſione

ad

ad ſumulam quandam redegimus. Verum inter colligendum multa caduca minus quoque emendata inuenimus: ac ea plurimum omiſſa: que hiſtorie conducunt. Dabimus autem operam his iam ſuccincte collectis: ad optimam hiſtorieque dignam materiam reducemus. cum huic nobiliſſime familie nihil defuerit que ad laudem et gloriam non accumulatiſſime accederent. Finis."

Hiſtoriae adiunxit Autor tabulam Genealogiae, cuius ſucceſſio ſequens eſt: GUELFO I. TICO Comes de Altorff, HENRICUS, RUDOLFUS, GUELFO II. CONZA ſeu CONITZA, GUELFO Comes de Altorff, Noricorum et Carinthiae Dux, HENRICUS, HENRICUS ſuperbus, ENRICUS Junior, dictus Superbus, OTTO IV. Imperator.

Hanc Genealogiam ſequitur ea de Ducibus Sueuiae ſuperioris, cuius caput BREMO nuncupatur: iſtam de Ducibus Sueuiae inferioris, cuius pater *Conradus* dicitur: deinde a de Ducibus de *Hohenſtauffen*, cuius caput FRIDERICUS nominatur. His adiunguntur, milia Comitum de *Calw*, Ducum Sueuiae ex familia S. HILDEGARDIS, et de *Irklingen*. uantam hae genealogiae mereantur fidem, deciſionem me doctioribus, magisque in ea te peritis relinquam.

Deinde ſequuntur quaedam de ciuitate Auguſtana ex Vrsbergenſis Chronici continuatione excerpta, in quorum fine legitur: *Collegimus ex Cronica Abbatis Monaſterii Aursgenſis anno MCCCCLXXXXVI. Cum Sereniſſimus Rex Romanorum Diuus Maximilianus ud nos Auguſtenſes ageret* &c.

Iſta excipiunt *Verba Ottonis Friſingenſis Epiſcopi de Ciuitate Auguſta ex libro tertio*, ae vnicam tantummodo paginam adimplet.

In hiſtoriae *Guelforum* fronte a *Conrado* PEUTINGERO viro iſto doctrina ac eruditione clariſſimo ſequens legitur notitia adſcripta: *Chunradus Peutinger Auguſtanus edidit ate emiſit*, ex quo colligi poterit, virum iſtum celeberrimum hiſtoriam praefatam publiiuris feciſſe; aſt quo anno, qua occaſione, nec Cl. VEITHIUS in vita PEUTINGERI, nec ius vnquam mentionem fecit. Legitur in *Monumentorum parte hiſtorica* p. 121. a P. *Gerdo* HESS Monacho Weingartenſi anno 1784. typis eulgata.

LXXI.

). J. Hilarionis Chronologia, ſiue de mundi duratione libellus. II. Chronicon. III. Hermanni Contracti Chronicon. IV. Monachi Weingartenſis Chronicon de Guelfis. V. Eiusdem Chronicon. VI. Henrici Steronis Monachi Altachenſis Annales. VII. Ebersharti Altachenſis, Eccleſiae Ratisbonenſis Archidiaconi Annales. in fol. Codex Cartheaceus.

1) Q. *Julii Hilarionis* Chronologia, et Chronicon vix non eodem charactere et quim operis initio minori, et tunc maiori ac pingui admodum ſunt ſcripta. Tituli, inibles literae, et capitulorum numeri rubro colore ſunt exarati. Diſtinctionis ſignum nulm aliud, quam colon inuenitur, et hoc raro admodum. Verborum abbreuiationes non frequenter occurrunt.

In fronte *Hilarionis* Chronologiae rubro colore ſcriptum legitur: *Incipit liber qui intitulatur Hilarion*, deinde ipſum opus ſequentibus inchoat: *Quantocunque tempore in diuinis legibus cuiuscunque timentis Deum intentus fuerit animus.* Prima folii quinti pagina linea tertia his verbis finitur: *Explicit libellus*, *qui intitulatur Hilarionis.*

Opuſculum iſtud primum a P. PITHAEO typis euulgatum fuit, deinde etiam in SS. Patrum Bibliothecis inſertum inuenitur. Comparaui iſtud cum illo, quod in Bibliotheca a *Margarino* de la *Bigne* edita reperitur, et plures, et quidem notatu dignas variantes lectiones obſeruaui. Operae pretium eſſe itaque exiſtimaui, vt earum notabiliores oblectorum eruditorum oculos ponam.

Codex impreſſus.	*Codex MSS.*
Poſt initium legitur: tanto, eligere, quae vera ſunt, diſcet, vt diſcendo ſapiens efficiatur: quia dux oculorum cordis eſt ei in lege.	Tantum a lege, quae vera ſunt, diſcat, et diſcendo ſaepius efficitur, quia lux oculorum cordis eſt eius in lege.
pag. 332. Col 1. lin. 6. ſed idcirco ſilui aliquanto tempore, ne a nobis opuſcula ipſa condimentis ſapientiae alienae inrationabiliter condirentur.	Sed idcirco ſilui aliquanto tempore, ne a nobis opuſcula ipſa condimentis ſapientiae aliena inrationabiliter conderentur.
Lin. 47. Quem prae ceteris animalibus aliquid eſſe omnipotens Deus voluit.	Quem prae ceteris animalibus aliud eſſe omnipotens Deus voluit.
Lin. 54. Ex quo factus eſt iſte, in quo degimus, mundus.	A quo factus eſt iſte, in quo ad tempus degimus, mnndus.
Lin. 64. Enos anno CLXX. genuit Cainan.	Enos anno LX genuit Chainan.
65. Iareth anno CLXII. genuit Enoch.	Iareth anno CLXV. genuit Enoch.
70. Genuit Lamet, poſt, vixiſſe DCCCII. annos.	Genuit Lamech, poſt vixiſſe octingentos annos.
75. Et poſt hoc, vixit annos DCCLXXXVII.	Et poſt hoc vixit annos ſeptingentos XXXVII.
Col. 2. lin. 4. A diluuii autem tempore vsque adLX. annum Abrahae.	A diluuii autem tempore vsque ad LXX. annum Abrahae.
Lin. 6. Ita per ordinem ſecundae generationes a Sem filio Noe oſtenduntur. Sed quia anni Sem LXXVIII.	Ita per ordinem ſecundae generationis a Sem filio Noe oſtenduntur. Sed quia anni Sem LXVIII.
Lin. 50. Et in Aegypto fecerunt annos CCX.	Et in Aegypto fuerunt annis CCX.
53. Ideo a fabrica mundi vsque ad profectionem filiorum Iſrael de Aegypto, anni ſunt IIIDCXLVI.	Ideo a fabrica vsque ad profectionem filiorum Iſrael de Aegypto anni ſunt tria millia DCXLVIII.
pag. 333. Col. 1. Lin 4. Chuſan - raſathaim.	Cuſar - ſamoth.
Lin. 6. Cuſarſamoth, iudicauit Iſrael.	Cuſarſamoth, iudicauit Gothoniel.
Lin. 18. Et Sebon iudicauit an. 7. Peccauit deinde populus.	Et Sebon iudicauit annis ſeptem, Allon iudicauit annos X. poſt hoc Iapdon annis VIII. Peccauit deinde
Lin. 25. Succeſſit Samuel ... et iudicauit annis 40.	Succeſſit Samuel ... et iudicauit annis LX.

Lin.

Codex impreſſus.	*Codex MSS.*
Lin. 30. Quia ſequeſtrata ſola iudicum tempora ... ſine annis captiuitatis ſunt anni CXI. Sunt ergo.	Quia ſequeſtrata ſola iudicum tempora ... ſine annis captiuitatis ſunt anni CCCCL. et interualla temporum captiuitatis anni ſunt CXI. Sunt ergo.
Lin. 37. Dauid regnauit annis 40, et menſibus 3.	Dauid regnauit annis XL. et menſibus ſex.
Lin. 38. Abia an. 3.	Abia annis II.
Lin. 41. Achas an. 15.	Achaz annis XVI.
Lin 42. Joachas menſes 3. Joachim an. 11. Joachim menſes 3. et dies 20. Sedechias.	Joachas menſes III. et dies decem Sedechias.
Lin 70. Et intellige, de prouentu ſanctorum.	Et intellige, de prouentu ſermonum.
Col. 2. lin. 35. Oſtendimus a Cyro 26. hebdomadas.	A Cyro oſtendimus LXII. hebdomadas.
Lin. 38. Darius regnauit an. 36. Artaxerxes ſecundus regnauit an. 19. menſibus 2.	Darius regnauit annis XXXVI. Artaxerxes Longibrachius regnauit annis XLI. Artaxerxes ſecundus regnauit annis XVIII. et menſes II.
Lin 46. Fit igitur omnis ſumma annorum Regum Perſarum CCLXIII.	Fit igitur omnis ſumma annorum Regum Perſarum CCXLIII.
Lin. 51. Ergo poſt 7. et 26. hebdomadas vna hebdomada ſupereſt, quam faciunt anni 75. ad concluſionem ſummae 70. hebdomadarum.	Ergo poſt VII. et LXII. hebdomadas vna hebdomada ſupereſt quae faciunt annos ſeptem ad concluſionem ſummae LXX hebdomadarum.
Lin. 66. Cum igitur 7. et 26. hebdomadae completae fuiſſent.	Cum igitur VII. et LXII. hebdomadae completae fuiſſent.
pag. 334. col. 1. ln 22. In conſulatu Caeſaris et Attici, die 9. calendas Aprilis, anni tranſierunt 369. Reſtant itaque an. ICI.	In conſulatu Caeſaris et Attici, die VIII. Cl. Aprilis anni tranſierunt CCCCLXVIII. Reſtant itaque anni CI.
Lin. 36. Quae tempora, mortalia ſint neceſſe eſt, qualia cum Antiochus.	Quae tempora talia ſint neceſſe eſt, qualia Antiochus.
Lin. 41. Quem ſolus Dominus Chriſtus interficiet Spiritus oris ſui, et euacuabit praeſentia aduentus ſui. Superato.	Quem ſolus Dominus Chriſtus interficiet Spiritu oris ſui. Superato.
Lin 47. Donec conſumentur anni tres, qui anni tres.	Donec conſumentur anni mille, qui anni mille.
Lin 51. Et partibus ſubinde caeditur hic mundus.	Et partibus ſubinde crederet hic mundus.

Hae ſunt itaque lectiones variantes, a me obſeruatae, ex quibus etiam clareſcit, opus praeſens haud paucis barbariſmis et ſoloeciſmis eſſe repletum.

Eiusdem opuſculi codex membranaceus peruetuſtus in quarto maiori, literis Gothicis ſiue Toletanis, ante octingentos circiter annos exaratus et in medio mutilus, a P. LAMBECIO Lib II. *Commentar. de Bibl. Caeſ.* col. 728. recenſitus habetur. Eius titulus ſequens legitur: *Incipit liber Quinti Juli Elariane de curſu temporum.*

 Autor

Autor huius opuſculi Q. *Julius* HILARIO, de quo apud veteres altum ſilentium. vixiſſe et ſcripſiſſe putatur circa annum 397. VOSSIUS de Hiſt lat. l. 3. c. 3. ſuſpicatur, iſtud non aliud eſſe, quam *Julii Africani Chronographiam.* Conf. *Guiel.* CAUE *Hiſtor. Liter. Script. Eccleſ.* T. I. p. 111. et 299.

2) Chronographiam excipit Chronicon in tres libros diuiſum. Eidem ſequens titulus legitur praefixus: *Incipiunt capitula Chronice iheronimi excarſum.* Primus eiusdem liber 62. capitula continet, et ab Aſſyriorum regno usque ad *Juſtinianum* Imperatorem ſeſe extendit. Capitulis abſolutis *Incipit regnum Aſſiriorum Capitulum primum*, quod ita ſonat: *Primus rex ninus regnauit annis LI. et mulier ſua Semiramis regnauit poſt eum annis XLII. Eodem tempore natus eſt Abraham ciniſas filius nini et Suniramis regnauit poſt eos XXXVIII. annos.*

Capitulum quartum Hiſtoriam *Daretis Erycii* de origine Francorum complectitur. Capitulum quinquageſimum comprahendit recapitulationem, in hunc modum: *Ab vrbe condita vſque ad extremum huius operis unni fiunt mille XXXI.* Finis eiusdem ita ſonat: *Et fiunt ab Adam xsque ad XIV. Valentis annum et Valentiniani iterum omnes anni quinque millia DLXXXVIII. Et quod deinceps varietatibus temporum et incurſionibus barbarorum ita cuncta mixta ſunt. vt geſtorum veritas quae hiſtoriae proſit ad plenum reperiri non poteſt.*

Capitulum quinquageſimum primum praefatorum concluſionem et prologum ſequentium continet, et eſt ſequentis tenoris: *Idacius Seruus domini noſtri Jeſu Chriſti vniuerſis fidelibus in domino noſtro Jeſu Chriſto et ſeruientibus ſibi in veritate ſalutem. Probatiſſimorum in omnibus virorum ſtudio, quos precipue in fide catholica et conuerſione perfecta. Teſtis veritatis diuini cultus docet aſſertio, hucusque a ſancto Hieronymo et ipſo ſicut in capite iſtius voluminis praefatio prima declarat, cognomine euſebio hiſtoria in aliquantis Hiſpaniorum prouinciis conſcripta retinentur, cui ſicut poſtea ſubſedit in locis, quibus docuit, certo ſtili ſtudio declaratur. Verum adhaec ignarus indigniſſimus omnium ſeruorum dei Idacius Jeſu Chriſti domini noſtri, quae ſecuntur ab anno primo Theodoſii Auguſti et comparet, deſcripſi breue ante facte praeſacionis indicio.* Capitulum 52. agit de *Theodoſio* Magno. Vltimum huius libri Capitulum ſic deſinit: *Impoſuit coronam capiti iuſtiniani, eumque imperio reſtituit beliſarius: multa prelia cum perſis agens eos glorioſiſſime vicit a bucilino quodam franco in italia ſuperatus eſt tante victorie nominis glorioſus a bucilino victus nomen vitamque amiſit. Explicit liber Iero. primus.*

Mox deinde *Incipit praefatio in librum ſecundum cronice.* Iſta ita ſonat.

Decedente atque immo pocius pereunti ab vrbibus Gallianis liberalium cultura literarum cum nonnulli aeres geruntur vel recte vel improbe ac feritas gencium deſeuiret regum furor acueretur: eccleſie inpugnarentur ab hereticis a catholicis tegerentur feruor et Chriſti fides in plurimis tepeſceret in nonnullis ipſe quoque eccleſie vel ditarentur a deuotis vel nudarentur a perfidis nec repperire poſſit quisquam peritus in dialectica in arte grammatica qui haec aut ſtilo proſaico aut metrico depingeret verſu: ingemiſcebant ſepius clerici dicentes Ve diebus noſtris quia periit ſtudium literarum a nobis nec reperitur in populis qui geſta preſencia promulgare poſſit in paganis Iſta enim atque his ſimilia iugiter intuens didici pro commemoracione meritorum vt notitiam attingerent ſuperueniencium et ſi inculta affatu neque tamen obtingere vel certamina flagitioſorum recte viuencium et preſidentem his illicitis ſtimulis quod a noſtris fari plerumque miratus ſum quia philoſophantem rectorem intelligunt pauci loquentem ruſticum multis

libuit

libuit etiam animi vt pro ſupputacione annorum ab ipſo mundi principio libri ponetur initium primi.

Praeſationi ſubiunguntur huius libri capitula, quorum 93. numerantur. Iſta extemplo ſequitur capitulum primum, his verbis incipiens: *Cumque wandali preteriſſent a galliis nec multo poſt tempore Huni gallias ingredi diſponebant.* Deſinit hic liber in morte CHILPERICI, id eſt in anno Chriſti 584. Finis eiusdem eſt talis: *Chilpericus et Fredegundis filia eorum cum multis theſauris et multitudine famulorum in eius miniſterium direxit quam filium leopildo accepit vxorem nec poſt mora extante Chilpericus calam villam nec procul pariſius ab homine nomine Falcone qui miſſus a brunichilde fuerat eſt interfectus et crudeliſſimam uitam digna morte finiuit.*

Librum ſecundum ſequitur titulus: *Incipiunt Capitula Cronice libri tercii.* I. *De bonitate Gunthramni et eccleſia ſancti Marcelli.* II. *De Gundualdo contra Gunthramnum factione Mumuli regnum accipere voluit.* III. *Qualiter Gunthramnus Chlotarium in regnum ſublimauit* &c. Liber tertius 89. capitulis conſtat, et ab anno 584. vsque ad 741. id eſt, a morte *Chilperici* vsque ad *Willibaai* interitum et *Faocati* obitum progreditur. Eidem ſequens praemittitur praefatio.

Cum ad liquidum iuſſio verbi proprietatem non habeo quod proferam niſi preſtitum ab altiſſimo fuit, et dum quero implere ſentenciam longo ambitu vis breuis vie ſpacio conſumo vernaculum lingwe huius verbi interpretatur abſorde reſonat ſi ob neceſſitatem aliquid in ordine ſermone mutauero ab interpretis videor officio receſſiſſe. Itaque beati Iheronimi Idacii et cuiusdam ſapientis ſeu Iſidori immoque et Gregorii chronicis a mundi origine diligentiſſime percurrens vsque decidenti regni Guntramni his quinque chronicis huius libelli nec plurima pretermiſſa ſingillatim congruentia ſtilo inſerui quod illi ſolertiſſime absque reprehenſione condiderunt. Cum hec ita ſe habeant neceſſarium duxi veritatem diligencius inſequi et obediendum in prioribus his cronicis quaſi quamdam ſuture opere omnium michi rerum et tempora prenotaui in preſenti ſtilo: Eo tempore ponens ſingularem gencium curioſiſſimo ordine que geſſerant coaptaui quod prudentiſſimi viri quos ſuper memini Cuius Chronicis verbo huius nominis Greco quod in latinum interpretatur geſta temporum ſeueriſſimum dictantes condiderunt velut puriſſimus lagiter fluenta manantes obtauueram ego vt michi ſubcumberet talia dicendi facundia vt vel paulolum eſſet inſtar ſed carus: auritus vbi non eſt certa perennitas atque mundus iam ſeneſcit Ideoque prudencie augmen in nobis tepeſcit nec quisquam poteſt huius temporis nec preſumit oratoribus precedentibus eſſe ſimilis Ego tamen vt ruſticitas et ſtrenuitas ſenſus mei valuit ſtudioſiſſime de hisdem libris vitae quanto plus potui obtare preſumpſi Nec quisquam dubitet vniuscuiusque libri nomen redeat ad auctorem cuncta reperi et ſubſiſtere veritati transacta namque Gregorii libri volumine temporum geſta que vndique ſcripta potui repperire et michi poſtea fuerunt agnita acta regum et bella gencium que geſſerunt legendo ſimul et audiendo eciam et videndo cunctaque certificatus cognoui huius libelli voluminis ſcribere non ſilui ſed curioſiſſime quantum potui inſerere ſtudui de eodem incipiens tempore ſcribendum quo Gregorii fines geſta ceſſauit et tacuit Cum Chilperici vita finiſſet ſcripſit.

Incipit deinceps primum capitulum his verbis: *Guntramnus rex Francorum cum iam anno XXIII. burgundie regnum bonitate plenus feliciter regebat.* Finis vltimi capituli ſequens eſt: *His transactis predicti reges Carlus et Carlomannus vnusquisque cum leudelibus ſuis ad propriam ſedem regni eorum venientes inſtituto placito initoque conſilio cum proceribus eorum menſe ſeptembrio die dominico XIIII. Kl. Octobris Carlus ad nouionem vrbem et Carlomanus*

ad Saxones ciuitatem pariter vno die a proceribus eorum et conſecracione ſacerdotum ſublimati ſunt in regno.

Integrum hoc Chronicon nullibi legitur typis impreſſum niſi in *Henrici* CANISII *antiquis lectionibus* Tom. II. p. 601. Editionis nouae Baſnagianae Tom. II. pag. 154. qui tamen maximam libri tertii partem, alibi editam, praetermiſit. Libri ſecundus et tertius in FREHERI *corpore veteris hiſtoriae* Francicae impreſſi reperiuntur. Item in *Andreae* du CHESNE Tom. I. p. 722. in RUINARTI *Gregprio* Turonenſi p. 541.

Henricus CANISIUS in huius operis editione duos ad manus habuit codices exaratos, et quidem, licet alte de illo ſiluiſſet, vtrosque ex Bibliotheca noſtra obtinuit. Colligitur id enim primo ex nota primo ſecundi libri capiti adiecta, quae ita ſonat: „ Hic titulus „ erat in codice minore MS. *a*) in maiore autem MS. nullus omnino, niſi quod initio in„ dicem capitum argumentorumque ponit, iisque hunc praefigit titulum: *Incipiunt capi„ tula Chronicae Iheronimi excarſum b*).... At quia manuſcripti in diſtributione capitum „ argumentorumque verbis diſcrepant, ſecutus ſum fere codicem MS. minorem eaque ad „ marginem poſui." Secundo patet ex nota tertio capiti ſubiecta, quae talis eſt: „ Hic „ maior codex MS. inſertam habet importune hiſtoriam Daretis de origine Francorum." Tertio idem vir eruditus reliqua, quae in hoc codice, et Chronico *Tironis* PROSPERI, quod in minori reperitur, edidit, et vbique ex codice MS. Auguſtano monaſterii S. *Vdal.* et *Afrae* exſcripſiſſe fatetur.

Autor ſeu Collector huius Chronici diu eruditis erat ignotus; CANISIUS enim Gallum quemdam, qui *Carolo* Magno ſuppar videtur, laudat. *Marquartus* FREHERUS indefeſſus antiquitatis indagator inter primos genuinum eiusdem Autorem excitauit. In *corpore hiſtoriae Franciae* p. 90. ſequentem titulum praefixit: *Gregorii Epiſcopi Turonenſis excerpta Chronica. Ex Fredegarii ſcolaſtici Hiſtoria miſcella.* Eadem integra in ſecundo noſtri codicis libro inueniuntur. Pag. 117. autem talem: *Fredegarii Scholaſtici Chronicae liber.* Hic tertium noſtri codicis librum conſtituit. Si itaque praefatorum eſt Autor FREDEGARIUS, reliquorum etiam compilatorem fuiſſe, dicendum erit; ſcribit enim in praefatione ſuo Chronico praemiſſa, quae ſupra integra legi poterit: *Itaque beati Hieronymi, Idacii et cuiusdam Sapientis, ſeu et Iſidori: immoque et Gregorii Chronica a mundi origine diligentiſſime percurrens, vsque decedente regno Guntrani his quinque chronicis huius libelli, nec plurimis praetermiſſis, ſigillatim congruentia ſtylo inſerui, quae illi ſolertiſſime absque reprehenſione condiderunt. Cum haec ita ſe habebant, neceſſarium duxi, veritatem diligentius inſequi, et ob id in prioribus his chronicis, quaſi quamdam futuri operis miniam, omnium mihi rerum et temporum ponens, et ſingularum gentium curioſiſſimo ordine, quae geſſerunt coaptaui. Transacto autem Gregorii libri volumine, temporum geſta, quae vndique ſcripta potui reperire .... huius libelli volumine ſcribere non ſilui.* Ex quibus omnibus colligere erit, FREDEGARIUM totius praeſentis Chronici fuiſſe Autorem: Epitomen Chronologicam hiſtoriae vniuerſalis a *Creatione mundi c*) *vsque ad imperium Juſtiniani I.* collegit ex chronicis S. HIERONYMI, IDACII Epiſcopi Lemicenſis, et ISIDORI Epiſcopi Hiſpalenſis, hiſtoriae Francicae epitomen ex *Gregorio* Turonenſi Epiſcopo, cuius hiſtoriam continuandi munus in ſe

a) Iſte numero ſequenti prolixius deſcriptus habetur.

b) Eadem verba ſupra habentur, idemque ordo obſeruatur.

c) In noſtro Codice primus liber eſt omiſſus; inuenitur autem in illo, qui numero ſequenti deſcriptus legitur.

ſe ſuſçepit. Idem opus eidem attribuunt viri eruditi *Guilelmus* CAUE *d*). *Jo. Albertus* FABRICIUS *e*) *Petrus* LAMBECIUS *f*).

FREDEGARIUS Scholaſticus, gente Gallus, patria Burgundus, Scriptor parum politus, claruit anno 740. V. *Caue* loc. cit. *Fabricius* loc. cit.

3) *Hermanni Contracti* Chronicon 74. foliis contentum perſpicuis eſt ſcriptum literis. Diſtinctionis ſignum tantummodo punctum obſeruatur. Verborum abbreuiationes non ita frequenter occurrunt. Charta eſt potiſſimum parum polita. Anni in margine arabicis numeris ſunt adnotati.

In fronte huius Chronici ſequens legitur inſcriptio: *Chronica Hermanni Viri nobilis Comitis de Vöringen ac Augienſis monaſterii monachi religioſiſſimi et ſcripſit ad tempora pape Victoris* 2. *g*) *Et Hainrici imperatoris ad annos ab incarnatione* 1054. *Et anno aetatis* 44. Iſta mox ipſum Chronicon ſequitur, his verbis incipiens: *Anno* 42. *Octauiani Auguſti Ceſaris. ex quo autem egiptus in prouinciam redacta eſt. et Cleopatra cum Anthonio victa* 28. *anno ab vrbe vero condita.* 752. *Olimpiadis.* 1. 93. *Anno.* 3. *Dominus noſter Jheſus Chriſtus in bethleem iude naſcitur, transactis ab inicio mundi ſecuudum hebraycam veritatem annis.* 3952. *ſecundum ſeptuaginta interpretes vero* 5199. Finis eiusdem eſt talis: *Sed cum laboranti iam penuria et fame exercitui vngarii iam reditum pararent intercludere obpoſitisque per ripas fluminum premunitas vadoſasque paludes copiis ſuis omnes ſe vel ad dedicionem cogere vel inedia minutarentur extinguere. milites interriti hoſtes per fluuios obſtitentes incunctanter transſuadentes fugat quamdamque munitionem firmiſſam ad pontem Rabantza fluminis ſtructam in qua maximam hoſtis fiduciam habebat quidam ex burgundionibus ſaxonibus et bolanis milites non ſine ſui periculo flumine tranſito in breui expugnatam capiunt ceſis palatisque Vngariis reliquo exercitui.* Codex praeſens, quantum ex characteribus coniecturari licet, ad ſeculi XV. finem ſcriptus erat.

Praeſens Chronicon *Henricus* CANISIUS typis Ingolſtadii anno 1601. euulgauit. Exhibetur in editione Basnagiana Vom. III. p. 193. et in SS. Patrum. Bibliothecis Colonienſi, et Lugdunenſi. De codice noſtro vir ille eruditus in ſua praeſatione ita diſſeruit: „*Chriſtianus* VRSTISIUS vulgatae *Hermanni* editioni aliam locupletiorem adiunxit, e regione reſpondentem. Cum quibus, ſi quis hoc noſtrum Vlricianum apographum conferat, deprehendet, eſſe vtrisque longe plenius, auctius, atque emendatius. Vt autem huius diuerſitatis cauſam, quae mihi videtur, ſignificem; cenſeo *Hermanno* in conſcribendo Chronico id eueniſſe, quod et hodie multis claris ſcriptoribus: placuit foedus, quem lambendo formauit, variauit; et hoc aliquoties: vt proinde acceſſerint multa. Haec coniectura et *Vrſtiſii* eſt, quam, erunt mecum, qui non pro certa recipiant; et eo quidem nunc minus, quod tertia *Hermanni* editio accedit, qua ego fere perſuadeor varietates a deſcriptoribus eſſe, quorum alius pro cuiusque captu, nonnulla adiecerit, alius reſecuerit; id enim antiquitus plerumque fieri conſueuiſſe obſeruo in illis libris, quos monachi ſibi quisque priuato vſui deſcribebant. Sane inſunt huic, nusquam vnquam antehac viſa, quae hiſtoriam illius aeui illuſtrent.“

Prae-

d) Hiſtor. Liter. Script. Eccleſ. T. I. p. 628.

e) Biblioth. med. et infim. latin. T. I. Lib. VI. p. 202.

f) Commentar. de Biblioth. Caeſ. Lib II. col. 733.

g) Male transſcripſit *Caniſius Victoris* 21. nam virgula inter numerum 2. et coniunctionis verbum et diſtinctionis gratia adpoſita eſt.

Praeter editionem Caniſianam et aliae a viris eruditis typis euulgare ſunt. Prima earum iuxta hiſtoriam literariam O. S. B. *h*) et MEUSELIUM *i*) eſt Baſileenſis anno 1529. de qua tamen apud STRUUIUM altum eſt ſilentium: ſecunda Baſileenſis an. 1536. accurante SICHARDO, quae ex Codice San-Gallenſi deſumta: tertiam *Joan.* PISTORIUS procurauit: Anno 1585. *Chriſtianus* VRSTISIUS idem opus cum alia editione locupletiore e regione reſpondente euulgauit: *Burchardus* STRUUIUS anno 1726. idem in noua collectionis Piſtorianae editione orbi literario communicauit. In ea non prima tantum editio, et altera gemino contextu auctior editio *Vrſtiſii* in duabus columnis, ſed etiam omnes variantes lectiones, additiones, et Augmentationes ex Caniſiana habentur: vltimam forſitan quoque omnibus numeris abſolutam anno elapſo Cl. *Aemilianus* VSSERMANN Monachus San-Blaſianus, vir eruditione clariſſimus adcurauit, quam tamen hucusque inſpicere haud potui. Editiones praefatae a mundi principio vsque ad annum Chriſti 1066. noſter vero codex a primo Chriſti nati vsque ad 1054. progreditur.

HERMANNUS a membrorum debilitate, qua ab infantia laborabat, *Contractus* dictus, ex illuſtri Comitum Veringenſium in alpibus Sueuiae, et ad Danubium, ſupra Riedlingam oppidum, ditionem habentium, prognatus, filius *Wolferadi* et *Hiltrudis* 18 Julii 1013. in hunc orbem intrauit. Hic puer infirmus, debilis et contractus, cum ad mundum videretur inutilis, anno 1020. XVII. Cal. Octobris literis fuit traditus, ac in monaſterio Augiae diuitis monaſticae vitae conſecratus. Artibus, ac diſciplinis tanto fideliorem nauauit operam, vt corporis defectus mentis viribus, opibusque ſarciret. BERTHOLDO teſte, anno 1054. in praedio ſuo Aleshauſen, quod hodie ordinis Teutonici per Alſatiam et Burgundiam Magiſtro paret, eſt defunctus, atque ſepultus. Idem BERTHOLDUS Conſtantienſis *Hermanno* contemporaneus ſequens laudis encomium attribuit *k*): *Herimannus Wolferadi Comitis filius, ab infantia omnibus membris contractus, ſed omnes tunc temporis viros ſapientia et virtutibus praecellens.* TRITHEMIUS ita de eodem ſcribit *l*): *Hermannus, qui dicebatur Contractus, monachus coenobii S Galli* — errore ductus id aſſeruit — *ordinis diui Patris Benedicti, natione Teutonicus, filius Comitis de Veringen in Sueuia, vir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus, et in ſecularibus literis vniuerſaliter doctiſſimus, Philoſophus, Poeta, Aſtronomus, Rhetor, et Muſicus, nulli ſuo tempore ſecundus, trium linguarum, Graecae, Latinae, et Arabicae peritiſſimus.* Scripſit praeter Chronicon praefatum, et alia a TRITHEMIO loc. cit. a FABRICIO *m*) et in hiſtoria literaria Ord. S. Ben. *n*) praeclariſſima opera recenſita.

4) Chronicon cuiusdam Monachi Weingartenſis de *Guelfis* eadem manu, qua *Hermanni* Chronicon: ſcriptum 22. foliis conſtat. In fronte eiusdem ſequens legitur inſcriptio: *Welfi principes de Attorff et domini in Rauenſpurg.* Mox Autoris incipit praefatio: *Generationes principum noſtrorum ſumma diligencia inueſtigantes ac multum in diuerſis cronicis hiſtoriis ſiue antiquis priuilegiis querendo laborantes nullum nominatim ante Gwelſonem comitem, qui tempore Karoli magni fuerat inuenire poteramus. Neceſſario igitur cronici huius ſeriem ab eodem incipere oportebat* &c. Primo agit de *Guelſici nominis origine*; II. De primo *Guelfone*: III. De *Ethicone monaſterii Ambirgouienſis fundatore.* IV. De *Rudolfo fratre*

h) Part, IV. Sect. VI. Cap. IV. p. 433.
i) Hiſtor. Biblioth. Vol I. P, I. p. 69.
k) In continuatione ad an. 1054.
l) De ſcript Eccleſ. cap CCCXXI.
m) Biblioth. med. et infim. Latin. lib. VIII. p. 237.
n) Part. II. Lect. V. Cap. III. p. 330.

tre S. Conradi: V. De *Guelfone filio Rudolfi*: VI. *Qualiter iſte Auguſtam occupauerit*: VII. *Qualiter Imperatori reſtiterit*: VIII. De *Guelfone IV*. *primo Duce Bauariae*: IX. D *Wolfone*, *qui Methildem duxit*, *et in Chouſringen obiit*; X. De *Henrico Duce*, *qui factus eſt Monachus*: XI. De *Henrico primo Saxonum Duce*: XII. De *Conflictu cum Ratisbonenſibus habito*: XIII. De *reditu Imperatoris*, *et eius morte*: XIV. De *execrabili pugna apud Tubingen*. Finem huius hiſtoriae imponit traditio duarum curiarum a GUELFONE monaſterio Weingartenſi anno 1181. facta, quae ita deſinit: *Acta ſunt haec idus Auguſti regnante Friderico Imperatore ſereniſſimo*, *in villa Mamigen teſtibus quam pluribus aſtantibus. Finis.*

Editum eſt primum a *Henrico* CANISIO iuxta praeſentem codicem in antiquis Lectionibus Tom. I. edit Ingolſtad. p. 176. in edit. Baſnag. Tom. III. p. 577. Cl. LEIBNITIUS eamdem Scriptorum ſuorum collectioni inſeruit. Cl. P. *Gerardus* HESS Monachus Weingartenſis eam iuxta codicem MS. Sec. XII. Scriptoribus rerum Guelficarum intulit. *Guelfonum* hiſtoriam mox excipit.

5) Breue Chronicon eiusdem Monachi Weingartenſis a Chriſto nato vsque ad annum 1197. ſex foliis contentum, cuius initium ita ſonat: *Poſt tempora conſulum monarchi in romana republica imperium obtinuerunt primo iulio ceſare arripiente imperium* &c. In fine eiusdem ſequens carmen habetur:

Eximium ſidus lucens aſſidere refert
Quod factor ſidus ſtellis hoc munere praefert
Aetheris infixa ſolio ſtat clarius vna
Cornibus innixa noctis fugat abdita luna
Sidera regali ſata partu quina ruere
Lege pater tali, *genetrix ſol*, *luna fuere.*

Deſcriptor huius chronici ſubiunxit SIGISMUNDI Imperatoris Epithaphium, quod ſequentis eſt tenoris:

Ceſar imperium tuus en ego roma ſacratum
Rexi non enſe ſed pietatis ope
Pontificem ſummum feci ſpretis tribus vnum
Luſtraui mundum ſciſma necando malum
Theucros oppreſſi et barbaras gentes excuſſi
Amplaque dominia contulit manus mea
Vt ſunt vngaria bohemia regnaque plura
Ac iter in znoem mors mihi preclufit amara
Pace ſigismundus hic requieſce pius
Cum grege catholico tranſeo fine bono
Anno milleno quater centum ter decem adde
Ac ſeptem menſis decembris dieque nono.

Hoc etiam Chronicon *Henricus* CANISIUS in ſuis antiquis lectionibus ſupra recenſitis ſubiunxit.

His duobus Chronicis idem vir eruditus ſequentem praemiſit praefationem.

„ In manu ſcripto Auguſtano, quem beneficio Nobiliſſimi er Ampliſſimi M. VELSERI „ habuimus, digna ſcitu eſt hiſtoria de *Guelfis*; vbi ſub finem colliguntur, breuis chronici „ more anni, et quae per illos a *Guelfis* geſta ſunt. Hanc hiſtoriam excipit Chronicon „ a Chriſto nato vsque ad annum 1197. Quis vtriusque ſit Autor, nec verbulo quidem

 „ in

„ in MS. codice expreſſum eſt. Curioſe tamen legenti caput 1. 3. o) 6. 7. et 8. manifeſte patet, Autorem fuiſſe monachum coenobii Altorfenſis ſiue Weingartenſis ad S. Martinum. Immo in Chronico ait: *noſtrum monaſterium;* et Weingartenſe intelligit. Floruit Autor ad finem Seculi duodecimi. Cl. Heſs *Wernerum* Abbatem fuiſſe ſuſpicatur.

6) Annales *Hermanni* Abbatis Altachenſis 17. foliis contenti, minuſculo charactere, a prioribus diuerſo, ſcripti ſunt. Diſtinctionis ſignum ſolum punctum occurrit. Incipiunt iidem ab anno 1152. et *Friderico I.* et vsque ad an. 1273. et ad *Ruldolphum* Habsburgium progrediuntur. In operis fronte nullus legitur titulus aut inſcriptio. Eius initium ita ſonat: *Anno dominice incarnationis MC. LII. Fridericus primus Friderici Sweuorum ducis filius fratris ſcilicet Chunradi regis. natus ex clariſſima progenie Karolorum poſt Chunradum tercium patruum ſuum apud Frankhenfurt communi voto et conſultu omnium principum ad imperium eſt electus. nonageſimus ab octauiano auguſto.* Finitur ſequentibus: *Anno igitur MCCLXXIII. Vngari et Comani preuenientes motum predicti regis Bohemie. poſt feſtum Purificationis quaſdam partes Auſtrie Styrie et Morauie ſub magna ſtrage promiſcui ſexus hominum intrauerunt. Eodem anno feria V. poſt miſericordia domini Kathedralis eccleſia Ratiſpone cum palacio epiſcopali et optimis campanis incendio totaliter eſt conſumpta.* Tunc ſine interuallo incipiunt.

7) Annales EBERHARDI Archidiaconi Eccleſiae Ratisbonenſis, iisdem characteribus ſcripti, et 15. foliis contenti, qui a *Rudolpho* Habsburgio, id eſt, ab anno 1273. vsque ad annum 1305. ſeſe extendunt. Autor ſuo operi hanc breuem praemiſit praefationem: *Quia ea que imperia noſtra ſcilicet Bawaria a tempore electionis Rudolfi Romanorum Regis geſta ſunt. in multis locis queſiui. nec ſcripta reperi. Ego eberhardus natus de inferiori Altach. Ratiſponenſis eccleſie archidyaconus iuxta Hismenium mihimetipſi canens illa que requirendo ſcire poteram vel audiendo. et digna reputaui memoria hic fideliter adnotaui.* Praefatione hac finita, incipiunt Annalas ſequenti modo: *Anno domini M. CC. LXXIII. mortuo Richardo Romanorum rege. principes imperii circa octauam ſancti michaelis ad eligendum alium regem in Franchenfurt conuenerunt* &c. Finis eorum ſequens eſt: *Item Rapoto palatinus. Inſuper miniſteriales de Rotal. Item Otto Comes de Gruemipach. Hoholdus gener ſuus de woltmuotſa. Item Comes de Moſpurch. Item liber de vnendorff.*

Annalibus iſtis ſequentia leguntur ſine interuallo ſubiecta, et a *Henrico* CANISIO in antiquis lectionibus omiſſa.

Anno domini M. CC. LXXXVI. facta eſt quaedam viſio mirabilis in clauſtro Griſci ordinis Tripolis. Quidam monachus dixit miſſam coram ſuo abbate. et vno miniſtro preſente. et infra ablucionem et communionem miſſe. apparuit quedam manus ſcribens ſuper corporale in altari. in quo predictus monachus corpus domini confecerat. Cedrus alta Lybani ſuccidetur. et tripolis in breui deſtruetur. et acharon capietur. et Mars ſaturnum ſuperabit. et ſaturnus inſidiabitur Ioui. et veſpertilio fugabit dominum apum. Infra XV. annos erit vnus deus. et vna fides. et alter deus euaneſcet. filii iſrael a captiuitate liberabuntur. Gens quedam veniet. que vocatur ſine capite. ve tunc clero. et tibi Chriſtianitas. Nauicula petri iactabitur in validis fluctibus ſed euadet. et dominabitur in fine dierum. in mundo erunt mul-

o) Legitur ibidem: *Sanctus igitur Conradus in epiſcopatum promotus patrimonium quod a patre poſſederat. Altdorff. et Wolpteſwende. Berge. Fronhouen. cum ſuis attinenciis. et omnia vltra fluuium noſtrum Scuzina* — Schuſs, qui Altorfenſem et Weingartenſem dictiones praeterfluit — *ſita* ... *fratri ſuo Rudolfo per concambium donauit.*

p) Conf. Script. rer. Guelf. Praefacio praemiſſa.

multa prelia. et ſtrages magna. et fames valida. et hominum mortalitas per loca. et regnorum mutaciones terra barbarorum conuertetur. Ordines mendicancium. et alie ſecte quamplures annichilabuntur. Beſtia occidentalis et leo orientalis vniuerſum mundum ſubiugabuntur. et tunc pax erit in toto orbe terrarum. et copia fructuum. et per XV. annos. Tunc preſagium erit ab omnibus fidelibus commune. vltra aquas congregatas ad terram ſanctam. et vincent. et ciuitas Ieruſalem gloriabitur et ſepulchrum domini ab vniuerſis honorabitur. et in tanta tranquillitate noua audientur. de anticriſto. et cetera dei mirabilia. Ergo vigilate.

Vtrosque hos Annales ex praeſenti codice deſumtos edidit *Henricus* CANISIUS T. I. edit. Ingolſtad. p. 229. et 307. Baſſnag. T. IV. p. 172. et 216. Primos attribuit *Henrico* STERONI Monacho Altachenſi, alteros *Eberhardo* Archidiacono Eccleſiae Ratisbonenſis. In illorum praefatione haec de codice noſtro ſcribit: „ Editi quidem ſunt hi Annales Franboſurti *q*). Sed noſter MS. codex habuit multis partibus copioſiores, et auctiores, eoque nomine Germanicarum rerum ſtudioſis exoptatiſſimos. Qui conferre has duas editiones voluerit, deprehendet in Francofurtenſi quaedam eſſe, quae in noſtro MS. abſunt, eaque fere ſunt de rebus Auguſtani Monaſterii, quae a Monacho Auguſtano addita manifeſtum eſt: quale eſt iſtud initio: *In capitulo noſtro ſepultus eſt Auguſtae* &c. quae non a Sterone Altahenſi monacho, ſed ab Auguſtano dici potuerunt. Propter haec editio Francof. hos annales dat nomine *Chronicae Auguſtenſis inſertis*. vt ait, *rebus Bauaricis et inter alia coenobii Altahae inferioris per Henricum, vt veriſimile eſt, Steronem.* In qua editione ſubſequenti parti horum annalium, ab anno videlicet 1266. expreſſe nomen Autoris Henrici Steronis adſcriptum eſt. “

Annalibus vero *Eberhardi* ſequentia praemiſit: „ In eodem MS. codice monaſteri S. Vdalrici ſequuntur hi annales Eberhardi: quos qui legerit et conferre voluerit cum iis, quae Francofurtenſis editio ab anno 1273. nomine Henrici Steronis edidit: mirabitur ſane in tam multis ad verbum conuenire. Licet enim noſter hic MS. multis partibus auctior ſit, tamen neceſſe eſt, vt vel Stero Eberhardum, vel hic illum viderit, et quaedam tranſcripſerit. “

Edidit etiam Cl. STRUUIUS Freherianae Scriptorum collectionis Reparator et Scholiaſtes diligentiſſimus. Primorum, quos CANISIUS *Steroni* adſcripſit, et quidem vsque ad annum 1266. Autorem laudabat *Hermanum* Abbatem Altahenſem, cuius Capellanus *Stero* erat; illorum autem ab anno nimirum 1266. vsque ad an. 1334. *Steronem* celebrauit.

Vltimam annalium ab anno 1152. vsque ad annum 1272. editionem ex Apographo *Joannis* AUENTINI ad duorum codicum MSS. Altahenſis et Oſterhouenſis fidem deſcripto procurauit *Andreas Felix* OEFELIUS de rebus Boicis eximie meritus, veroque Autori eosdem reſtituit *r*). Is in vtroque codice ab AUENTINO inuento adpellatur *Hermannus* Abbas Altahenſis.

Hermannus Abbas Altahae inferioris XXXVII. genio et ingenio praeſtantiſſimus, optimorum Praeſulum gloriam in ſe renatam habuit, eorumdem laudes non adaequans ſolum, ſed etiam ſuperans, voto concordi eligitur Abbas an. 1242. In exordio dignitatis ſuae mox totum impendit animum, vt inſtar apis argumentoſae non ſibi mellificaret, ſed monaſterio, cuius bona et cenſus nunc adnotando, nunc renouando ordinauit, priuilegia et diplomata cum aliis documentis a *Carolo* M. vsque ad ſua viuentis tempora ſtudioſiſſime

q) Iſtam editionem procurauit *Marquardus* FREHERUS T. I. p. 384.
r) In Scriptoribus rer. Boic. T. I. p. 657.

me in vnum codicem *s*) redegit, eoque aeternum Abbatialis vigilantiae monumentum in vltima transmiſit. Conſignauit etiam celebre illud Chronicon, quod in Bibliotheca Vienneni ſeruatum, poſtea ad Archiuum Caeſareum peruenit. Scripſit et annales, queis de communi patria bene mereri poſt funera non deſiit optimus Praeſul, viuens inter mortuos. Gratiſſimus Ducibus Bauariae. Multa bona comparauit, eaque auxit, alia aliis commutauit, alia iterum reſtaurauit. Ita de patria, monaſterio, officiis, et beneficiis, ſcriptis et laboribus meritiſſimus Praeſul, viribus hauſtus an. 1272. idus Martii communi omnium moerore faſces depoſuit, et bienno poſt pridie Cal. Aug. aetatis ſuae an. 75. vitae agonem clauſit *t*).

Annalium autem ab anno 1273. vsque ad an. 1305. Autorem eſſe, patet ex praefatione ſupra relata. Eosdem etiam a *Sterone* ſcriptos fuiſſe, FREHERUS et STRUUIUS teſtantur; a *Henrico* etiam Praepoſito Oettingano, OEFFELIUS adfirmat. De hisce tribus viris iſte *u*) ſequentia ſcribit: „ Supereſt, vt de Chronica ipſa *Henrici* Oettingani Prae-
„ poſiti pauca adiiciamus, quorum ſumma huc redit, vt tam ipſum, quam *Steronem* et
„ *Eberhardum* Altahenſem ſe inuicem impudenter compilaſſe citra colorem confiteamur.
„ Stili elegantia multum poſt ſe relinquunt *Henricum* Praepoſitum *Stero* et *Eberhardus*, in
„ iis plerumque, quae cum noſtro communiter dicunt, copioſiores; noſter reſtrictior, vt
„ Epitomatorem credas; longius tamen proceſſit vtroque, nec Henrici duntaxat patris et
„ filiorum, Ottonis praecipue res geſtas ſtilo complexus eſt. "

s) Laudatur iſte a *Bern. Betzio*, et *Godefrido Betzelio* Abbate Gottwic. et Academia ſcientiarum Elect. Boica eumdem Volum. XI. inſeruit.

t) Haec deſumta ſunt ex Memoriali ſeu Altahae inferioris memoria ſuperſtite ex tabulis, aliisque antiquitatum monumentis per P. *Joan. Baptiſtam Lackner* eiusdem loci Secretario collata et Paſſauii an. 1778. impreſſa.

u) Loc. cit. in monito praeuio ad Chronicon Henrici Oettingani. p. 687.

LXXII.

Fredegardi Scholaſtici Chronicon. II. Reginonis Chronicon. III. Euſebii Chronicon. IV. Tironis Proſperi Chronicon. in 4to. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

Integer hic codex iisdem litteris, ab eadem manu, eodemque tempore fuit ſcriptus. Characteres minuſculi ſunt, et venuſtate, et perſpicuitate gaudent. Initiales literae rubro, et tituli tam rubro quam nigro colore ſunt ſcripti. Charta eſt alba et polita. Praeter punctum nullum aliud occurrit diſtinctionis ſignum.

1) FREDEGARII Chronicon 98. conſtat foliis. In prima pagina ſequens legitur titulus capitalibus tam nigris quam rubris literis exaratus: LIRER. CHRONICARUM. YDACY. THOROMACHI. AC. QUINTL. JULY. HYLARIONIS. VNACUM. CHRONICA. REGINONIS. MONASTERII. AUGIENSIS. QUONDAM. INSIGNIS. ABBATIS. AD. ADALBERONEM. TREUIRENSIS. ECCLESIAE. ARCHIEPISCOPUM. VENERABILEM. LIBRI. DUO. IN. QUORUM. PRIMO. DE. ROMANORUM. SECUNDO. VERO. DEFANCORUM. GESTIS. AEGREGIE. SCRIBIT. AD. IUNCTIS. IN. FINE. DIUERSIS. SINE. ORDINE. GESTIS. In fronte ſecundi folii legitur: *Incipit liber G nerationum primus*, et quidem in hunc modum a prologo: *Ab adam vsque ad*

l ordinem quae continetur in huius volumine libri. Dinumeracio temporum et annorum. onſtat hic liber 31. capitibus, quorum ſummaria ſunt: 1. Narratio praeſationis: 2 Diſio terrae tribus filiis Noe: 3. Confuſio linguae: 4. Deriuatio ex eis gentium eorumque noina: 5. De filis Cham: 6. De filiis Sem: 7. De habitationibus omnium filiorum Noe: Inſulae quae habent ciuitatem: 9. De ſede gentium ab oriente: 10. De montibus nominar: 11. De fluminibus maioribus: 12. Diuiſio filiorum Noe terrae: 13. De Falech Abram: 14. egreſſione filiorum Iſrael: 15. De regno Saul, Dauid, Salomon: 16. De Nabachonoſor et captiuitate: 17. De generatione et paſſioae Chriſti: 18. De feſto Pachae a Chri inſtituto: 19. De regibus Perſarum: 20. Nomina primorum progenitorum: 21. Nomi poſt transmigrationem eorum: 22. Nomina Prophetarum: 23. De mulieribus Prophetiſſis: . De nominibus Regum: 25. Nomina Regum poſt regni diuiſionem: 26. Nomina Sacerdom: 27. Eductio: 28. Eductio: 29. Eductio: 30. Initium patriae: 31. De regibus Maceniae.

Henricus CANISIUS primum hunc librum ex Anonymo, qui ſub *Alexandro Seuero* Imratore vixit, collectum fuiſſe ſcribit. *Albertus* FABRICIUS *a*) ex *Julio Africano*, vel *ypolito* potius deſumtum credit.

Libro ſecundo ſequens eſt praemiſſus titulus: *Incipit Liber generationum ſecundus.* Ca. I. *egnum Aſſyriorum primus rex Ninus regnauit an. LI.* Diuiſus eſt iſte in quinquaginta catula, cuius vltimum concluſionem: *Idacius Seruus domini noſtri iheſu Chriſti*, comprendit.

Tertii libri titulus talis eſt: *Incipit Liber Chronice tertius.* Ca. I. *Romanorum XXXII. Theodoſius poſt gratianum regnat an. XVII.* Finis decimi quarti capituli ſequens eſt: *elſarius multa prelia cum perſis agens eos glorioſiſſime vicit a bucelino quodam Franco in ita ſuperatur tante victorie nominis glorioſus a bucelino victus nomen vitamque amiſit.*

Magnam ſecundi et tertii libri partem ex *Idacio b*) fuiſſe mutuatam, ipſe Autor proetur.

Sequitur liber quartus hoc titulo: *Incipit prefacio libri quarti excerptum de chronica eca Thoromachi c*) *Epiſcopi d*) Finitur ſequentibus verbis: *Nec poſt mora extante Chilrico calauillam nec procul a pariſius ab homine nomine Falcone qui miſſus a Brunichelde fuet eſt interfectus et crudeliſſimam vitam digna morte finiuit.* Deinde

Incipit Liber Quinti Julii Hylarionis de curſu temporum. Quintus. Quantocunque temre in diuinis legimus cuiuscunque timentis deum. Finis ſequens eſt: *In qua iuſti habitant et erit celum nouum et terra noua et vtraque in perpetuitate manebunt impii in ambuſtio eterna. Juſti autem cum deo in vitam eternam Amen.*

Librum iſtum fuſius praecedenti numero recenſuimus, et de Autore ipſius pauca imus.

Libri iſti quinque in *Petri* LAMBECII *Commentatorium Bibliothecae Caeſareae Libro II.* ol. 722. et ſeq. recenſiti habentur.

Prologo libri ſexti talis titulus legitur praefixus: *Incipit Prologus in librum ſe tum et vltium Thoromachi concordans quo ad geſta cum libro quarto e*). Iſto finito: *Incipit Liber ſextus Tho.*

a) Lib. VI. T. I. Bibl. med. et infim. Latin. p. 202.
b) De viro illo clariſſimo numero praecedenti facta fuit mentio.
c) Turonici ſeu Turonenſis. Fuit is *Gregorius.*
d) Praefatio numero praecedente legi poterit.
e) Prologus praecedente numero legitur integer exſcriptus.

Thoromachi. Ca. Primum. Gunthramus rex Francorum cum iam anno XXIII. Burgundie regnum bonitate plenus feliciter regebat. Vltimum huius libri caput agit de *Willebadi* et *Flaocati* obitu, et ita deſinit: *Hi duo Flaochadus et Willebadus eoquod multa inuicem prelia per loca ſanctorum de amicitia obliganda ſacramenta dederant et vterque in populis ſibi ſubiectis cupiditatis inſtincto inique oppreſſerunt ſimul lateribus nudauerunt quod iudicio dei de eorum oppreſſione plurima multitudine liberaret et eorum perfidiam et mendacia eos vterque interire feciſſet.*

Huius Chronici libros priores quatuor *Henricus* CANISIUS ex praeſenti codice integros T. II. Edit. Ingolſt. pag. 579. Edit. Basnag. T. II. pag. 154. ſub titulo *Collectionis Hiſtoriae Chronographicae* euulgauit: quintum iam in bibliothecis Patrum editum omiſit. Adiecit ſequentem animaduerſionem: „ Quisquis ille fuit, qui huic collectioni hunc inſeruit, „ nae ille ineptus fuit, ſi id tantum fecit ideo, vt Quintus Hilarion quintum librum fa- „ ceret. Et ſane non a collectore illo Caroli Magni compare, ſed ab alio factum videtur."

De libro ſexto nihil niſi praefationem et primum edidit caput, cetera vero ideo praetermiſit, eoquod iam cum *Gregoii* Turonenſis hiſtoria Francorum in lucem prodiere. Legitur in nota primo capitulo ſubiecta: „ In fine quoque noſter MS. codex inſignem ac- „ ceſſionem habet, quam hic, quia nun-quam edita, damus." Aſt falſum adſertum; acceſſio enim iſta in praeſenti codice haudreperitur; ſed ex codice praecedente numero recenſito, quem ſemper maiorem vocat, iſtam exſcripſit.

2) REGINONIS Abbatis Prumienſis Chronicon 81. foliis contentum, in duos eſt diſtinctum libros. In primo hiſtoriam a Chriſti natiuitate vsque ad *Carolum Martellum* texuit: in ſecundo vsque ad annum 1047. progreditur. In fronte operis legitur: *Incipit prologus In Chronicam Reginonis*, qui ſequentis eſt tenoris:

Vnico et totius philoſophie ſtudiis multipliter inſignito domino Adelberoni Epiſcopo Regino quamuis omnium Chriſticolarum extremus. Veſtre tamen ſublimitati omnibus deuotiſſimus. Fidelia mandat oracionum obſequia. Chroniam quam de noſtris et anteceſſorum noſtrorum temporibus litteris comprehendi veſtre ſingulari prudencie examiuandam transmiſi, vt veſtro perſpicaci iudicio. aut approbetur aut contemnetur. Quam in duobus libellis diſtinxi. exordium capiens a primo incarnationis dominice anno et conſumans ceptum opus vsque in preſentem annum. Qui computatur a prefata incarnacione domini nongentiſſimus octauus. Indignum etenim mihi viſum eſt vt cum hebreorum grecorum atque romanorum aliarumque gencium hyſtoriographi res in diebus ſuis geſtas. ſcriptis vsque ad noſtram noticiam transmiſerint de noſtris quamquam longe inferioribus temporibus ita perpetuum ſilencium ſit. vt quaſi in diebus noſtris. aut hominum actio ceſſauerit. aut fortaſſis nil dignum. quod memorie fuerit commendandum egerit. aut ſi res memoratu digne geſte ſunt. nullus ad hec litteris mandanda idoneus inuentus fuerit. notariis per incuriam ocio torpentibus. Hac itaque de cauſa non paſſus ſum tempora patrum noſtrorum ex noſtra per omnia intacta preterire. ſed ex multis pauca notare curaui. Et vbi ad preſencia tempora ventum eſt ſtilo temperaui propter quorundam offenſam quia adhuc ſunt ſuperſtites. lacius hec poſteris exequenda relinquens. Accipite ergo hoc paruum munuſculum ea benignitate qua deuocione miſſum eſt a mea paruitate. In calce autem obſecro lectorem vt ſi illi hec noſtra dicta qualiacunque ſint placuerint. et ea ſibi deſcribi voluerit hanc prefaciunculam nullatenus omittat gloriam celſitudinis veſtre multorum vtilitatibus profuturam ſuperna prouidencia diu incolumen conſeruare dignetur.

Multi decernant et adhuc ſub iudice lis eſt
Feminei generis vel neutri chronica conſtent
Sed nobis pocius neutro proferre videtur.

Pro-

Prologo finito: *Incipit Chronica Reginonis Li.* I. *C.* I. *Anno imperii Caeſaris Octauiani XLII. Jheſus Chriſtus filius dei natus eſt. Eadem nocte ab Angelis euangeliſatur. a paſtoribus viſitatur.* Conſtat liber ſexaginta capitibus, in quorum vltimo Romanorum Pontificum a *Petro* vsque ad *Zachariam* catalogum pertexuit. E. g.

Petrus Apoſtolus ſedit annos XXV. Menſes II. Dies III.
Linus annos XI. Menſes. III. Dies XIII.
Cletus annos XII. Menſem I. Dies XI.
Clemens annos VIIII. Menſes II. Dies X.
Anacletus annos VIIII. Menſes II. Dies X.

Finis primi libri talis eſt: *Hec idcirco ab ipſo incarnacionis domini anno exordium capientes vsque huc perduximus vt quia ſequens libellus a noſtra paruitate editus per eiusdem incarnationis dominice annos tempora principum et geſta declarat. iſte nihilominus quo tempore quo loco vel quid ſub vnoquoque principe actum ſit ſumatim demonſtrat triumphos quoque ſanctorum martirum et confeſſorum quibus incolis vel ſub quibus regibus coronam glorie perceperunt nominatim aperiat. Igitur vbi iſte finitur ille conſequenter inicium capiat. et vbi ille incipit iſte finem ſorciatur.*

Secundo libro ſequens titulus eſt praemiſſus; *Incipit Chronice Reginonis. Liber ſecundus. Ca. I. Anno dominice incarnationis d CCXLI. Carolus filius Pipini maior domus et bellicoſiſſimus dux Francorum deſunctus eſt.* Hic liber 95. capitibus conſtat. Finis eiusdem ſequentis eſt tenoris: *Per id tempus baltramnus ſtrasburgenſis et Ludelmus tullenſis eccleſie preſules migrauerunt a ſeculo. Quibus ſucceſſerunt in pontificali Kathedra Albertus in ſtrasburgenſi ciuitate et Druogo in Tullenſi.*

Saepius hoc Chronicon iam ſub prelo ſudauit; primam eiusdem editionem *Sebaſtianus* de ROTTENHAN Moguntiae anno 1521. alteram *Simon* SCHARDIUS Francofurti an. 1566. tertiam *Joannes* PISTORIUS an. 1597. procurauere. Quarta prodiit Argentorati an. 1609. STRUUIUS quintam in noua Piſtorianae collectionis editione vnacum animaduerſionibus criticisque notis exhibuit.

REGINO natione Germanus, Ordinis S. *Benedicti* Alumnus, Abbas Prumienſis Coenobii in dioeceſi Treuirenſi, vir, vt ait TRITHEMIUS, in diuinis ſcripturis eruditus, et ſecularium literarum non ignarus, hiſtoriographus, et iuriſta inſignis, qui ſuo tempore inter Alemannos doctor famoſus habebatur, ſcripſit iuſſu *Ratbodi* Archiepiſcopi Treuirorum, de diſciplina eccleſiaſtica, et religione Chriſtiana, decretorum libros duos, nongenta capitula habentes, ad Adalberonem Epiſcopum Metenſem *f*) ſcripſit chronicon temporum, continentem praecipue geſta Francorum et Alemannorum a natiuitate vsque ad annum eiusdem 908. *g*) et quaedam alia, quae ad notitiam meam non venerunt. Claruit circa tempora *Arnoldi* ſeu *Arnulphi* Imperatoris, anno domini 900.

De praeſenti opere STRUUIUS in praefatione ſequentia ſcribit: „ Duobus libris hoc „ chronicon conſtat. In priori Hiſtoriam pertexuit a nato Chriſto, vsque ad *Caroli* Mar„ telli tempora, in eademque Romanorum, Byzantinorumque Hiſtoriam perbreuiter, Ro„ manorum etiam Epiſcoporum ſucceſſionem exponit, ſanctorum Martyria intermiſcens. „ In hoc *Eutropium* atque *Paulum*, *Warnefridi* filium, plerumque fuit ſecutus, ex hoc „ etiam multa de verbo ad verbum depromſit. In libro, vsque ad annum 814. Annales „ quosdam Francorum fuit ſecutus.... Licet autem breuior ſit *Regino* ab anno 814. ad

annum

f) In noſtro codice legitur *Treuirenſem*, vti et apud *Struuium*.
g) *Struuius* in praefatione 408.

„ annum 853. vsque, ab hoc tamen anno ſit prolixior, dum Annales Metenſes potiſſi- „ mum ſequeretur, niſi quod ſucceſſionem Abbatum Prumienſium ſubinde immiſcuerit. „ Eosdem ſequitur vsque ad an. 903. in quo deſinunt Annales Metenſes. Ipſe tamen „ *Regino* hunc ſecundum librum ad annum 907. ſaltem perſequitur; immo ipſe, in prae- „ ſatione ad *Adalberonem* teſtatur, *quod conſummauerit opus coeptum, vsque in praeſentem* „ *annum, qui computatur a praefata incarnatione Domini, nongenteſimus octauus.*

Reginonis Chronicon excipit hiſtoria de deſtructione eccleſiae S. Afrae et monaſterii S. *Magni*, ex legenda S. *Simperti* Epiſcopi Auguſtani excerpta. Conſtat vnico tantum folio, eaque integra exſcripta in Adpendice ſub num. XIV. legitur.

3) EUSEBII *Pamphili* Epiſcopi Caeſarienſis Chronicon 84. foliis contentum ſequentem titulum capitalibus literis ſcriptum ſibi habet praefixum: CHRONICA. EUSEBII. HIERONIMI. CAESARIENSIS. EPISCOPI. AD VINCENCIUM. ET GALIENUM. *Incipiens. a tempore. Ab raham. Protenſſe.* VSQUE. AD IMPERATORIS. VALENTIS. INTERITUM. Folio ſecundo incipit prologus his verbis: *Euſebius Hieronimus Vincencio et Galieno ſuis ſalutem. Vetus iſte diſertorum mos fuit. vt exercendi ingenii cauſa grecos libros ſermone abſoluerent* &c. Columna ſecunda tertii folii EXPLICIT. PROLOGUS. INCIPIT. INTERPRETATA. PRAEFACIO, et quidem tali modo: *Moſen gentis hebreae qui primus omnium prophetarum ante aduentum domini ſaluatoris diuinas leges ſacris litteris explicauit* &c. Praefatione abſoluta ipſum chronicon initium ſequenti ordine ſumit:

Regnum. Aſsyriorum.	Hebreorum. Gentis Exordium.	Regnum Sicyoniorum.	Regnum Aegypciorum.
Primus omnis Aſie exceptis Indis regnauit VII. Ninus Beli filius annis LII. Huius XLIII imperii anno natus eſt Abraham.	*In huius imperio apud Hebreos naſcitur Abraham. Qui cum. C. eſſet annorum genuit Iſaac.*	*In grecia vero II. Sicyonis imperabat. Europs annis XLV. Cuius regni XXII. anno natus eſt Abraham.*	*Porro Aegypicos. XV. poteſtas erat. quam vocant Dinaſtiam. Quo tempore regnabant Thebeam. CXC. annis*

His regni accedunt, vel ea ſubſequuntur regna: *Argiuorum*, *Athenienſium*, *Latinorum*, *Lacedemoniorum*, *Corinthiorum*, *Hebraeorum Juda*, *Hebraeorum Iſrael*, *Medorum*, *Macedonum*, *Romanorum*, *Lydorum*, *Perſarum*, *Alexandrinorum*, *Syriorum*. Anno regni *Conſtantini* M. viceſimo legitur: *Vicennalia Conſtantini Nicomedie acta et ſequenti anno romae aedita.* Dein mox rubro colore ſcriptum habetur ſubiectum: *Huc vsque Hiſtoriam ſcribit Euſebius Pamphili martiris contubernalis. Cui nos* — nimirum Hieronymus — *ita ſubiecimus.* Sequitur itaque S. HIERONYMI continuatio Chronici Euſebiani, quae a viceſimo primo imperii *Conſtantini* M. anno inchoat, et vsque ad *Valentis* Imperatoris mortem progreditur. Eius initium in noſtro codice ita ſonat: *Arbonius* — Arnobius — *rethor in Affrica clarus habetur. qui cum ſiccae ad declamandum iuuenes erudiret et adhuc ethnicus ad credulitatem ſomniis compelleretur. neque ab impetraret fidem quam ſemper impugnauerat elucubrabat aduerſum priſtinam religionem luculentiſſimos libros* &c. In fine ſic legitur: *Colliguntur omnes anni vsque ad Conſulatum Valentis VI. et Valentiniani Junioris.*

A quinto decimo Tyberii anno predicacione domini noſtri Jheſu Chriſti anni CCCLII.

A ſecundo anno Darii regis Perſarum quo tempore templum Hieroſolymis inſtauratum eſt anni dCCCXCVIII.

Ab olympiade prima a qua etate apud hebreos Iſaias prophetabat anni mGLV.

A Salomone et prima edificacione templi anni m CCCCXI.

A Captiuitate Troie. quo tempore Samſon apud Hebreos erat anni m d LXI.

A

A Moſe et Cecrope primo rege Atticę anni m d CCC. XC.
Ab Abraham et Regno Nini et Semiramidis anni II m. CCC. XCV.
Continet omnis Canon ab Abraham vsque ad tempus ſupra ſcriptum annos II m. CCC. XCV. A diluuio autem vsque ad Abraham ſupputantur anni d CCCC XLII. Et ab Adam vsque ad diluuium anni II m CC XLII. Fiunt ab Adam vsque ad XIIII Valentis anni, id eſt vsque ad Conſulatum eius VI. et Valentiniani iterum omnes anni V. m. d LXXVIIII.

Denique ſequuntur conſules iuxta ordinem chronologicum, in quorum fine legitur: EXPLICIT. CHRONICA. EUSEBII. ET. HIERONYMI.

Chronicon iſtud ita eruditis acceptum erat, vt frequentioribus honoraretur editionibus; primam *Philippus Lauania* typis iam primis typographiae annis impreſſit: ſecundam Venetiis an 1483. *Erhardus* RATDOLT euulgauit: tertiam *Genricus* STEPHANUS anno 1518. prelo ſubiecit: quarta Baſileae anno 1529. et quinta an. 1549. ibidem in lucem prodiere: ſexta Burdigalae curante *Arnoldo* PONTACO Epiſcopo Vazatenſi an. 1604. comparauit; ſeptimam *Joſephus* SCALIGERUS Lugduni anno 1606. procurauit: octauam *Aubertus* MIRAEUS Antuerpiae an. 1608, in lucem emiſit: nonam et locupletiſſimam Tomo VIII. operum S. *Hieronymi Dominicus* VALLARSI. Veronae an. 1740. curauit. Noſter codex ab editionibus memoratis in eo diſcrepat, nimirum iſtae a mundi origine, ille vero ab *Abraham* initium ſumit: in illo regum ſeries deſideratur, iſtis autem conſpicitur praemiſſa.

Euſebius PAMPHILI, quod cognomentum ab illuſtri Martyre propter neceſſitudinem et ſtudiorum coniunctionem accepit, Caeſareenſis Epiſcopus iſtud propemodum immenſi laboris atque eruditionis opus edidit, quo innumera, quae non ſacrae tantum, ſed profanae etiam Hiſtoriae meliorem Chronologiam ſpectant, nunc explorata habentur et minime dubiis temporum characteribus conſtituta. S. *Hieronymus Euſebii* ſtudioſiſſimus idem latine reddidit, geſtisque aliis praecipue latinorum auxit, atque vsque ad ſua continauit tempora Conf. Praefacio *Vallarſii* ad Tom. VIII. operum. S. Hier.

4) Chronicon *Tironis Proſperi* ſeptem foliis conſtat. Eiusdem titulus talis eſt: INCIPIT. EX CHRONICIS. TYRONIS. PROSPERI. CHRONICORUM. EUSEBII. TEMPORIBUS. PRETERMISSIS. Deinde ſequitur: *Igitur valente a Gothis in Thracia concremato Gracianus. cum fratre Valentiniano XV. regnat annos VI.* Finitur autem ſequenti modo: *Fiunt ergo ab exordio regis Geiſerici vsque ad exitum Vuandalorum anni XCIII. menſes X. dies XI. Ab interitu ergo Valentis in XIIII. anno regni eius vsque ad ſupradictum tempus anni CLIIII. Collecta ergo omnis ſumma annorum ab Adam vsque ad Vuandalorum perditionem fiunt anni V. m. d CC. XXXIII.*

Praeſens hoc Chronicon *Henricus* CANISIUS Ingolſtadii anno 1601 in ſuis *lectionibus antiquis* T. I. p. 148. typis euulgauit. In ſua praefatione de eodem ſequentia ſcribit: „ Porro nobiliſſimus et exquiſitae eruditionis ocellus M. Velſerus Duumvir Auguſtanus, miſit nobis codicem MS. Auguſtani Monaſterii SS. Vdalrici et Afrae: vbi Euſebii et S. Hieronymi chronicis ſubiunctus Proſper.... Hic Proſper, nouo Tironis nomine auctus, licet cum vulgato illo in multis ne verbo quidem diſcrepet, tamen in quibusdam minuttor eſt, in multis vero longe auctior, praeſertim ſub finem, vbi inſignis acceſſio... Vnde etiam patet, illa quibus Vlricianum apographum ceteris auctius eſt, vere eſſe Proſperi, quippe quae Gennadius legit. "

Duo ab eruditis laudantur *Proſperi*, alter Epiſcopus Regienſis in Prouincia, alter ille Aquitanus dictus. Ille Chronicon ab *Adamo* vsque ad obitum *Valentiniani*, et captam

Genſerico vrbem Romam duabus partibus, iſte vero breuius ab anno 379, vsque ad annum 455. conſcripſiſſe dicitur.

LXXIII.

De Vita et Paſſione S. Ignatii Epiſcopi et Martyris. in fol.

In duabus tantummodo paginis pergamenis continentur ea, quae de S. *Ignatio* Epiſcopo Antiochenſis eccleſiae, et Martyre ab Anonymo quodam ad ſeculi XV. finem ſcripta ſunt. Prima huius hiſtoriae pars ex apocriphis potiſſimum ſcriptis deſumta eſt, quod epiſtolae Sancti ad B. Virginem, et iſtius ad *Ignatium* datae ſufficienter teſtantur: Secunda plurimum cum vita eius a Bollandiſtis ex vetuſtiſſimis MSS. latinis collecta, et primo Februarii Tomo pag. 29. et ſeq. inſerta conuenit. Hanc hiſtoriam in adpendice ſub num. XV. integram ad diiudicandum exponam.

A Moſe et Cecrope primo rege Atticę anni m d CCC. XC.
Ab Abraham et Regno Nini et Semiramidis anni II m. CCC. XCV.
Continet omnis Canon ab Abraham vsque ad tempus ſupra ſcriptum annos II m. CCC-XCV. A diluuio autem vsque ad Abraham ſupputantur anni d CCCC XLII. Et ab Adam vsque ad diluuium anni II m CC XLII. Fiunt ab Adam vsque ad XIIII Valentis anni, id eſt vsque ad Conſulatum eius VI. et Valentiniani iterum omnes anni V. m. dLXXVIIII.
Denique ſequuntur conſules iuxta ordinem chronologicum, in quorum fine legitur: EXPLICIT. CHRONICA. EUSEBII. ET. HIERONYMI.

Chronicon iſtud ita eruditis acceptum erat, vt frequentioribus honoraretur editionibus; primam *Philippus Lauania* typis iam primis typographiae annis impreſſit: ſecundam Venetiis an 1483. *Erhardus* RATDOLT euulgauit: tertiam *Genricus* STEPHANUS anno 1518. prelo ſubiecit: quarta Baſileae anno 1529. et quinta an. 1549. ibidem in lucem prodiere: ſexta Burdigalae curante *Arnoldo* PONTACO Epiſcopo Vazatenſi an. 1604. comparauit: ſeptimam *Joſephus* SCALIGERUS Lugduni anno 1606. procurauit: octauam *Aubertus* MIRAEUS Antuerpiae an. 1608, in lucem emiſit: nonam et locupletiſſimam Tomo VIII. operum S. *Hieronymi Dominicus* VALLARSI Veronae an. 1740. curauit. Noſter codex ab editionibus memoratis in eo diſcrepat, nimirum iſtae a mundi origine, ille vero ab *Abraham* initium ſumit: in illo regum ſeries deſideratur, iſtis autem conſpicitur praemiſſa.

Euſebius PAMPHILI, quod cognomentum ab illuſtri Martyre propter neceſſitudinem et ſtudiorum coniunctionem accepit, Caeſarecnſis Epiſcopus iſtud propemodum immenſi laboris atque eruditionis opus edidit, quo innumera, quae non ſacrae tantum, ſed profanae etiam Hiſtoriae meliorem Chronologiam ſpectant, nunc explorata habentur et minime dubiis temporum characteribus conſtituta. S. *Hieronymus Euſebii* ſtudioſiſſimus idem latine reddidit, geſtisque aliis praecipue latinorum auxit, atque vsque ad ſua continauit tempora Conf. Praefacio *Vallarſii* ad Tom. VIII. operum. S. Hier.

4) Chronicon *Tironis Proſperi* ſeptem foliis conſtat. Eiusdem titulus talis eſt: INCIPIT. EX CHRONICIS. TYRONIS. PROSPERI. CHRONICORUM. EUSEBII. TEMPORIBUS. PRETERMISSIS. Deinde ſequitur: *Igitur valente a Gothis in Thracia concremato Gracianus, cum fratre Valentiniano XV. regnat annos VI.* Finitur autem ſequenti modo: *Fiunt ergo ab exordio regis Geiſerici vsque ad exitum Vuandalorum anni XCIII. menſes X. dies XI. Ab interitu ergo Valentis in XIIII. anno regni eius vsque ad ſupradictum tempus anni CLIIII. Collecta ergo omnis ſumma annorum ab Adam vsque ad Vuandalorum perdicionem fiunt anni V. m. dCC. XXXIII.*

Praeſens hoc Chronicon *Henricus* CANISIUS Ingolſtadii anno 1601 in ſuis *lectionibus antiquis* T. I. p. 148. typis euulgauit. In ſua praefatione de eodem ſequentia ſcribit: „ Porro nobiliſſimus et exquiſitae eruditionis ocellus M. Velſerus Duumvir Auguſtanus, miſit nobis codicem MS. Auguſtani Monaſterii SS. Vdalrici et Afrae: vbi Euſebii et S. Hieronymi chronicis ſubiunctus Proſper.... Hic Proſper, nouo Tironis nomine auctus, licet cum vulgato illo in multis ne verbo quidem diſcrepet, tamen in quibusdam minutior eſt, in multis vero longe auctior, praeſertim ſub finem, vbi inſignis acceſſio... Vnde etiam patet, illa quibus Vlricianum apographum ceteris auctius eſt, vere eſſe Proſperi, quippe quae Gennadius legit. "

Duo ab eruditis laudantur *Proſperi*, alter Epiſcopus Regienſis in Prouincia, alter ille Aquitanus dictus. Ille Chronicon ab *Adamo* vsque ad obitum *Valentini...*, et captama

I. Excerpta ex Gloſſario biblico-germanico.
II. Lectiones variantes ex Conflictu Arnobii et Serapionis.
III. Cerei Paſchalis Benedictio.
IV. Fragmentum decreti de electione Summi Pontificis a Nicolao Papa II. an. 1059. editi.
V. Henrici Regis Angliae reſponſio nuntio Sabaudiae Ducis, ſeu Felicis Antipapae per Archiepiſcopum Eboracenſem data.
VI. Caroli Regis Franciae epiſtola Patribus ordinis Praemonſtratenſis in Capitulo generali Hannoniae 1440. congregatis oblata.
VII. Decretum Capituli generalis Ordinis Carthuſiani monaſteria eiusdem viſitandi.
VIII. Epiſtolae XXXI. a Conſtantino Caietano Abbate S. Barontii ad Carolum Stengelium ſcriptae.
IX. Joannis Fabri Simpliciarii Pontificii duae epiſtolae ad eumdem.
X. Stephani Viti S. J. iudicium ſuper vindicias Caroli Stengelii S. Vdalrico Epiſcopo datas.
XI. Petri Steuartii Procancellarii Ingolſtadienſis duae epiſtolae ad eumdem datae.
XII. Joannis Henrici a Pflaumern epiſtola ad eumdem.
XIII. Erardi Niggelii Mon. Schyrenſis ad eumdem epiſtolae.
ditis. operibus meis credite; erant enim qui ſua dementia paruam in Deo fidem habebant propter carnem; exſurgentes autem proterue et canino more incurrentes cauſantesque excuſationes in peccatis! incauſanti ei dicebant. pro bono opere non lapidamus te ſed pro blaſſemia. quod cum ſis homo facis teipſum Deum; ac nos illorum incredulitatem et dementiam execrati. prolixius eum vberibus benedictionibus adoremus. et phariſeorum ſaeuitate damnata dicamus. et pro bono te opere maximo admiramur. quod cum ſis Deus homo fieri dignatus es. et quam ob cauſam homo ſit factus exponam. Etenim quoniam eſt Dei verbum naturaliter vita. ideo proprium fecit corpus corruptibile et caducum. vt mortalitate victa atque damnata ad eternitatem potius transformetur. et quemadmodum ferri materies cum in medio fornacis eſtu conflatur ignis inſtat ardeſcit. et in eius ſpeciem vertitur et colorem. et candorem ipſius flammae victricis. ita etiam carnis natura cum eterno atque incorruptibili Dei verbo coniuncta deſtitit eſſe quod fuerat! nec vlterius remanſit in peſtem. et quoniam ipſe eſt lumen mundi. ideo recta atque vera deitatis recognitione atque ſcientia mentes noſtras inluminans vniuerſos vocabit ad lucem! partim cum doctrinis venerabilibus vteretur. quibus eos ſapientiſſimos faciebat. qui ad eum accedebant in fide. partim cum virtutes operaretur eximias. quas ſupra omnem credulitatem aſpectibus oſtendebat! vt iam dubitare nemo poſſit quia cum per naturam Deus homo factus eſt. remanſit tamen id quod erat. licet diſpenſatoris ſpeciem humanae conditionis induerit. ſed non intellegentes iudei miſterium. et quamuis et per legem et per ſanctos profetas eis ſepe perſpicue fuerat denuntiatum. audebant eum multis modis offendere. ſed et agnouerunt. quod ipſe eſſet heres et dominus nihilominus eiecerunt et interfecerunt! habentes ad tantum nefas et facinus adiutorem atque ſolatium Satan culpae deterrimum genitorem. qui gratulatus eſt quidem a principio omni ſe fuiſſe moleſtia liberatum cum eum talia pati conſpiceret. mox autem cum his qui eum crucifixerunt ſe conperit erraſſe. et vana ſpe fuiſſe raptatum. cum cognouerat. paſſionem illam fuiſſe voluntariam. et quod ipſe poſuerat animam ſuam non alicuius inpulſu aut violentia ſed propria potius voluntate. vt illis qui tenebris cohercentur inferni denuntiaret. et eis portas reſeraret ad vitam. vt enim ad nos ſcribit ſapientiſſimus PAULUS. et ideo Chriſtus mortuus eſt et reuixit vt viuis et mortuis dominetur. nam poſtquam mortuos tenebris exemit et conculcauit mortis imperium. reuixitque tercia die. et ſe ſanctis Apoſtolis obtulit praecipiens eis docere omnes gentes et eos baptizare in nomine patris et filii et ſpiritus ſancti tunc aſcendit in celum. et eſt ad dexteram domini et patris. venietque in tempore omnium in virtute diuina ſimul et gloria ſtantibus ſanctis angelis. reſidebit autem in ſolio gloriae ſuae iudicaturus orbem terrarum in equitate et iuſtitia et ſingulis iuxta ſua merita redditurus. quoniam ipſius ſumus pretio comparati nec noſtrae conditionis aut iuris ſeruamus redemtori in bonis actibus. quantum poſſumus operantes. diſcutientes omne contagium delictorum! omni nos virtute et modeſtia decorantes. bonum certamen certemus. curſum conſumemus. fidem ſeruemus. Aegenorum miſerias releuantes. pupillorum conſolantes inopiam. viduis ſuccurrentes. refectionis ſolatia infirmis ac debilibus offerentes. in carceribus et in vinculis poſitos viſitantes. humani et miſericordes in omnibus amore nos mutuo vinciamus. tunc enim tunc ſincere ieiunantes ſanctimoniis copulamur. habentes quadrageſimae exordium a primo die menſis qui ſecundum egyptios dicitur faminoth ebdomades vero paſchae venerabiles a ſexto menſe farmoth. ita vt finiamus ieiunia iuxta euangelicas traditiones vndecima menſis eiuſdem in tempeſta nocte ſabbato. poſtera die dominica feſtiuitatem celebrantes XII. eiuſdem menſis! continuantes iugiter VIII.

ebdomadas ſanctae quinquageſimae. ſic enim regni celorum heredes eſſe meremur. In Chriſto Jeſu domino noſtro per quem cum quo Deo Patri cum ſpiritu ſancto gloriam et imperium in ſecula ſeculorum Amen. Salutate inuicem in oſculo ſancto. Salutant vos qui mecum ſunt fratres. Pax vobis. Amen.

Codex impreſſus.

Et vt vult oſtendere ſuum dominum inhonorare in ſuis ſermonibus.

Agitur de his, quae ad perpetuum gaudium pertinent, vel irrogant perpetuum incendium.

Remanſiſſe conteſtetur.

In ſuos fratres deſaeuit et ſpumat ira.

Qui vero ſeparat et hominem ſeorſum et filium Dei, et alium acſtimat.

Remanſit. *Sequens verbum legere potuit Feuardentius.*

Quomodo vidimus Serapionem manus tuae dediſſe victoriae, ipſius pace dictum ſit.

Non enim lana, ſed pretioſa eſt.

Vtrum ipſa dealitas ſimul interpretatione diabolica fuerit in paſſione Judaica.

Non dereliquit Sanctum ſuum cum coepit in vulua virginis concipi.

Aut filatur, aut torquetur, lana vtique recipit maieſtatem.

Aliam, qua ſepulchra aperiat &c. Vnam qua videntibus Apoſtolis eleuatus.

Codex MS.

Et vt vult oſtendere conſeruum ſuum exhonorare dominum ſuum in ſermonibus ſuis.

Agitur de his, quae aut perpetuum gaudium pariant, aut inrogant eternum incendium.

Remanſiſſe contriſtetur.

In ſuos fratres ita deſaeuit, vt puniat.

Qui vero ſeparat, et hominem ſeorſum ponit, et filium Dei alium aeſtimat.

Remanſit in peſtem.

Quoniam vidimus Serapionem manus tuae dediſſae victoriae in finem veſtri certaminis victoriae ipſius pacem dictum ſit.

Non enim lana vilis, ſed pretioſa eſt.

Vtrum ipſa dealitas ſimul in tentatione diabolica ſimul fuerit in paſſione Judaica.

Non dereliquit Sanctuum ſuum, cum quo coepit in vulua virginis concipi.

Aut filatur, aut torquetur, non color ſed lana filatur aut torquetur, lana vtique recepit maieſtatem.

Aliam, qua ſepulchra aperiat, et ea hora, qua moritur multa corpora probatur excitaſſe ſanctorum: vnam qua oſtendit vulneratus manus et pedes et latus lancea perforatum, alteram, qua totum a vulneribus ſeculum curat: vnam, qua cuſtoditur mortuus in ſepulchro, alteram, qua omnes viuentes ipſe cuſtodit: vnam qua ipſe ſolus putatur peregrinus in Hieruſalem, et qui neſcierit, quae euenerint, alteram, qua ipſe ſolus nusquam deeſt, quia omnia ipſius ſunt: vnam, qua recipitur, quaſi peregrinus ad coenam, alteram, qua ipſe recipientes ſe recipit, et aperit oculos eorum, vt cognoſcant, quia ipſe eſt, quem mortuum exiſtimabant: vnam, qua videntibus apoſtolis aſcendit.

Lactaretur &c, tamen de ſinu patris.	Lactaretur, erudiretur, creſceret aetate, et ſapientia, baptizaretur, temptaretur, pateretur, ſepeliretur, reſurgeret, cum diſcipuliſque ſuis ſe, vbi vellet, oſtenderet, tamen de ſinu patris.
Vt in eadem carne, qua natus et paſſus, et mortuus reſurrexit.	Vt in eadem carne, qua nunc ſumus, reſuſcitandos eſſe per eius mortem credamus, ſicut et ipſe in eadem carne, qua natus et paſſus eſt, et mortuus reſurrexit.
Vterque homo eſt, ſed vnus bonus aliis, in aliis non natura malus propter creatoris iniuriam.	Vterque homo, ſed vnus bonus, alius malus non natura propter creatoris iniuriam.
Impleſti enim promptuaria tua iniquitate, et peccaſti.	Impleſti enim promptuaria tua iniquitate et peccatis.
Exaltatum enim eſt cor tuum in decore tuo.	Exaltatum eſt enim cor tuum in decore tuo.
Arnobius dixit: vt ſi non vis ita credere.	Arnobius dixit: hoc ergo habebit libertas arbitrii, vt ſi non vis credere.
Orat plane vt faciat mandatum. Orat vt non peccet.	Orat plane, vt faciat mandatum; ſi enim in tentationem inductus fuerit, hoc eſt, in tentatione defecerit, faciet vtique peccatum, quod eſt contra mandatum. Orat, vt non peccet.

Sermo
Sancti Auguſtini *Epiſ. de Natiuitate D. N. J. Chriſti.*

Editio *Feuardentiana* codici noſtro in omnibus, vno aut altero verbo excepto, conſonat. Eumdem ſermonem itaque cum illo, qui in operum S. *Auguſtini* a Patribus Congr. S. *Mauri* editorum Tom. V. Part. II. Col. 1456. inuenitur, conferre ſtudui, et ſequentes variantes lectiones deprehendi.

Codex impreſſus.	*Codex MS.*
Aeternum mirare potius ante omnem diem permantem, omnem diem creantem.	Aeternum mirare potius ante omnem diem mirantem, omnem diem creantem.
Et augmento lucis annuae ſe lucem mentium veniſſe teſtari.	Et augmento lucis annuae ſe lucem mundi veniſſe teſtari.
Salutauit Joannes ex vtero in vtero ſaluatorem.	Salutauit Johannes ex vtero ſaluatorem.
Quam pia fides agnouit et tenuit.	Quam pia fides excepit et tenuit.
Ab omnibus locorum temporumque interuallis, ab omni diſtinctione ſpatiorum.	Ab omnibus locorum temporumque interuallis, ab omnibus diſtincta eſt ſpatiis.
Nec pariter patres nec pariter filios ſed aeternos.	Nec pater pariter, nec pariter filius, et pariter aeternus.
Tranſcendamus animas noſtras.	Tranſcendamus nos cogitationes noſtras.

Cuncta corporalia, temporalia, mutabilia tranſcendamus, vt videamus ſuper omnia.	Cuncta corpora temporalia tranſcendamus ſuper omnia.
Aſcendit ergo ad eum ſua ſimilitudo.	Aſcendat ergo ad eum ſua ſimilitudo.
Qua nondum perfecta palpitat animi infirmus aſpectus.	Qua perſpecta palpitat animi infirmus aſpectus.
Accedit ad nos, per quod aſſumſit ex noſtro.	Aſcendit ad nos, per quod adſumpſit ex noſtro.

Epiſtola

Damaſi Papae ad *Paulinum* Epiſcopum Antiochenum, de Capitulis fidei contra *Macedonium*, *Eunomium*, et *Apollinarem* Haereticos.

Editio Feuardentiana	Editio Epiſtolarum RR. PP. a Petro Conſt	*Codex MS.*
Et quod vrbe Roma concilium congregatum eſt a catholis Epiſcopis, is error inoleuit.	Et quod in vrbe Roma concilium congregatum eſt a catholicis, addiderunt de Spiritu ſancto. Et quia poſtea is error inoleuit.	Et quos vrbe Roma concilium congregatum eſt a catholicis Epiſcopis, addiderunt de Spiritu ſancto, et quia poſtea hic error inoleuit.
Eos autem qui ab eccleſiis.	Eos quoque, qui ab eccleſiis.	Eos quoque, qui ab eccleſis.
Tamdiu a communione noſtra habemus alienos, donec ad eas redierint ciuitates.	Tamdiu a communione --- quamdiu ---	Tamdiu a communione --- quamdiu ---
Si quis non dixerit ſemper patrem, ſemper filium ſemper ſpiritum ſanctum fuiſſe	Si quis non dixerit ſemper patrem --- eſſe anathema ſit.	Si quis non dixerit ſemper patrem --- fuiſſe et eſſe, anathema ſit.
Omnia noſſe, anathema ſit.	Omnia noſſe et patri aequalem, anathema ſit.	Omnia noſſe, et patri aequalem anathema ſit.
Patrem feciſſe anathema ſit.	Patrem feciſſe, id eſt viſibilia et inuiſibilia, anathema ſit.	Patrem feciſſe, id eſt viſibilia et inuiſibilia anathema ſit.
Si quis tres perſonas non dixerit veras, Patrem et filium et ſpiritum ſanctum aequales.	Si quis tres perſonas non dixerit veras, Patris et filii et Spiritus ſancti aequales.	Si quis --- Patris et filii et Spiritus ſancti aequales.
Quam credimus et ſcimus.	Quam credimus eſſe et ſcimus.	Quam credimus ſemper et ſcimus.
Deum verum ſubtrahens autem filium.	Deum ſubtrahens autem filium	Subtrahens autem filium.
Nomen namque deorum et angelis et ſanctis omnibus a deo eſt impoſitum.	Nomen namque deorum et angelis &c.	Nomen namque deorum in angelis, et ſanctis omnibus hominibus autem a deo eſt poſitum.
Quia in patre et filio et Spiritu ſancto ſolum baptizamur.	Idem.	Quia in patre et filium et ſpiritum ſanctum ſolum baptizamur.

tiam

Haec eſt ergo ſalus Chriſtianorum, vt credentes Trinitati, id eſt Patri et Filio et Spiritui ſancto et in eam baptizati veram ſolamque vnam diuinitatem, potentiam, maieſtatem et ſubſtantiam eiusdem ſine dubio credamus.

Haec ergo ſalus Chriſtianorum, vt credentes Trinitati, id eſt Patri et Filio et Spiritu ſancto, in ea veram ſolamque vnam diuinitatem et potentiam, ac maieſtatem eamdem ſine dubio credamus, vt aeternam attingere mereamur ad vitam.

Haec eſt ergo ſalus Chriſtianorum, vt credentesTrinitati, id eſt Patri et filio et ſpiritu ſancto, in eam veram ſolamque diuinitatam et potentiam eiusdem Haec ſine, dubio, dixi, credamus.

III.

Cerei Paſchalis Benedictio.

Miſſale Romanum.

Exultet iam Angelica turpa coelorum: exultent diuina myſteria: et pro tanti Regis victoria, tuba inſonet ſalutaris. Gaudeat et tellus tantis irradiata fulgoribus: et aeterni Regis ſplendore illuſtrata, totius orbis ſe ſentiat amiſiſſe caliginem. Laetetur et mater Eccleſia, tanti luminis adornata fulgoribus: et magnis populorum vocibus haec aula reſultet. Quapropter adſtantes, vos fratres chariſſimi ad tam miram huius luminis claritatem, vnamecum, quaeſo Dei omnipotentis miſericordiam inuocate. Vt qui me non meis meritis intra leuitarum numerum dignatus eſt aggregare: luminis ſui *claritatem infundens*, Cerei huius laudem implere *perficiat.* Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium ſuum: *qui cum eo viuit et regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus.* Per omnia ſecula ſeculorum. ℟ Amen. ℣ Dominus vobiscum. ℟ Et cum ſpiritu tuo. ℣ Surſum corda. ℟ Habemus ad Dominum. ℣ Gratias agamus Domino Deo noſtro. ℟. Dignum eſt iuſtum eſt.

Vere dignum et iuſtum eſt, inuiſibilem Deum Patrem omnipotentem filiumque eius vnigenitum, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, toto cordis ac mentis affectu, et vocis miniſterio perſonare. Qui vero nobis aeterno Patri, Adae debitum ſoluit: et veteris piaculi cautionem pio cruore deterſit. Haec enim ſunt feſta Paſchalia, in quibus ve-

Codex MS.

Exultet iam Angelica turba celorum. exultent diuina myſteria, et pro tanti regis victoria tuba inſonet ſalutaris. Gaudeat telus tantis irradiata fulgoribus. et eterni regis ſplendore illuſtrata totius orbis ſe ſentiat amiſiſſe caliginem. Letetur et mater eccleſia tanti luminis adornata fulgoribus. et magnis populorum vocibus hec aula reſultet. Quapropter aſtantes vos fratres cariſſimi. ad tam miram *Sancti* huius luminis claritatem vna mecum queſo omnipotentis dei miſericordiam inuocate. vt qui me non meis meritis intra leuitarum numerum dignatus eſt aggregare. luminis ſui *gratiam infundendo* cerei huius laudem implere *precipiat.* Per dominum noſtrum iheſum Criſtum filium ſuum. *qui cum eo et ſpiritu ſancto viuit et regnat deus.* Per omnia ſecula ſeculorum Amen. Dominus vobiscum. Et cum ſpiritu tuo. Surſum corda. Habemus ad Dominum. Gratias agamus Domino deo noſtro. Dignum et iuſtum eſt.

Vere *quia* dignum et iuſtum eſt inuiſibilem deum omnipotentem patrem filiumque vnigenitum dominum noſtrum iheſum chriſtum toto cordis ac mentis affectu et vocis miniſterio perſonare. Qui pro nobis eterno patri ade debitum ſoluit. et veteris piaculi cautionem pio cruore deterſit. Hec ſunt enim feſta paſchalia. in quibus verus ille agnus occidi-

rus ille Agnus occiditur, cuius ſanguine poſtes fidelium conſecrantur. Haec nox eſt, in qua primum patres noſtros filios Iſrael eductos de Aegypto, mare rubrum ſicco veſtigio transire feciſti. Haec igitur nox eſt, quae peccatorum tenebras, columnae illuminatione purgauit. Haec nox eſt, quae hodie in vniuerſum mundum in Chriſto credentes, a vitiis ſeculi, et caligine peccatorum ſegregatos, reddit gratiae, ſociat ſanctitati. Haec nox eſt, in qua deſtructis vinculis mortis, Chriſtus ab inferis victor aſcendit. Nihil enim nobis naſci profuit, niſi redimi profuiſſet. O mira circa nos tuae pietatis dignatio! O inaeſtimabilis dilectio charitatis: vt ſeruum redimeres filium tradidiſti! *O certe neceſſarium Adae peccatum, quod Chriſti morte deletum eſt! O felix culpa, quae talem ac tantum meruit habere redemtorem!* *) O vere beata nox, quae ſola meruit ſcire tempus, et horam, in qua Chriſtus ab inferis reſurrexit! Haec nox eſt, de qua ſcriptum eſt: Et nox ſicut dies illuminabitur. et nox illuminatio mea in deliciis meis. Huius igitur ſanctificatio noctis, fugat ſcelera, culpas lauat: et reddit innocentiam lapſis, et moeſtis laetitiam. Fugat odia, concordiam parat, et curuat imperia.

ciditur. *eiusque* ſanguine poſtes conſecrantur. Hec nox eſt in qua primum patres noſtros filios iſrahel *eduxiſti domine* de egypto. *quos poſtea* rubrum mare ſicco veſtigio tranſire feciſti. Hec igitur nox eſt que peccatorum tenebras columne inluminatione purgauit. Hec nox eſt que hodie per vniuerſum mundum in chriſto credentes a vitiis ſeculi et caligine peccatorum ſegregatos reddit gratie ſociatque ſanctitati. Hec nox eſt in qua deſtructis vinculis mortis Chriſtus ab inferis victor aſcendit. Nihil enim nobis naſci profuit. niſi redimi profuiſſet. O mira circa tue pietatis dignatio. O ineſtimabilis dilectio caritatis. vt ſeuum redimeres filium tradidiſti

O beata nox que ſola meruit ſcire tempus et horam. in qua Chriſtus ab inferis reſurrexit. Hec nox eſt de qua ſcriptum eſt. Et nox vt dies illuminabitur. et nox illuminatio mea in deliciis meis. Huius igitur ſanctificatio noctis fugat ſcelera. culpas lauat. et reddit innocentiam lapſis. meſtis letitiam. fugat odia concordiam parat. et curuat imperia.

*) Verba ſupra relata in codice noſtro haud reperiuntur. Deſunt etiam, teſte *Edmundo* MARTENE Monacho Congr. S. *Mauri* T. III. L. 4. de *antiquis Eccleſiae ritibus* p. 146. in pluribus venerandae antiquitatis codicibus. VDALRICUS Monachus Cluniacenſis, in antiquis conſuetudinibus ſui monaſterii l. 1. c. 14. ſcribit, S. *Hugonem* Cluniacenſem, cum aliquando non bene haberetur, *o felix culpa* et quod peccatum Adae neceſſarium eſſet, ante hos annos optime feciſſe, quod fecerit abradi, et ne amplius legeretur, interdixerit. Verum non primum S. *Hugonem* haec verba ex benedictione cerei Paſchalis abraſiſſe, idem MARTENE pluribus demonſtrat. De origine huius benedictionis idem Autor. loco cit. MENARDUS in notis ad *Sacramentarium* S. GREGORII in operibus eiusdem edit. Pariſ. 1705. T. 3. col. 344. Theſaurus Sanctorum rituum primum a GAUANTO, deinde locupletior a *Caietano* MERATI editus legi poterit.

IV.

Fragmentum decreti de electione Summi Pontificis a Nicolao Papa II. 1059. editi.

Cum fragmento noſtro ſimul et decretum, quod in Manſiana conciliorum collectione T. XIX. Col. 903. reperitur, quoad omnia verba fideliter exſcribam, vt eo facilius lectores

aditi in connexione debita vtriusque variantes lectiones diuerſis literis expreſſas ag-
e valeant.

Codex impreſſus.

iomine Domini noſtri et Saluatoris Je-
:iſti. Anno ab incarnatione eiusdem
mo quinquageſimo nono, menſe Apri-
dictione duodecima, propoſitis ſacro-
euangeliis praeſidente quoque reue-
imo, ac beatiſſimo Nicolao apoſtolico
ı baſilica Lateranenſis patriarchii, quae
ninatur Conſtantiniana conſidentibus
reuerendiſſimis epiſcopis abbatibus,
teris, diaconis, idem venerabilis pon-
uctoritate apoſtolica decernens de elec-
ummi pontificis inquit: Nouit beatitu-
tra, dilectiſſimi fratres coepiſcopi, *in-*
quoque membra Chriſti non latuit, de-
piae memoriae domino Stephano prae-
ıre noſtro, haec apoſtolica ſedes, cui
: Deo deſeruio, quot aduerſa pertule-
ıot denique per ſimoniacae haereſeos
itas *repetitis* malleis crebrisque tunſio-
ſubiacuerit: adeo vt columna Dei vi-
iamiam pene videretur concuſſa nuta-
ſagena ſummi piſcatoris, procellis in-
:entibus, cogeretur naufragii in profunda
gi. Vnde ſi placet fraternitati veſtrae,
us, auxiliante Deo, futuris caſibus
ıter occurrere, et eccleſiaſtico ſtatui,
idiua, quod abſit, mala praeualeant,
uere. Quapropter inſtructi praedeceſſo-
.oſtrorum, aliorumque ſanctorum pa-
auctoritate, decernimus atque ſtatui-
vt abeunte huius Romanae vniuerſa-
leſiae pontifice, in primis cardinales
i diligentiſſime ſimul de electione trac-
, *mox ipſi clericos cardinales adhibeant,*
reliquus clerus et populus ad conſenſum
electionis accedat: *nimirum praecauentes*
alitatis morbus aliqua occaſione ſubre-
Et ideo religioſiſſimi viri praeduces ſint
ımouenda pontificis electione; reliqui
equaces. Certus autem atque legiti-
lectionis ordo perpenditur, ſi perſpec-
ıerſorum patrum regulis, ſiue geſtis,

Codex MS.

In nomine domini *dei* et Saluatoris noſtri ihesu Chriſti. Anno ab incarnatione eiusdem mill. L. VIIII. *idibus* Aprilis indictione XII. apoſitis ſacroſanctis euangeliis. Preſidente quoque reuerentiſſimo ac beatiſſimo Nicolao apoſtolico in baſilica leteranenſi patriarchii que agnominatur conſtantiniana, conſedentibus etiam reuerentiſſimis *archiepiſcopis* epiſcopis abbatibus *venerabilibus* presbiteris, *atque* diaconibus. Idem veuerabilis pontifex auctoritate apoſtolica decernens de electione ſummi pontificis inquit. Nouit beatitudo veſtra dilectiſſimi fratres *et* coepiſcopi *interiora* Chriſti membra non latuit. Defuncto pio memorie domino Stephano deceſſore noſtro hec apoſtolica ſedes cui deo auctore deſeruio quot aduerſa pertulerit. quod denique per ſymoniace hereſis trapeſitas malleis crebrisque tunſionibus ſubiacuerit. adeo vt columna dei viuentis iamiam pene videretur concuſſa nutare. et ſagena ſummi piſcatoris procellis intumeſcentibus cogeretur in *naufragio profundo* ſubmergi. Vnde ſi placet fraternitati veſtre debemus auxiliante deo futuris caſibus prudenter occurrere, et eccleſiaſtico ſtatui ne *rediuiua vt* quod abſit mala preualeant. *in poſterum preuidere.* Quapropter inſtructi predeceſſorum noſtrorum aliorumque ſanctorum patrum auctoritate decernimus atque ſtatuimus vt *obeunte* huius romane vniuerſalis eccleſie pontifice. imprimis cardinales *dilectiſſime ſimul conſideratione tractantes ſaluo debito honore a reuerentia filii noſtri Henrici qui inpreſentiarum rex habetur. et futurus imperator deo concedente ſperatur. ſicut iam ſibi mediante eius nuntio langobardie cancellario Vlberto conceſſimus. et ſucceſſor illius. et ſucceſſor qui ab hac ſede apoſtolica perſonaliter hoc ius impetrauit. ad conſenſum noue dilectionis accedat. vt nimirum ne venalitatis morbus qualibet occaſione ſubripiat religioſiſſimi viri cum ſereniſſimo filio noſtro rege H. preduces ſint in promouendi pon-*

etiam

etiam in illa beati Leonis praedeceſſoris noſtri ſententia recollatur: „ Nulla, inquit, ratio ſinit, vt inter epiſcopos habeantur, qui „ nec a clericis ſunt electi, nec a plebibus „ expetiti, nec a comprouincialibus epiſcopis cum metropolitani iudicio conſecrati.“ Quia vero ſedes apoſtolica cunctis in orbe terrarum praefertur eccleſiis, atque ideo ſupra ſe metropolitanum habere non poteſt: cardinales epiſcopi procul dubio metropolitani vice funguntur, qui videlicet electum epiſcopum ad apoſtolici culminis apicem proue-hant.

Eligatur autem de ipſius eccleſiae gremio, ſi reperitur idoneus; vel ſi de ipſa non inuenitur, ex alia aſſumatur: ſaluo debito honore et reuerentia dilecti filii noſtri Henrici, qui impraeſentiarum rex habetur; et futurus imperator, Deo concedente, ſperatur, ſicut iam ſibi conceſſimus; et ſucceſſoribus illius, qui ab apoſtolica ſede perſonaliter hoc ius impetrauerint. Quod prauorum atque iniquorum hominum ita pruerſitatis inualuerit, vt pura, ſincera, atque gratuita fieri in vrbe non poſſit electio: *Cardinales epiſcopi cum religioſis clericis, catholicisque laicis, licet paucis*, ius poteſtatis obtineant eligere apoſtolicae ſedis pontificem, *vbi congruere viderint.* Plane poſtquam electio fuerit facta, ſi bellica tempeſtas, vel qualiſcumque hominum conatus, malignitatis ſtudio reſtiterit, vt is qui electus eſt in apoſtolica ſede iuxta conſuetudinem auctorizari non valeat: electus tamen ſicut *verus* papa obtineat auctoritatem regendi Romanam eccleſiam et diſponendi omnes facultates illius.

tificis electione reliqui autem ſequaces. Eligant autem de ipſius eccleſie gremio ſi reperitur idoneus et ſi de ipſa non reperitur ex alia aſſumatur.

Quod ſi prauorum atque iniquorum hominum ita *peruerſitas* inualuerit. vt pura atque ſincera atque gratuita electio fieri in vrbe non poſſit. *licet pauci ſint* ius tamen poteſtatis obtineant eligere apoſtolicae ſedis pontificem *vbi cum inuictiſſimo rege congruentius iudicauerint.* Plane poſtquam fuerit facta ſi bellica tempeſtas vel qualiſcunque hominum conatus malignitatis ſtudio reſtiterit vt is qui electus eſt in *apoſtolicam ſedem* iuxta conſuetudinem *intronizari* non valeat, electus tamen ſicut papa auctoritatem obtineat regendi *ſanctam* romanam eccleſiam et diſponendi omnes facultates illius.

V.

Henrici Regis reſponſio nuntio Ducis Sabaudiae, ſeu Felicis Antipapae per Archiepiſcopum Eboracenſem data.

Perlegimus literas pro parte domini veſtri ſe *Felicem* nominantis, per vos heri nobis praeſentatas, quem hactenus et tam diu felicem credimus, quamdiu in obedientia ſacroſanctae Romanae eccleſiae Domini noſtri *Eugenii* quarti, felicisque recordationis prae-

deceſſo-

deceſſorum ſuorum Pontificum Romanorum perſtitit, et eosdem pro veris et indubitatis Chriſti Vicariis recognouit. Tamdiu namque quantum intelligere potuimus vniuerſis Chriſti fidelibus et praeſertim Chriſtianiſſimo Principi Domino noſtro Regi cum ea conſideratione quam praemiſſum cum iure ſanguinis et parentelae, quo praefato Domino noſtro Regi coniungitur cum ratione veteris et antiquiſſimae dilectionis et amicitiae inter Reges Anglorum et Anglos ac Subaudiae Comites et Duces eorumque ſubditos inconcuſſe ſemper obſeruatae, charus et percharus habebatur, et effulſit inter alios mundi Principes et ſeculares poſt reges exiſtimatione et fama. Iam vero dum ſeductorum ſibi blandientium arte vel aſtutia circumuentus, vel ambitione prope nimia caecitate ſeductus, noluit ſalutis ſuae timentium loco vel ſtatu contentus manere, non imitator eſſe, ſed neglector prudentiae Chriſti praeconis, et praecurſoris, qui dum tantae virtutis eſſet, quod Chriſtus credi potuiſſet, reſpondit ſacerdotibus et leuitis ab Ieroſolymis ad ſe miſſis non eſſe ſe Chriſtum, immo nec Prophetam, eligendo ſolide ſubſiſtere in ſe ne in humana opinione raperetur ſupra ſe, quo factum eſt, vt eius inſigne membrum fieret, cuius ſibi nomen nouum, non videlicet ſupremum in terris Chriſti Vicarius factus eſt, quod dolenter valde referimus. Infelix nimis et omnium infeliciſſimus factus eſt Antichriſtus, vel caput Synagogae Antichriſti, factus eſt lapis non angularis confoederans ſeu coniungens maceriem vel parietes militantis eccleſiae, ſed lapis offenſionis et petra ſcandali diuidens et disiungens, quantum in ſe valet, compagem domus Dei et quidem nullatenus a Domino factum eſt iſtud, ſed a vetuſto humani generis inimico transformante ſe more ſolito in angelum lucis et eſt mirabile in oculis noſtris. Eſt mirabile de tam inſigni viro, qui tanta ſobrietate, circumſpectione et modeſtia praeditus hactenus videbatur, quod iam tanta circumſpectione laboraret inopia et in rudimentis eccleſiaſticis neophytus ipſe, ſit notus, nouitius perfunctus, vel conſentiret eſſe vel effici epiſcoporum minimus, quatenus legem et doctrinam Apoſtoli ad *Thimoth.* Eſt quoque mirabile, quod ſecundum traditionem Apoſtoli 2. ad Tit. 1. nullus ad epiſcopalis dignitatis apicem aſſumi debeat, non vir doctus habens et amplectens illum, qui ſecundum doctrinam eſt ſermonem fidelem, ita vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, et illos, qui contradicunt arguere haereticos videlicet vt errantes in fide quorum aliquos Apoſtolus illis deſignat. Ille dominus veſter ſacrarum literarum indoctus ab aliis merito docendus praeſumit ſibi aſſumere vel acceptare ſummi doctoris in eccleſia militante cathedram et omnium effici doctor et magiſter, qui diſcipuli non eſt aliquamdiu expertus, aut nouit formam. Proteſtamur et innoteſcimus tam praefato domino veſtro, vel eius monitis ac mandatis tanquam ſummi Pontificis non obtemperabimus vel obediemus, nec eundem habebimus reputabimus vel acceptabimus, vt ſupremum in terris Chriſti Vicarium aut Pontificem ſummum, ſed ſolum memoratum ſanctiſſimum Dominum noſtrum Dominum *Eugenium* eiusque ſucceſſores quoslibet poſtea canonice intrantes, quia cum fraternae charitatis legem omnes fideles ſucceſſus et bona debemus poſt gratulationem noſtram facere, et omnium infelicitates per compaſſionem nobis communicare exoratum praecordiis habebimus et faciemus pro domino veſtro ſupradicto ſuisque ſeductoribus, et ſequacibus, quatenus pietatis ſuae et clementiae reſpectum quam citius ad eos dirigens, aufferre dignetur velameu caecitatis et obſtinatiae, quo iam tenebreſcuntâ cordibus eorum vt ab erroribus quibus implicantur, eruti et liberati reuocentur et redeant ad obedientiam ſacroſanctae romanae eccleſiae eiusque potificis Domini *Eugenii* indubitati Chriſti Vicarii ſuorumque ſucceſſorum et in eadem perpetuo maneant, perſiſtant, et perſeuerent. Amen.

VI.

Caroli Regis Franciae epiſtola Patribus ordinis Praemonſtratenſis Capitulum Generale in Hannouia anno 1440. celebrantibus oblata.

Carolus Dei gratia Rex Franciae omnibus et ſingulis praeſentes literas inſpecturis &c. Quod admodum affectantes ſequi praedeceſſores noſtros Catholicos, qui ſemper ſchiſmata eccleſiae in magnam diſplicentiam habuerunt, et ex eorum viribus et magnificentia niſi ſunt, et procurarunt ea de medio extirpare, deponere er annullare. Iam ex toto corde maximum dolorem ſuper praeſenti ſchiſmate nuper orto in eccleſia ſancta dei contraximus, mandauinus, quod praelatos, capitula vniuerſitates, eccleſiaſticos viros, et alias nobiles perſonas, clericos bene expertos noſtri regni delphinatus conuenire in noſtra ciuitate Bituricenſi, ſi ad inueniendum modum pacificandi et tollendum dictum ſchiſma per potentiam noſtram habendi, quod conſilium et auiſamentum cum praedictis viris ſuper hoc quoque affectamus agere ſuper materia dicti ſchismatis, ad quam congregationem in magno numero et ambaſiatores ſanctiſſimi nobis in Chriſto patris Eugenii Papae et illorum de Baſilea aliorumque eis adiunctorum, qui ambaſiatores tam ex vna parte quam ex altera a nobis requiſiuerunt audiri poſſe, quibus eorum requiſitis benigne obtemperantes dedimus et conceſſimus audientiam ſufficienter vni parti poſt alteram audiuimus quoque in praeſentia plurium dominorum nobilium de noſtris ſanguine et progenie illorum quoque de noſtro maiori conſilio et ſupradictorum praelatorum, capitulorum, vniuerſitatum, et aliorum inſignium perſonarum ad hoc in noſtra dicta ciuitate congregatorum. Et poſtquam materiam et ad longum audiuerimus ea, quae proponere voluerunt ex vna parte, et altera coram nobis et noſtro concilio, vt dictum eſt, per plures et diuerſas dietas habuimus concilium et auiſamentum cum illis de noſtro ſanguine, illis de noſtro magno concilio et aliis praefatis ſuper dictis materiis. Et re iam longe agitata, nec videbatur nobis, nec ſupradictis viris, quod per ea, quae ibidem dicta ſeu alligata fuerunt, ſufficienter aſſignaretur ratio, quare debeamus adhaerere ſuſpenſioni, priuationi et electioni factis et productis in contrarium noſtri ſanctiſſimi in Chriſto patris Papae Eugenii, nunc a ſua obedientia recedere.

Quibus conſideratis et attentis, notum facimus, quod noſtra intentio ſit, perſiſtere in bona et vera obedientia ipſius noſtri ſanctiſſimi in Chriſto Patris Eugenii. Volumus quoque noſtram intentionem publicari et denuntiari omnibus noſtris ſubiectis ex parte noſtra defendendis, quod nullus tam audax ſeu praeſumtuoſus appareat, quod quiſquam in contrarium noſtae intentionis dogmatizare ſeu praedicare praeſumat, et quod literis a quibuscunque intitulatis dicentibus ſe ius in papatu nec aliis quibuscunque ſub titulo concilii Baſileenſis non obediatur in noſtro regno et Delphinatu. Volentes, quod ſi aliqui vſi fuerint, vel eas publicauerint cum ſuis literis capiantur et puniantur, ſecundum quod caſus requirit. Et intendimus requirere noſtrum ſanctiſſimum in Chriſto Patrem, quatenus velit congregare et celebrare concilium generale infra vnum annum et procurare aduerſos alios reges et principes nobis alligatos et beneuolos quoque pari modo requiratur a noſtro dicto Sanctiſſimo Patre propter celebrationem dicti concilii generalis pro appuntuamento diuerſarum opinionum exiſtentium in materiis ſupra dictis. Super quibus ſemper fuimus

ſum-

ſummati, et parati erimus obedire omni veritati catholicae. Damus in mandatis per preſentes noſtris fidelibus et dilectis Conſiliariis noſtri parlamenti praepoſito Pariſienſi omnibusque aliis noſtris Seneſcalis Bailenis et aliis noſtris iuſtitiariis et officiariis noſtri dicti regni et Delphinatus ac obedientiae quoque noſtras voluntatem, intentionem et declarationem faciant teneri et obſeruari integre ſine aliqua infrictione publicent, et faciant publicari per omnia loca noſtri dicti regni et delphinatus vbicunque opus fuit. In cuius rei teſtimonium noſtrum ſigillum praeſentibus apponi iuſſimus. Datum Biturici II. die Septembris MCCCCXL.

VII.

Decretum Capituli generalis Ordinis Carthuſienſis monaſteria eiusdem viſitandi.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. Ob ſtatum Carthuſienſis ordinis in ſancta religione conſeruandum viſitationis per omnes domus eiusdem faciendae tale a generali capitulo emanauit decretum.

A biennio in biennium in capitulo generali ſeorſum, ſicut pro aliis fieri conſueuit, negotiis habito cum magna deliberatione tractatu priorum eſt electio facienda, ſcricenda, et coram omnibus recitanda, qui et quas domos viſitare debeant manifeſte declarans.

In viſitatoribus autem eligendis, quantum poterit, caueatur, ne aliquis viſitator ſuum viſitet viſitatorem, nec Prior domum, cuius eſt profeſſus, nec aliquis Prior domum, cuius ſuus Monachus eſt Prior. Porro quia ex eo, quod viſitationes nec ſtudioſe fiunt, nec bene obſeruantur, magna ſequitur diſſolutio ordinis.

Viſitatoribus diſcrete iniungitur a capitulo, vt in viſitationibus ſuis ſint ſolliciti et ſtudioſi et formam ſibi a capitulo traditam nulla transgrediantur ex parte. Quam ſi quis transgreſſi fuerint, prout culpa exigere videbitur, per capitulum legitime puniantur.

Congregatis Monachis domus, quae viſitatur, et a eiusdem Priore praemiſſa, quae in capitulo generali fieri conſueuit, oratione, viſitatores aliquam de obſeruatione propoſiti de obedientia de proprii paſtoris reuerentia faciant, ſecundum quod videbitur, exhortationem. Lecta dein forma viſitationis Dei et ſummi Pontificis inſtitutionis noſtrae confirmatoris totiusque capituli generalis auctoritate praecipiant, vt de priore de ſe ipſis ad inuicem de conuerſis etiam atque totius domus ſtatu quidquid ſuper his, de quibus interrogati fuerint, accuſatione dignum, vel emendatione cognouerint, ſinguli ſinbere nullatenus amore vel odio ſeu timore cuiusquam, aliaque qualicunque occaſione veritate ſuppreſſa, ne cum graui etiam periculo animarum grauem et ordinis incurrat diſciplinam, doceant euidenter. Verum tamen in conuentu ſeu palam nulli crimen imponant, quod probari non poſſit, ne poena, qua teneretur, qui dictus eſſet reus, ſi conuinceretur, in probatione deficientes inuoluat. Eadem prior eorum ſua eis auctoritate praecipiat.

Cum fiunt viſitationes per ordinem in inquiſitione ſeu probatione culparum habentur, praeceptum obedientiae pro iuramento ponant, tamen viſitatores, ſi eis videbitur, in grauibus caſibus pro reuelanda plenius et citius veritate praecipere ſub poena excommunicationis et etiam exigere iuramentum de Monachis vero et Conuerſis per Monachos et Conuerſos inquiſitio fiat, ſeculares etiam ſi idonei ſint ad teſtificandum poſſunt, ſi vide-

 tur,

tur. recipi in teſtimonium tam contra priorem quam contra monachum et conuerſum, et redditum, ſi quid probatione indiget, per noſtros non poſſit probari, viſitatores tamen non credant omni ſpiritui, nec aliquem ex ſola ſuſpicione condemnent.

Facto praecepto et allegata praecedentium viſitatorum Charta et in Conſpectu omnium lecta, prior et monachi ad cellas redeant, vt a ſingulis, quae fuerint inquirenda, viſitatores diligenter inquirant. Porro ſuper pactionibus, quas priores viſitationem timentes a monachis extorquent, et laicis, ſingulos diligenter ſcrutentur; ſactas ſoluant, et prior ſit extra ſedem ſuam in eccleſia, et miſſa careat vsque ad capitulum, nec nouitius ſit profeſſionem facturus.

Nihilominus capitulo, ſi ſibi videbitur, diſciplinam aucturo, attente quoque inquirant, ſi praecedens viſitatio bene fuerit obſeruata, et quem in non obſeruando inuenerint culpabilem, ſeu ſit praelatus ſeu ſubiectus tamquam inobedientem deo et generali capitulo congruiter puniant.

Attente etiam et ſollicite non obſtante aliqua beneuolentia, quae in ſubuerſione ordinis aliquando exhibetur, inquirant diligenter de negligentia priorum, ſi corrigant exceſſus ſi ſint carnales vel ſeculares nimis, ſi dant bonum exemplum ſubditis in frequentando eccleſiam, in abſtinentiis, et aliis obſeruantiis ordinis, ſi ſtatuta capituli faciant obſeruari, per ipſos enim viget vel deficit ordo in domibus, ſi feruenter reprehendunt ea, quae fiunt inordinate, vel ſi nimis aequitanter, et ſine perſonarum acceptione negligentias et exceſſus, quos inuenerint, puniant

Poſtea interrogetur de pace domus et ſua, et monachorum et conuerſorum necnon eorum ad inuicem, ſi dixerint, non eſſe pacem, cauſa cum omni ſtudio inquiratur, eaque cognita, qui puniendi fuerint, legitime puniantur.

Exin interrogetur, quare tam monachi quam conuerſi ſe habeant in obſeruantiis ordinis, ſcilicet in non habendo proprio, in tenendo ſilentium et cellas, in continentia, in proprii paſtoris obedientiis, in eiusdem ſuaque ad inuicem reuerentia, in veniendo ad eccleſiam, in celebrando diuinum officium, in abſtinentiis, ſi quae debentur ex ordine, ſine murmuratione accipiunt eis contenti, ſi in colloquio clauſtri et hoſpitum, ſi in non petenda inordinata licentia, ſi cum ſecularibus cum ſociis cum coquinario cum conuerſis ſeu aliis quibuscunque religionis debitam ſeruant honeſtatem, demum ſi curioſitatem vitant, ſi laudabiliter culpas in capitulo confitentur, ſi in reprehenſione ſint humiles, et emendatione tractabiles eſt ſollicite perquirendum.

Pro temporalium quoque ſtatu cognoſcendo diligenter, an domus grauata ſit debitis, et quantum non tamen cui vel quibus ſpecialiter debeat, nec ſi quid quantumue in depoſitis habeat, ac a quibus depoſita ſuſceperit, eſt inquirendum.

De poſſeſſione etiam extra terminos de numero pecorum ceterorumuue animalium ſimiliter inquiratur, ſi debitis inueniatur grauata, nulla rationali oppetente cauſa, quae priorem excuſet, in ipſum culpa redundat, ſuper praemiſſis omnibus ſigillatim a monachis ſingulis et conuerſis, et redditis inquiſitio tam de priore quam de ſeipſis ad inuicem cum omni ſtudio eſt facienda.

Similiter et ſi quis monachorum, conuerſorumue ſeu redditorum in priore vel in aliquo alio de congregatione vel aliquid aliud emendatione vel accuſatione dignum ſit, cognouit etiam non interrogatus, illud viſitatoribus inſinuare tenetur, non tamen in conuentu ſeu palam non probari queat. Porro viſitatores ea, quae ſi inſinuantur, nec probari poſſunt, diligenter inquirant, remotis, non nominata perſona, ſed de vitio inquirendo, ſi for-

forte queat, quod occultum eſt in publicum comprobari. Inquiſitione facta, ſi quid de priore vel aliquo alio dicitur, quod emendatione ac poena dignum ſit, interrogetur, qui dictus eſt reus, an ſit verum, quod obiicitur ei. Qui confeſſione ſua, vel ſi negauit, facta per teſtes inquiſitione conuictus arbitrio viſitatorum ordinate vel puniatur, vel emendetur, nullus autem extra domum propriam pro diſciplina mittatur, niſi capitales habeat inimicos.

Cum igitur viſitatores quae nouerint, ſcribenda ſcripſerint, diſtincte praecipiant uniuerſis, ne illa quae occultanda magis ſunt, quam dicenda, quiuis eorum manifeſta facere praeſumant, ad ea ſolum in conuentu dicenda, quae probari poſſunt, et debent, eos et praecepto cogentes, et perſuaſione rationabili ducentes, quibus ſic ordinate peractis, tum demum in vnum accerſiti moneantur, vt ſine contentione cum moleſtia vnusquisque ſuo loco manens et ordine iuſſus et non aliter ceteris iterum tacentibus pariter nullatenus inſerto mendacio ſtans, nullique celans, pronuntiet veritatem. Qua in re priori diſtincte iniungatur, ne cuiquam, qui contra eum aliquit dixerit, ſolitam humanitatem, quam ceteris, exhibet in communi vel pro infirmitatis, debilitatisue languore debitam ſubtrahendo vindictam vllo merito inferat. Sed et monachis nihilominus iniungatur, ne cui aduerſus eos aliqua proferenti verbis vnquam vel factis moleſti exiſtant. Si quae vero inſinuata ſecreto, vt de ſilentio forſan et aliis obſeruantiis incaute praetermiſſis ſine probatione dicenda viſitatores cognouerint, per ſemetipſis illa proponant, vt et ordinate exinde teneantur, diſtincte iniungant. Quae omnia poſtquam, ſicut diximus in monachorum conuentu viſitatores fuerint proſecuti, mox eamdem omnino in conuerſorum et redditorum perſonis formam ſeruantes ad vniuerſa ſingillatim a ſingulis inquirenda ſtudio attentiori procedant.

Vniuerſi ergo et ſinguli, quae hinc inde audierint, debita ſeorſum cum deliberatione praeſentium finem legitimum ſua ſententia imponentes, ſicut ea decuerint, ſcribant et conſiderata diligenter charta viſitatorum praecedentium, quidquid in ea inuenerint, obſeruandum in ſua apponant, et praecedens charta deleatur. Quo facto, monachorum, quae ad monachos, quae vero ad laicos pertinent, in conuentu recitato eorum ſigillis ſuis muniant, chartamque ipſam omnia continentem exhibendam viſitatoribus ſequentibus credent priori cuſtodiendam, vel ſacriſtae, obſeruantes, ne poenas quis, pro quibus exceſſibus capitul[illegible] cenſuit, infligendas, non ratio vrgens vel euidens flagitauerit, attentent, nullatenus immutare, quare capitulo proximo ſubſequenti, ipſius vero chartae ea, quae ad monachos in capitulo monachorum, et quae ad laicos in capitulo ipſorum ſingulis annis in feſto ſancti Joannis Euangeliſtae et feria ſecunda Paſchae legantur.

Ad hoc ſciendum viſitatores in itinere, donec ad domos ſuas reuerſi fuerint, exercendam per ſe, quam aliis delegare non valent, habere plenarium in corrigendis exceſſibus poteſtatem; qua tamen occaſione nullum a prioratu abſoluant ſine ſpeciali licentia capituli generalis, niſi talem caſum inuenirent, quo immineret magnum damnum domus, vel ſcandalum ordinis, ſi abſolutio huiusmodi differretur vsque ad capitulum generale, ſcribentes fideliter diffinitoribus capituli generalis cauſas abſolutionis ſeu depoſitionis inuentas. Sumtus vero de ſuo facient, ſi viſitatio vltro duas non extendatur dietas. Quod ſi via longior fuerit, tunc omnes expenſas, quas pro victualibus ſuis, et ſeruientium, et equorum pro calceamentis etiam et ferramentis feciſſe in itinere ſe dixerint, vel facturos modeſtia tamen et honeſtate ſeruata, a domo vel domibus recipiant viſitatis. Earum ſcilicet onere ſic inter dictas domos per viſitationes partiendo, vt vnaquaeqne, quae remotior

tior fuerit, amplius in rationem conſerat expenſarum. Qui vero veniendo ad capitulum viſitant, accipiant a domibus viſitatis expenſas illas duntaxat, quas occaſione viſitationis dixerint ſe feciſſe.

Viſitatores autem Carthuſiae et vicinarum domorum, veniendo ad capitulum vel recedendo ſemper viſitent, vt in diſcurſibus et expenſae minuantur, niſi aliqua emergens et euidens neceſſitas aliter requireret faciendum. Ceterum veſtimenta, equitataria ſella frena calcoria non debent de ſumtibus viſitationis habere, niſi contigerit caſu aliquid ex iis amiſſum eſſe vel factum inutile; tunc enim emendo rem aliam tanti pretii, quanti res erat amiſſa, eodem pretio a dictis domibus exacto, damnum paſſus fuerit, ſe ſeruare indemnem, alioquin munera ſeu munuſcula cuiuscunque quantitatis aut pretii nec accipiant oblata, nec exigant non oblata, interpoſitamue quacunque diſſimulatione perſonam. Spiritualia quoque beneficia non exigant, nec graconibus denarii vltra XII. dentur. Summopere quoque viſitatores prouideant, vt in domibus viſitatis pacem ſalua correctionis diſciplina relinquant, et vt quaeſtiones nullatenus capitulo, quas ſuo poterant iudicio terminare, referuent. Denique monachis valedicturi, cum in multiloquio non deeſt peccatum, Confiteor cum toto conuentu dicant, ſicut in fine generalis capituli fieri conſueuit.

Eſt et alia ſpecies viſitationis, quae fit, quando pro neceſſitate aliqua ſuper annum emergente, aliqua domus, quod ſi videbitur periculoſum fore vsque ad capitulum differre, quod aggrauat, priores duos quam ob cauſam eos petat, inſinuans a domo Carthuſiae poſtulat licentiam conuocandi, ſuper eo, quod imminet, ſua, prout expedire viderint, ſollicitudine prouiſuros. In quo caſu poterit conuentus ſine priore ſcribere priori Carthuſiae. Quodſi cauſa, propter quam ſcribitur, vertitur inter priorem et conuentum, prior poſſit vocare vnum et conuentus alium. Si vero tanta fuerit neceſſitas, quae poſt capitulum emerſerit, ignis vel tempeſtas huiusmodi, quo conuentus alicuius domus diuidatur, ſi prior et conuentus petierint, mittentur viſitatores ad domum illam per priorem Carthuſiae, et ſi ſic inuenerint, habeant poteſtatem conuentum diuidendi. Qui ergo miſſi fuerint, habeant eo proficiſci neceſſe, niſi iuſta cauſa impediantur, quam domui ſignificandae ſignificare debent, ſuique officii poteſtatem ea in re, ob quam ſe vocatos didicerint, in quantum Dei miſericordia permiſit, irrefragabiliter poterunt exercere, nulla tamen transgredientes ex parte formam, quam a viſitatoribus ſuper deſcripſimus, eſſe tenendam.

Si ergo propter intractabiles et peruerſos et ad ſuorum commonitorum priorum et conuentuum corrigi nolentes vocati fuerint, non mittant eos a domibus propriis, ſed taliter eos ibidem puniant, quod alii perpetrare ſimilia pertimeſcant. Diſcordes tamen et ad pacem redire nolentes diuidant ſub congrua diſciplina, nec domus, ad quas mittantur, valeant eos recuſare. Semper autem viſitatores, qualem et domibus viſitatis reliquerint, chartam talem ad priorem Carthuſiae teneantur mittere cum expenſis domus viſitatae, in capitulo generali exhibendam et reddendam. Cum aliquae domus ordinis noſtri inter ſe habent diſcordiam, quae iniuriam patitur, ſignificabit domui Carthuſiae, quae deſtinabit eis duos priores, qui plane et ſine magna iuris ſolemnitate diſcordiam terminabunt. Quod ſi aliquis prior diſcordantium fuerit contumax in obſeruando, quod fuit deffinitum, careat miſſa, niſi forte pro ſepeliendo mortuo vel pro nouitio profeſſionem facturo, et hoc vsque ad capitulum futurum et monachi et conuerſi contradictores ſint, extra conuentum et teneantur ordinem ſequi.

VIII.

VIII.
Epiſtolae Conſtantini Caietani Abbatis.

I.

Admodum Reuerende Pater et eruditiſſime Domine!

Quoniam priores meae litterae ad te, Reuerende admodum Pater, ſcriptae, quo caſu neſcio, amiſſae fuerunt, vt quod eſt officii mei munus, animo adimpleatur, repetam iterum, quae in illis vice recenſionis dicebam. Tuam itaque primam accepi epiſtolam, amoris erga me et obſeruantiae ſignificatione pleniſſimam, qua me tibi adeo deuinxiſti, vt nihil non tui cauſa cupiam, et ſim facturus. Et licet laudes, quas mihi tribuis, minime agnoſcam, propter tuam tamen erga me voluntatem multum tibi debeo. Hoc enim natura comparatum eſt, hoc chriſtianae charitatis legibus edocemur, vt iis, qui nos diligunt, pari atque etiam maiori, ſi fieri poteſt, beneuolentia reſpondeamus. Tui Commentarii, quos ad me miſiſti, alter de Sanctiſſimo Nomine Jeſu, alter vero de peſte, mihi gratiſſimi fuerunt: neque eſt neceſſe, vt eos collaudem; tua enim eximia pietas, et ſpectata eruditio mea commendatione non egent. Perge igitur, vt coepiſti de catholica religione bene mereri, et Gretſeri noſtri piis ſuaſionibus morem gere, cui velim meo nomine ſalutationem plurimam nuuties: eique dicas, vt tertium S. Petri Damiani Tomum iam abſolutum, ſed propter aegritudinem meam tamdiu dilatum, vna tecum prope diem exſpectet. Conſtitutum mihi eſt, nonnulla ex iis opera Francofurtum deſtinare: vt cum aliis libris permutentur, rogo ad me ſcribas, cui ea commendare debeam.

Singularis tua, Reuerendiſſimi Abbatis tui, reliquorumque Coenobitarum S. Vdalrici humanitas atque pietas mihi hanc fiduciam miniſtrant, vt tametſi nihil promeritus, audeam tamen veſtrum officium libere requirere, velimque exiſtimetis, quod propono id eiusmodi eſſe, vt et Monaſterii veſtri et totius religionis noſtrae honor et decus plurimum augeantur. Extat Romae eccleſia; quae olim S. P. N. Benedicti, progenitorumque eius Aniciorum domus fuit. Eo igitur in loco Collegium, in quo Benedictinae familiae Patres ex omni natione, diſciplinae monaſticae, litterarum ſtudiis atque negotiis, ſi opus ſit, operam nauent, erigere decreui. Iamque ad hanc rem aliquot domuum et locorum illi eccleſiae contiguorum coemptio facta eſt. Sed cum S. P. Benedicti gloria propaganda inprimis ad eius alumnos iure ſpectet, quaeſo, Reuerende admodum Pater, vt tantum opus omni beneficentia perficiendum cures apud Reuerendiſſimum Abbatem tuum, verum etiam vt ille pro ſua gratia et auctoritate apud noſtri ordinis Abbates per Germaniam alios, caeteraſque perſonas religioſas litteris ſuis agat: ſi vel ſaltem obulum vnum, vt Beatiſſimi Patris domus, quae diu iacuit viluitque, reſtauretur, erogent.

Opus quidem facient inſigne, ac omnibus ſaeculis glorioſum, et eo praeſertim, quod hoc Collegium omnibus ad vrbem aduentantibus ex Germania, et qui ſumptus aliquos contribuerint, monachis erit hoſpitium; atque etiam ſi iuuenes ad ſtudia fuerint amandati, humaniſſime recipientur.

A Patribus Scotis, quem miſiſti ad me librum Murorum ciuitatis ſanctae, accepi, pro quo plurimas ago gratias. Audio, in monaſterio S. Emmerami Ratisponae S. P. N. Benedicti Regulam in graecum Sermonem conuerſam extare; eius exemplar, rogo vt cures, ad me transmittatur; vel vbiubi extet per Germaniam. Ad haec Bibliothecam Collegii do-

domus S. Benedicti, quam ego egregiorum librorum ſupellectile pretii aureorum quatuor millium dotaui, tuis operibus etiam exornare mihi ſummopere placeret. Vale, et a me omne officii genus Reuerendiſſimus Abbas tuus, tu, tuique Coenobii Patres exſpectent, quod poſtulabunt.

Romae ex Palatio Apoſtolico, Idibus Junii. MDCXV.

Admodum Reuerendae Paternitatis tuae Seruus in Domino addictiſſimus
Conſtantinus Caietanus Abbas
S. Barontii Congregationis Caſſinenſis.

2.

Admodum Reuerende Pater!

Tuis litteris iam reſpondi, admodum Reuerende Pater, mearum vero vltimas mittendas tradidi D. *Joanni Fabro*, quas te recepiſſe non dubito. Sed iterum ad te ſcribam: et ducentorum Monaſterii *S. Petri a Cardagena* ordinis noſtri Martyrum loco, ex eadem noſtra non adhuc ſatis laudata familia nongentos mitto: Eſt apud me inter alia permulta eiusmodi generis monumenta antiquiſſima, inſigne Chronicon *S. Vincentii* ex vulturno Monaſterii a Caſinenſe non adeo diſtantis. Compoſuit illud partim *S. Authpertus* ex Galliarum Regis *Pipini* Archicancellario, et *Magni Caroli* adhuc adoleſcentis praeceptore, eiusdem Coenobii Abbas, cuius meminit Paulus Diaconus in geſtis Longobardorum &c. partim Joannes ipſiusmet loci etiam Abbas, qui *Paſchalis II.* tempore floruit. Porro hic *Joannes* chron. libro 3. totus eſt in deſcribenda ſui monaſterii deſolatione, atque paſſionis hiſtoria Sanctorum *Maionis* Abbatis, Monachorumque eius nongentorum, qui *Saugdan* *) Saracenorum regis iuſſu decollati, martyrii palmam adepti ad caeleſtia regna migrarunt die 10. Octobris A. C. 882.

Horum quoque memoriam, quam a me accepit Cardinalis *Baronius* ſub eodem anno repoſuit Tomo X. ſuorum Annalium. Atque et hi Martyres ex noſtris primi digni ſunt, vt ſtilo ferreo in aes deſignentur. Caeterum te, tuumque Reuerendiſſimum Patrem et Dominum Abbatem mirum in modum rogo atque obteſtor, vt quidquid opis atque ſtudii pro extruendo Romae hac ex domo S. P. N. *Benedicti* Benedictinorum Collegio veſtrae liberalitati et pietati videbitur, pro eo amore, quem in communem Parentem debemus, praeparare dignemini. Quodſi etiam ab amicis Abbatibus veſtra humanitate atque interceſſione vel illa duo minuta reportauero nihil certe erit, quod ſacrae huic rei opportunius eſſe poterit. Qua de re haſce tres exſcribendas paginas, ſubſcriptas tamen mea manu, meoque ſigillo ſignatas cuipam ex noſtris Abbati benigniſſimo deſtinandas, tibi tuoque Reuerendiſſimo Patri atque Domino Abbati maximopere commendo. Summa eſt, in quo mihi, imo vniuerſae noſtrae familiae gratiſſimum facere poſſis, ſi curaueris. Bene valeas Reuerende admodum Pater, tibique et Reuerendiſſimo Patri et Domino Abbati omnibus me modis, et ex animo commendo.

Romae ex Palatio Apoſtolico Kalend. Jul. 1615.

Reuerendae admodum Paternitatis tuae Addictiſſimus in Domino ſeruus
D. Conſtantinus Caietanus
S. Barontii Congregationis Caſinenſis Abbas.

*) Secdan MS. Caſinenſe.

3.

3.

Admodum Reuerende, ac dilectiſſime Pater!

Soliti ſunt conqueri Germaniae Benedictini, ſe ita derelinqui, vt nullum, qui ſuis cauſis patrocinetur, easque audiat, reperiant; quod quidem pluribus eorundem litteris percepi. Quibus et merito reſpoderim: Homo laeditur niſi a ſe ipſo. Quis enim hoc illis perſuaſit, vt propriae vtilitatis honorisque immemores extruant Collegia iis, qui non ſolum reditibus, verum etiam famae cum ſumma ordinis iactura inſidias moliuntur: neque hoc contenti, ipſa etiam noſtra occupant monaſteria. Quod non indignatione, ſed zelo quodam, officioque parentibus debito commotus, in medium profero. Quotidie ſiquidem experimur, literarios Noſtrorum labores ab aliis paſſim uſurpari, imo deturpari, vt fecit *Miraeus*, affirmando, viros illosGermaniae, vel Belgii Apoſtolicos, non Benedictinos, ſed fuiſſe Clericos; *Molanus*, *Sommalius*, *Browerus* cum multis aliis plura ſcribunt, quae in maximum noſtri Ordinis dedecus cedunt. Quare (vt tanto malo remedium afferri poſſet) vehementer exoptarem, vt Patrum noſtrorum libri noſtra potius diligentia ac labore renisi atque amplificati typis mandarentur: resque Noſtrorum in omnem aeternitatem celebres a nobis ipſis pertractarentur; vnde Benedictinis profecto, non vero Clericis, ſeu quibusuis, neſcio, monachis ab ipſis recentioribus adſcriberentur *Gregorius*, *Columbanus*, *Iſidorus*, *Beda*, ſexcentique alii. Quodſi Collegii a nobis erigendi operam impenſius proſequerentur Benedictini, non eſſet reuera, quid ab illis in poſterum deſiderari poſſet: cum tanquam Ordinis praeſidium in vna Roma, Religionis capite, orbis principe conſiſtent tunc Patres noſtri, Deo duce, litteris ac auctoritate praeſtantes.

Ante ſacroſanctum Chriſti Domini Paſcha, diuina fauente gratia, primum lapidem ipſius Collegii (Domus S. *Benedicti* monachorum) poſiturum me ſpero. Faxit Deus optimus maximus ſancti Patriarchae noſtri precibus, vt Benedictinorum oculi ſummo oppreſſi ſomno, imo caecutientes tandem aperiantur, vt ſuorum Patrum veſtigiis animoſius inſiſtant, ad eosque tanti Collegii vtilitas perueniat; cuius operis proſecutio ipſi, Abbatique ſuo, Reuerendis Patribus non parum debet eſſe commendata.

Accepi *Joſephum* tuum, qui mihi chariſſimus extitit, de quo ſummas tibi habeo gratias; quod ad eiusdem dedicationem attinet, tua hac in re voluntas mihi aeque accepta eſt, atque eiusdem executio:, gratiusque mihi erit, quod aliis tua dedices, nouos tibi hac in re comparando amicos, cum me tibi eſſe neceſſitudinis vinculo adſtrictum, probe ſcias.

Quod ad libros, quos te velle mittere ſcribis, illud pergratum, chariſſimumque erit (cum nil mihi, qui continuo cum libris verſor, ſit iisdem acceptabilius.) Illos autem poteris Venetias mittere, et mercator illorum lator librorum, eosdem P. Domno *Secundo* Veneto Decano, et Theſaurario Congregationis Caſinenſis in monaſterio S. *Georgii* maioris, Venetiis commoranti conſignabit. Quod ad meos vero *Damianos* ſpectat, quos Germaniam deſiderare plurimum ſcribis, licet primi et ſecundi tomi pauci ſint, quique vna cum tomo tertio triginta quinque iulios Romae vendantur; nihilominus quoscunque habere poſſum, eosdem tuo confiſus verbo Venetias mitto. Quare fac, quaeſo, vt ex hac mutua permutatione nullum detrimentum deriuetur: ſed in eadem permutationis aequiualentia (vt vtriusque melior conditio haberi poſſit) nil aliud requiro, quam libros Venetias tamen etiam mittendos.

Sex, an ſeptem habeo mearum de rebus ſacris concertationum libros, quos tibi mittere cuperem, Auguſtae imprimendos, qui, cum ſint (vt ita dicam) veluti ſeminarium quoddam et receptaculum omnium antiquitatum eccleſiae Dei et religionis monaſticae, futuri ſunt (vt ſpero) omnibus perchari atque acceptabiles. Ab eorum impreſſore ſolummodo quaedam librorum exemplaria requiro.

Miror, quod cum multis abhinc elapſis menſibus tomum tertium *Damiani* ad Patrem *Gretſerum* miſerim, ipſe tamen mihi non reſponderit; ſi accepit, ignoro. Praeteritis menſibus in lucem edidi vitas ac monumenta aliquot *Iſidori* Hiſpalenſis, *Ildefonſi* Toletani, et *Gregorii* Cardinalis epiſcopi Oſtienſis, noſtrae ſyderum religionis, quae nondum typis mandata fuerant, nec hominum cognitioni ſubiecta. Noſtro etiam Ordini vindicaui auctorem aurei illius libri de imitatione Chriſti, praemiſſis ſolidiſſimis rationibus, quibus *Sommalii*, *Rosweydii*, vel aliorum opinionem refutaui; certo probans, quod non fuerit nec *Joannes Gerſon* Clericus, nec *Thomas* Kempenſis Auguſtinianus, ſed *Joannes Gerſen* Abbas Vercellenſis. Vtrumque opuſculum vna cum tomo tertio *Damiani* quamprimum ad te mittendum curabo. Interea me tibi, Abbatique tuo, vt et aliis omnibus veſtri conuentus monachis plurimum commendans, obnixe te precor, vt hisce meis quamprimum reſpondeas. Vale.

Ex Palatio Apoſtolico quarto Nonas Martii anno 1617.

Reuerendae admodum Paternitatis veſtrae Addictiſſimus
D. Conſtantinus Caietanus Abbas
Sanctiſſimi D. N. a ſacris litterarum monimentis.

4.

Domnus Conſtantinus Caietanus, Abbas Caſinenſis S. Baronti, ſalutem et charitatem in eo, qui eſt vera ſalus et charitas.

Singularis veſtra humanitas, Reuerendiſſimi Patres, mihi hanc fiduciam miniſtrat, vt tametſi nihil promeritus, audeam tamen veſtrum officium libere requirere: velimque, nunc exiſtimetis, quod propono, id eiusmodi eſſe, vt et Coenobiorum veſtrorum, et totius religionis noſtrae honor et decus maximopere augeantur. Extat Romae eccleſia, quae olim S. P. N. *Benedicti*, progenitorumque eius Aniciorum domus fuit. Eo igitur in loco Collegium, in quo Benedictinae familiae Patres ex omni natione diſciplinae monaſticae, litterarum ſtudiis atque negotiis, ſi opus fuerit, operam nauent, erigere decreui. Iamque ad hanc rem aliquot domuum et locorum illi Eccleſiae contiguorum coemptio facta eſt. Sed cum S. P. *Benedicti* gloria propaganda inprimis ad eius alumnos iure ſpectet, quaeſo, Patres reuerendiſſimi, vt tantum opus omni pietate perficiendum curetis, et ſumptus nonnullos, qui animorum veſtrorum amorem erga communem parentem non modo demonſtrabunt, verum etiam in veſtrorum monaſteriorum vtilitatem cedunt, ad me quam primum deſtinare non negligatis. Opus quidem facietis pro veſtra benignitate inſigne, ac omnibus ſaeculis glorioſum: eoque praeſertim, quod hoc Collegium omnibus ad vrbem aduentantibus ex monaſteriis veſtris monachis erit hoſpitium: atque etiam ſi iuuenes a vobis ad ſtudia fuerint miſſi, humaniſſime recipientur. Valete Reuerendiſſimi Patres; plura adſcribam, cum, quas vnacum largitatis ſubſidio auide exſpecto, veſtras aliquando accepto.

Romae ex Palatio Apoſtolico. 3. Kal. Julii. A. C. 1615.

3.

5.

Admodum Reuerende et Chariſſime Frater!

Duabus Paternitatis Tuae vltimis 6 et 19. praeteriti menſis Junii datis iam libenter reſpondeo: ac inprimis, quod ad libros illos noſtros attinet, immo tuos potius dixerim, ante omnia debeo Paternitati tuae ex illorum pretio ſubtrahere, quidquid pro vectigalibus aliisque expenſis ab ipſa datum eſt. Nec mirari deſinam, quod cum eosdem libros, et ego lana cypria Romae cooperuerim, Venetiis denuo pro eisdem cooperiendis lana eadem cypria emta ſit, atque eo pro ipſis libris deportandis tantae fuerint factae expenſae, cum Roma Venetias nec quinquaginta floreni ſint expenſi. Deo gratias, et in omnibus. Librorum porro defectus quam primum omnes mittam. Caeterum ex ea librorum deſignatione, quam Paternitas tua miſit (quia poſteriores cogitationes vt plurimum meliores ſunt) quosdam tantum eligam; cum alii viliori pretio hic habeantur. Maximo deſiderio reliquos Abbatis Vercellenſis exſpecto. Iterum atque iterum rogo, vt ad me fuſe reſcribas de fide illorum manuſcriptorum, a quibus noſtra ſunt deſcripta exemplaria, et qua in bibliotheca reperiantur. Nam cogito quamprimum omnes in vnum Vercellenſis libros imprimendos curare: et ſi quidpiam aliud vel Viennae vel alicubi, et in noſtris monaſteriis de eiusdem Vercellenſis libris reſcire Paternitas tua potuerit, et noſtrae religionis, dicam, et mei (Paternitati tuae deunctiſſimi) amore non negligenter agat. Crede mihi *Stengeli* in vera ſacerdotis fide loquenti, quod totum id, quod vel in manuum mearum, vel virium poteſtate quoquo modo fuerit collatum, in tui gratiam me tanto proſequentis, non dicam affectu, ſed amore et amore ſincero, ſponte vtique donarem. Faxit Deus optimus maximus, vt de me bene merentiſſimus amicus (quod maxime concupiſco) ſingulare bonum a me aliquod tandem poſſit percipere. De horologio poſt librorum negotiationem iterum ſcribam, quid fuerit faciendum.

Quod Reuerendus fratrer *Syluanus* academiae Salisburgenſis praepoſitus non adeo diligenter ſe gerat, mirum non eſt. Mecum enim ita agit, vt potius extorquere debeam, ſi quid in eius gratiam praeſtare voluerim. Sunt adhuc iuuenes, tempore matureſcent. Admodum deſideranter exſpecto auctores illos de conceptione B. Virginis, *Petrum* ſcilicet Vincentium, *Bandellum* ordinis Fratrum Praedicatorum, *Antonium de Cuccaro*, et fratrem *Vincentium* de Caſtro nouo. Nam *Ludouicum* a Turre iam habemus: illos autem nec in Italia, nec in Hiſpania, quacunque etiam adhibita diligentia, reperire potuimus. De hoc enim Conceptionis negotio, Regis Hiſpniarum iuſſione, apud ſummum Pontificem vt definiatur, ardentiſſime agimus. Gratias quam maximas interim ago, dum easdem ipſas referre minime poſſum, quod Paternitas tua labores illos inſignes ſuos, doctiſſimasque defatigationes mihi tantillo (relictis mundi principibus) dicare promittat: nec renuo. Quid enim gratius et ſollemnius, quam a viro laudato laudari? ſed et noſter amicus et eruditus Domiuus *Franciſcus Rogerius*, cum id a me intellexiſſet, ſe continere non potuit, quin et hoc carmen in Caietanae familiae commendationem eidem Paternitatis tuae operi inſerendum, imprimendum, ac vnacum Gentilitiis ipſius familiae inſignibus incidendum ſtatim ediderit, quod et gratanter etiam accepi, in iis Germaniae partibus praecipue euulgandum, quam nationem immenſo proſequor affectu. Sed et hoc ipſum carmen vt docti alicuius viri Sueui Germani panegyricum comitetur, *Stengelii* mei faciet benignitas, et dilectio, quorum folia aliquot, impreſſa cum fuerint, vt ſtatim perlegam, perlegant et amici, mittere Paternitas tua non grauetur.

Inſignem pro ordine noſtro tractatum prae manibus habeo, quo manifeſtandum ſuſcepi, magnum *Benedictum* in ſpecu adhuc latitantem, ſpiritu ſancto docente, Regulam ſuam ſcripſiſſe, a Romano Pontifice tunc primum approbatam euulgaſſe, ac duodecim erectis coenobiis monaſterium Lateranenſe, ac Romana alia praeſertim eccleſiarum monaſteria fundaſſe, Abbatem ipſum Lateranenſem primum, Chorum ordinaſſe, atque etiam ante Caſinenſem profeſſionem, multis per orbem fabricatis monaſteriis aliis, Regulam propagaſſe.

Anxius certe ſum, an omnes a me ſcriptas ad Paternitatem tuam litteras acceperit, cum de multis rebus reſponſum non habuerim, vt in litteris Paternitas tua diem litterarum mearum adnotare velit, rem gratiſſimam faciet. Feliciores adhuc ſperamus Deo protegente cauſam ſuam bellicos Catholicorum euentus aduerſus impios Haereticos. Paternitatem tuam, cui me plurimum commendo et plurimum valere, Deum optimum maximum maxime precor.

Romae ex Palatio apoſtolico 8. Julii 1619.

Paternitatis tuae admodum Reuerendae amantiſſimus frater in Chriſto
D. Conſtantinus Abbas Caietanus.

6.

Amantiſſime Frater!

Hebdomada transacta fuſius ad Paternitatem tuam ſcripſi, mitto nunc defectus librorum, quos petiit: libri a Paternitate tua conſcripti hisce in partibus multum aeſtimantur, tuum *Joſephum* prece, et vi a me iam extorſerunt: quare Paternitas tua mittat aliquot exemplaria ex omnibus a ſe editis libris. Ego potius amabo habere libros aliquos reconditos, et qui ad rem hiſtoricam et antiquitates pertinerent, et qui non eſſent adeo vulgares. *Columbanum* et huius Regulam a *Goldaſtio* etſi haeretico, typis commiſſam, ſcholiis auctam et *Welſerum* de rebus Boicis, Paternitas tua faciat, vt habeam. Quid Salisburgi agatur, neſcio, nec de libris meis hucusque aliquid ſcire potui. Viuat et valeat Paternitas tua et me tui amantiſſimum ſemper commendatum habeat.

Romae 13. Julii 1629.

Paternitati tuae Addictiſſimus D. Conſtantinus Abbas Caietanus.

Credo ego ad Paternitatem tuam iam ſcripſiſſe, quod ſit mihi curae libellum conficere de numiſmatibus, quae Beatiſſimae Virginis Mariae nomine et forma ſunt facta, ex Argentina et Baſilea iam ſex chartas expreſſas habui; Paternitatis tuae diligentiam etiam in hoc deſiderarem, vt auxilium mihi praeſtet, et ſi quodpiam aliud huius rei exemplar nanciſci poterit, quaeſo, ſtatim mittat, vel magnae vel paruae monetae vel numiſmatis aeſtimatio ſit, dummodo exemplar meum charta expreſſum habeam.

7.

Admodum Reuerende Pater!

Scribo nomine Patris Abbatis mei *Caietani*, qui a multis diebus febricitat. Sed modo, Deo gratias, diſcedente febri incipit bene valere. Mittit iterum carmen illud de familia Caietana reuiſum et auctum a nomine proprio *Joſephi Caſtellionii* inſignitum, ſicut Paternitas tua eodem nomine et forma, ſi placet, excudendum curabit.

In

In epiſtola dedicatoria Paternitas tua de Collegio Benedictino, nec in eius operis progreſſu mentionem faciet, quia hodie mundus in maligno poſitus eſt, et quorundam perſecutione lis eſt adhuc ſub iudice. Deus ſua clementia praeſtabit tempora meliora.

De Sermonibus Abbatis Vercellenſis et ex primo illius manuſcripto ſeptem quaterniones deſiderantur. Nam cum primi quaterniones ſignati vsque ad litteram o iam accepti ſint, mox vt litterae ſignatae demonſtrant, ſeptem quaternionibus deficientibus, ſequuntur tres in ordine eo in volumine vltimi quaternionis, qui ſunt finis manuſcripti. An Paternitas tua illos miſerit cum aliquo amico, certiorem eundem Patrem, quaeſo, faciat.

Alterius codicis ſequuntur ſermones, quo pacto eidem Abbati Vercellenſi adſcribi debent, Paternitas tua gratum faciet, ſi reſcribet.

Quod ad Reuerendum Patrem *Syluanum*, praepoſitum Salisburgenſem ſpectat, quia litterae illius ventoſae ſunt, non mirum eſt, ſi a vento diſſoluantur. Poſt diſceſſum *Michaelis Villari* Argentinenſis, etſi plurimum Reuerendus Abbas deſiderauerit: nihil de eo tamen reſcire potuit: vt ipſe debebat, et praeſertim mitteret folia impreſſa ſuorum librorum qui euulgabuntur ad Kalendas Graecas. Non deſunt hic et viri laici et eccleſiaſtici Germani, quibus litterae commodius hinc inde committi poterunt.

Quid hic dicatur de Academia Salisburgenſi. elogio illo ſignificari poterit: ſi dixerit infantulus iſte (quod aliqui credunt, et aliqui minime credunt) aliquid magni erit. De libris ad Patrem Abbatem mittendis alias et maturius tractabitur. De opere tamen à Paternitate tua illi dicando mitti poterunt Venetias quinquaginta vel centum exemplaria. Vale Pater, cui me plurimum commendo.

Romae ex Palatio apoſtolico 20. Septembris 1619.

Paternitatis tuae admodum reuerendae Humillimus Seruus Benedictus Sermeus.

8.

Admodum Reuerende et dilectiſſime in Domino Frater!

Plures ſunt dies, in quibus Paternitatem tuam meas non recepiſſe video, eaque de cauſa, quia Deus optimus maximus duorum ſpatio menſium benignitate diuina me tetigit, et infirmitate non leui grauatus ſum. Sed iam eadem bonitate annuente in priſtinam fere ſanitatem deueni. Quare in poſterum diligentior ero in ſcribendo.

Accepi elegantiſſima exemplaria Paternitatis tuae ex opere mihi dicando, nunc gratias verbis immenſas ago: ſperabo, vota Dominum ex alto perſpexiſſe, vt et ego inſeruire poſſim, quod maxime deſidero; Paternitatis tuae accepi hac hebdomada quinternionem reliquum ex ſermonibus Vercellenſis, ſex ſequentes exſpecto, vt et alios Anonymi illius. Penna non amplius proſequi poteſt, quia manus vacillat, caput non bene ſe habet, exſpecto litteras Paternitatis tuae longe prolixas, quia ex eis maximam conſolationem percipio. Deus optimus incolumen diu conſeruet Paternitatem tuam, cui me admodum ex corde commendo.

Romae 22. Nouembris 1619.

Seruus et Frater addictiſſimus D. Conſtantinus Abbas Caietanus.

9.

Admodum Reuerende et dilectiſſime Frater!

Paternitatis tuae litteris a me iam receptis omnibus iam reſpondi, nunc hae mere ea de cauſa ad Paternitatem tuam diriguntur, quod Reuerendus Frater *Syluanus*, Praepoſitus Salisburgenſis an dormitauerit, me quidem latet. Quandoquidem non ſolum ſe decepit in inciſione proſpectus meorum librorum, ſed etiam vnam et eandem inſcriptionem, et eorundem librorum titulos confudit, vtrique operi praeponendo eundem titulum, cum id, quod dicatum volui Archiepiſcopo Salisburgenſi inſcribatur pro *Joanne* Diacono; aliud vero Capitulum eiusdem eccleſiae dicatum titulum habeat de monachatu ſancti *Gregorii*; vt fuſius et clarius in meis exemplaribus, quae ad illum miſi, videre eſt. Praeterea quia idem Pater dedignatur ad me ſcribere, rogo maxime Paternitatem tuam, quanto citius fieri poteſt, vt meorum librorum typis iam excuſorum vel cum proſpectu vel ſine proſpectu ſaltem exemplar vnicum habeam. Quod vero ad epiſtolam nuncupatoriam Archiepiſcopo iam defuncto deſtinatam attinet, nihil eſt, quod haeſitare debemus; nam mutatis mutandis poteſt optime aptari moderno iſti illuſtriſſimo.

Quinterniones ſermonum, qui ſuperſunt, ingenti cum deſiderio exſpecto. Vtinam et Paternitatem tuam, cui maxime morem gerere debeo, Romam vocare mihi contingat; nec deſperare debemus, quod Reipublicae chriſtianae peropportunum erit.

Succeſſus Boemiae immo Germaniae miſerrimos nimium dolemus, ſed primo quoque tempore, Deo ſuam cauſam protegente felices quosque ſperamus ſucceſſus. Paternitatem tuam etiam rogó, vt de his aliqua, quae euenerint ſcribere curet. Vale.

Romae 21. Decembris 1619.

Paternitatis tuae admodum Reuerendae Amantiſſimus Frater
D. Conſtantinus Abbas Caietanus.

10.

Admodum Reuerende et dilectiſſime in Chriſto Frater!

Ad tuas ſecunda Januarii ſcriptas, vt debita reſponſione ſatisfacerem, multa quidem mihi opus eſſent: ſed quod factis recompenſandum in animo firmum eſt, verbis explicare ſuperſedeo. Sed quid dicam, *Stengeli* amantiſſime, de eo honore, quo in epiſtola dedicatoria, in libro iam dicato a te viro doctiſſimo, perſonam hanc meam, ſeruulum hunc magni *Benedicti* P. N. minimum proſequi, ac inter Chriſtiani orbis Heroas etiam in Germania connumeratum voluiſti. Nihil nunc mihi dicendum; habeas tamen quid in poſterum. Romam vt hoc anno venias, Altiſſimi gratia comitante, non erit difficile. *Benedictus* P. N. ſanctiſſimus non dormit, immo ad clauum ſuae Religionis ſedere nec dedignatur. An vero tuam optimis perornatam moribus perſonam ad vineam ſuam Romae praeſertim excolendam elegerit? dubitare nec auſerim. Negotium hoc tamen, quod adhuc in voto eſt, vt re tandem adſequamur, precibus a Deo impetrare et tu etiam debes. Beneuolentiae meae fructus fratres illi noſtri Salisburgenſes adeo moleſte tulerunt, vt duorum annorum fere ſpatio laborum meorum et librorum meorum nec exemplar vnicum ad me deſtinare voluerunt; quare a charitate tua maxime peto, vt quamprimum etſi non vsquequaque perfecte editum, vnicum ſaltem eorundem librorum exemplar Venetias ad P. D. *Ignatium* a Colognia Congregationis Caſinenſis Theſaurarium mittere non dedigneris;

ſ: deque me ad illos nullam vt mentionem facias, volo. Duo quinterniones tantum, i deſunt Sermonibus Abbatis Vercellenſis, vt ſtatim mittantur mirum in modum exop- : absque dubio credo eosdem in manibus illius tui amici adhuc detineri. Aliorum au- m ſermonum ab his diuerſorum ſolummodo vnum aut alterum quinternionem me iam cepiſſe in memoriam reuoces, et ad me mittas, velim reliquos.

Anglorum Monachismus Sanctiſſimo D. N. P. V. concedente, cum in vnam congre- tionem coaluerit, in Belgio et Galliis amplos regularis obſeruantiae palmites iam exten- re curat.

Libros a Paternitate tua mihi dicatos iam in dies exſpecto, exſpectant et alii hac in be amici; cui Venetias deſtinatos commendaſti, cum non ſcripſeris, me latet.

Quae mihi de rebus Bohemicis in Germania geſtis ſcripſiſti, magnae non ſolum mihi nſolationi fuere, ſed etiam illuſtriſſimis Cardinalibus; quare vt qualibet hebdomada per dinarium de his, iisdemque rebus in ſpecie me certiorem reddas, enixe obſecro. In- im maximas agam gratias pro nummis in charta imagine B. V. inſignitis, et ad me ſſis, nec me tuorum meritorum erga me immemorem reddam. Vale.

Romae ex palatio Apoſtolico 15. Februarii 1620.

Admodum Reuerendae Paternitatis veſtrae Cariſſimus in Domino Frater
D. Conſtantinus Abbas Caietanus.

II.

Admodum reuerende Pater et chariſſime in Domino Frater!

Vltimas Paternitatis tuae litteras ſecunda die Maii datas nonniſi altero abhinc die cepi: ſed et omnes Vercellenſis ſermones ad hanc vsque diem etiam miſſos iam accepi. tientia et tempore praſtantur omnia. Miror tamen, quod Paternitas tua meas accepiſſe eras non accuſſet, praeſertim dum te certiorem feci de Caietanae meae familiae cum eſaria Sueuica cognatione, et de fide illorum manuſcriptorum Abbatis Vercellenſis lib- rum. Credo interim ad manus Paternitatis tuae iam perueniſſe Agnos 37. cerae bene- tae, et S. *Caroli* indulgentias habentia numiſmata 6. Adamo Presbxtero a Paternitate a alias mihi commendato moxque illas in partes redeunti conſignata. De libris Pater- atis tuae ad me transmittendis nihil amplius dicam, niſi vt quamprimum fieri poterit, netias transmittantur. Verumtamen pro vectura ac vectigalibus mature prius conſulas conuenias precor: quia cum mercatores nimis ſint aſtuti, et vtinam non aliquando do- i, dum clauſis oculis res peraguntur, facile decipimur, et eo maxime, quod nationes nes humanam illam ſimplicitatem iam exuerint. Pater dominus *Claudius* a Padua in ximo praeterito patrum noſtrorum capitulo generali effectus eſt Abbas, in cuius locum netiis ſuffectus eſt P. D. *Ignatius* a Cologna, Prior antea S. *Juſtinae* de Padua, huma- iniſſimus vir, et amicus meus praecipuus. Quare ſi neceſſe fuerit, ad hunc Paterni- em tuam ſcribere, meo nomine poterit. Caeterum Pater *Syluanus* praepoſitus Acade- ae Salisburgenſis deberet ſe ſaltem Paternitatis tuae gratia erga me vrbanius genere. m poſtquam aliquot meorum librorum folia impreſſa ad me miſiſſet, altum fecit ſilen- m, nec meis reſpondere dignatus, credo, quod laborum meorum quisquillias nauſeat. ldictiones has meas eidem mittendas Paternitati tuae commendo.

Calamitates, et miſeriae ſunt vndique, etiam in Italia, Paternitas tua, neſcitne? l et hic euulgatum eſt, Saxoniae ducem cum Electoribus aliis ſaecularibus ad ducem

Sab-

Sabaudiae legationem miſiſſe honorificam : an vt eum eligendum velint imperatorem.

Paternitatem tuam vna cum Patre *Bernardo* Priore, quibus etiam me multum commendo, feliciſſime ſaluere, Deum precor.

Romae ex Palatio Apoſtolico 8. Junii 1619.

Admodum reuerendae Paternitatis tuae Frater cariſſimus
D. Conſtantinus Abbas Caietanus.

12.

Admodum reuerende, et dilectiſſime Frater!

Quod Paternitatis veſtrae litteris hucusque reſpondere diſtulerim, valetudinis culpa eſt, qua minus proſpera vſus ſum. Eorum voluminum, quae mihi dicauit et miſit, partem accepi: partem aliam, quia P. D. *Ignatius* Congregationis noſtrae Theſaurarius Peruſiam ad generalia Comitia profectus eſt, prius expedire non potuit. Cur autem hanc ipſam partem ad me tam ſero miſerit, Veneti in cauſa fuere, qui ob peſtilentiae ſuſpicionem ſunt remorati. Vnum ex iis exemplaribus idem P. Theſaurarius ſibi retinuit. Conueni S. D. N. eique vnum ex iisdem voluminibus dono dedi, ſignificans honorem a Paternitate veſtra in me collatum, in Sanctitatem ſuam iure optimo refundendum, cui ego, quidquid ſum, debeam, et a quo lucem omnem (ſi quam habeo) nominis hauſerim ac dignitatis. Sanctitas ſua beniguo ſerenoque vultu accepit, et humaniſſimis verbis gratum munus eſſe ſignificauit, Paternitatemque veſtram fama ſibi cognitam ac pietate et doctrina praeſtantem. Opus laudauit, vt potuit, quod rerum etiam Sanctitati vtilium notitiam contineret; interrogauitque, finemne hic haberet, an vlterius progrederetur. Reſpondi hanc primam eſſe partem. Mox vnum donaui illuſtriſſimo Cardinali *Burgheſio* S. D. N. nepoti, item vnum illuſtriſ. Cardinali *Montalto* noſtri ordinis protectori, vnum illuſtriſ. Cardinali *Mellino* S. D. N. Vicario, vnum illuſtriſ. Cardinali *Barberino*, vnum illuſtriſ. Cardinali S. *Suſannae*, qui omnes valde approbarunt, magnique fecerunt opus Paternitatis veſtrae, quod in illo de iis monaſteriis pertractaretur, e quibus pene quotidie negotia et cauſae in Romanam Curiam perferantur. Itaque veſtra Paternitas alacriter magnoque animo proſequatur. Equidem, ſicuti debeo, Paternitati vaſtrae, quantum vires meae patientur, opem ferre non deſinam. Librum de B. Virgine D. Doctori *Fabro* traddidi; de illo autem exemplari, quod ad me miſit, itemque de vita S. *Adalberonis* gratias ago Paternitati veſtrae. Accepi Complementum ſermonum Abbatis Vercellenſis. Jnuiſam Decanum Auguſtae, ſicuti ſaepius inuiſi Agentem ſereniſſimi Bauariae Ducis, qui iam antea mihi erat inter amicos. Is mihi donauit librum, qui inſcribitur *Ludouicus* Bauarus Imperator defenſus contra *Bzouium*. Subiratus ſum (vt ingenue fatear) Monachis noſtris Academiae Salisburgenſis, quod nullum exemplar libri mei de monachatu S. *Gregorii* ad me miſerint, et eo magis, quod in vltimis Francofurti nundinis is liber comparuit Antwerpiae et Coloniae impreſſus, nec Romae deeſt aliquis, qui eum iam habuerit. Si commode poterit, velim Paternitas veſtra ſex eius libri exemplaria mihi mittat Venetias directa ad P. D. *Ignatium* Congregationis noſtrae Theſaurarium: id mihi pergratum erit. Verum enim vero, quia eandem Academiam non poſſum non vehementer amare, periucundae mihi erunt litterae, quibus Paternitas veſtra me de eius progreſſu certiorem faciat, quibus addat velim Catalogum Relectiouum praeſentis anni, et ſi quem praeterea libellum typis

man-

mandauerint. Gratum eſt, quod me certiorem fecit de tumultibus nouiſſime in Germania excitatis. Rogo Paternitatem veſtram, vt ſaepius mihi ſcribat nec meam negligentiam reſpiciat, quae fortaſſe ab occupationibus excuſetur. Ego in amanda colendaque Paternitate veſtra nemini cedo, quod re ipſa perſpiciet, ſi Romam aliquando venerit; quod (liceat augurari) quamuis a cogitationibus Paternitatis veſtrae procul fortaſſe ſit, ab euentu rerum non longiſſime diſtat. Valeat et me amet.

Romae 6. Julii 1620.

Paternitatis veſtrae admodum Reuerendae Addictiſſius et amantiſſimus Frater
D. Conſtantinus Caietanus Abbas.

13.

Admodum Reuerende Pater et dilectiſſime Frater!

Binas accepi litteras Paternitatis veſtrae, quarum vtraque de rebus geſtis in Germania me certiorem facit: propter quas maximas ago gratias, quoniam ea, quae mihi ſcribuntur, communicata cum illuſtriſſimis iſtis meis magno ſunt mihi honori, qui quidem honor in auctorem ſuum redundat, cuius nomen apud omnes palam facere non deſino. Per oratorem Bauaricum D. *Julium Caeſarem Criſellum* cereos Agnos Dei magnos duos, et aliquot paruos ad Paternitatem veſtram miſi: vnus ex iis SS. *Benedicti* Patris et Scholaſticae matris imagine inſignitus ſit, precor, apud Paternitatem tuam perpetuum mei amoris pignus; alterum qui aſſumptae Dei Genitricis imaginem habet impreſſam, Academiae Salisburgenſi, eidem Virgini aſſumtae dicatae donatum volo. Illi vel alii parui inter lectores ipſius academiae ſunt diſtribuendi. Tandem aliquando a P. *Syluano* praepoſito Salisburgenſi litteras accepi excuſatione plenas, quibus ego iam reſpondi, tarditatem illorum in meis euulgandis libris accuſans. Qaeſo te, vt operam tuam interponas, quo celerius negotium huius impreſſionis finem accipiat, ne toties in catalogo Francofurtenſi videar viris doctis impoſituram facere: et cura, vt folia iam impreſſa ſecundi libri (primum enim habeo) pro *Joanne* diacono, et alterius de monachatu S. *Gregorii* ſtatim ad me transmittantur. Litteras commendatitias, quas P. *Syluanus* a me petiit; obtiuui non ſolum ab illuſtriſſimo Cardinale *Montalto*, ordinis protectore, ſed etiam a D. Comite *Arci*, domino et amico meo, et Archiepiſcopi Salisburgenſis affine et intimo amico: easque, poſtquam folia librorum meorum accepero, illico ſum transmiſſurus. Cum *Daniele* D. Decani Auguſtani famulo miſi expoſitionem in cantica a Paternitate tua prius acceptam, ne opus illud tuum remaneat imperfectum.

Gaudeo te nouos quotidie libros parturire, et Rachele faecundiorem eſſe. Caeterum ſuaderem, vt Commentarium de rebus geſtis S. *Petri* ſanctiſſimo Domino noſtro dicatum velis, et in epiſtola dedicatoria aliquam vt tenuem mei memoriam iniicias: ſicut et in epiſtola dedicatoria Illuſtriſſimi Cardinalis *Montalti*, cui etiam dicatum maxime opto et precor opus illud aliud tuum de paſſione Domini; eſt enim vir ille multis nominibus de noſtra Religione optime meritus. —

D. Abbati Fieſſenſi Priuilegium *Pii* V, quod à me per litteras petiit, breui vt ſpero, transmittam. Prior Ochenhuſani monaſterii offenſam, quam mecum contraxiſſe ſuſpicatus eſt propter libellum illum noſtrum de immitatione Chriſti Jeſuitis Patribus proditum recenti beneficio aboleuit. Monumentum enim peruetuſtum, in quo monachatus S. *Gregorii*

gorii Benedictinus ſatis aperte exprimitur, per manus D. Abbatis Fieſſenſis mecum communicauit.

Vt de rebus geſtis S. *Joſephi* duo mittas exemplaria, Paternitatem tuam rogo; nam is, quem antea ad me miſeras, furto periit. Vale, meque vt facis, ama.

Romae 8. Auguſti. 1620.

Admodum Reuerendae Paternitatis tuae Addictiſſimus et dilectiſſimus Frater
D. Conſtantinus Abbas Caietanus.

14.

Admodum Reuerende Pater, Frater dilectiſſime!

In tui gratiam, mi *Stengeli* cariſſime, quod ſcribo ad Abbatem Seonenſem, ex reſeratis litteris iam videre poteris. Sed quae ſeparatim ſcribenda curaſti, ſicut ante plures menſes res Böemicas aliquot memoratu dignas cum vulgatis Alphabetis percipere non poſſim, vt illum nouarum harum apicum et litterarum inuentorem pro talium ſcriptorum intelligentia ad me deſtines, neceſſario rogandus venis. Sunt Romae, qui optime quidem cuiuscunque generis ſcripturas cognoſcunt, hunc nihilominus R. T. diſcipuli ſcribendi modum nec pro limine ſalutare queunt. Illarum litterarum, quae has meas alias antecesserunt, reſponſionem exſpecto.

Ediſſere, quaeſo, mihi roganti, Abbatis Vercellenſis ſermones, et ſuper Cantica commentaria, in qua Bibliotheca reperiantur, Monaſterii forſan S. *Vdalrici*, an Reipublicae Auguſtanae? Reſpondeas etiam, an Agnos Dei cereos et commentaria Abbatis Vercellenſis impreſſa ſuper *Dyoniſium Areopagitam* ab errore Ducis Bauariae *Criuello*, et *Daniele* Auguſtani Decani famulo receperis. Vale, et me, vt facis, ama. Romae 26. Septembris 1620.

Admodum Reuerendae Paternitatis tuae Amantiſſimus Frater
D. Conſtantinus Abbas Caietanus.

15.

Admodum Reuerende et dilectiſſime in Domino Frater!

Litteras Paternitatis tuae Septembris 10. datas heri accepi, eas autem, quae 24. eiusdem menſis datae fuerunt, hebdomada transacta cur acceperim, diuinare vix poſſum.

Reuerendo admodum P. *Bernardo* Priori iam reſpondi, itemque pro duobus vitae S. *Joſephi* libellis Paternitatis tuae gratias egi.

Quod P. *Syluanus* turbulentiſſimis hisce temporibus Romam veniat, vt pro Academia confirmationem Pontificiam obtineat, non mihi oportunum videtur. Quare oportunius videbitur transactis aliquot diebus. Scio, quid dicam; tamen ſi Archiepiſcopus Salisburgenſis id ipſum a ſummo Pontifice expeteret, tutius et commodius fieret.

Ad. P. D. *Ignatium* a Cologna pro litteris ad illum a Paternitate tua miſſis ſcribam ego Commentarium tuum de S. *Petro* deſideratum etiam ab iis, qui Paternitatem tuam nec tam exactte cognouerunt.

Tres ante hebdomades ſcripſi etiam ad Paternitatem tuam, tuisque litteris alias D. *Sigismundi* Abbatis Seonenſis adiunxi, ſperoque eas accepiſſe. Illius opus pro Joanne *Trithemio*, quod Romae nullus adhuc vidit, ego quidem perlibenter legerem. Iterum atque ite-

iterum rogo, vt hiſce durantibus in Germania bellis de iis me qualibet hebdomada certiorem ſingillatim facias. Occluſas pro Academia Salisburgenſi litteras ad Archiepiſcopum illum deſtinandas Paternitati tuae maxime committo. Vale, et me, vt facis amare ne deſiſtas. Romae 17. Octobris 1620.

Paternitatis tuae admodum Reuerendae Addictiſſimus Frater
D. Conſtantinus Abbas Caietanus.

16.

Admodum Reuerende et dilectiſſime in Domino Frater!

Tres accepi litteras primo et octauo ac vigeſimo ſecundo tranſacti menſis die ſcriptas, omnesque eas Illuſtriſſimis etiam iſtis DD. Cardinabibus gratiſſimas; vnicum vero illorum trium haereticae crudelitatis ſpeciminis exemplar, de Martyrio videlicet venerabilis parochi *Joannis Sarcandris* ſanctiſſimo Domino noſtro, cui et acceptiſſimum fuit, dono dedi. S. *Joſephi* vitae exemplaria duo, pro quibus gratias item ago, me accepiſſe P. *Bernardum* Priorem iam certiorem feci. Iam ſciat Paternitas tua, quod libri exemplar Sanctiſſimo Domino noſtro offerendum colligari debet, quemadmodum et illud de Germaniae monaſteriis ad me deſtinatum: excepto nihilominus, quod tam ex vna, quam ex alia parte debent aureo penicillo inſignia ipſius Burgheſiae familiae cum Pontificis clauibus et Thiara delineari: libri vero colligaturae erunt amplae et albae. Oportebit etiam Cardinali *Burgheſio* exemplar aliud mittere, ſed eadem inſignia cum pileo erunt Cardinalitio ornata, colligaturae vero erunt rubeae: cui etiam a Paternitate tua ſcribendum erit. Cognoſco praeterea me tibi plurimum debere, verum quia hoc anno pro vniuerſa Germaniae natione, pro qua praeſertim laboro in Collegio erigendo, mille aureos impendi; patientiam habe in me, et cumulatiſſima omnia reddam tibi. Non eſt abbreuiata manus Domini, immo certiſſime ſperandum, quod magni *Benedicti* meritis et interceſſione ipſius Religio per ſuos alumnos illuſtriſſime perornari et ampliari debeat.

Vtinam inter quingentos illos Religioſos et ſacerdotes, quos clariſſimus Marchio *Spinola* ſecum duxit in Palatinatum, aliquot connumerentur ex ordine noſtro. Quodſi Palatinatus ille, vt pie ſperare debemus, catholico imperio cedet, ediſſere quaeſo, Pater, num Zelatores Abbates et monachi deerunt in Germania, vt almi Patris antea deperditam recuperent haereditatem, et diſſipata reſtaurent monaſteria? Ah, Domine, concede mihi ignem illum, quem in terra adhuc conuerſatus miſiſti, vt totus ignitus omnes Ordinis mei praecipue Monachos accendam.

In Bibliotheca Fuldenſi extat breuiſſima hiſtoria MS. trium ſcilicet ſcriptorum, *Flauii* dextri, M. *Maximi*, et Diaconi Toletani, ex qua frater quidam Auguſtinianus in hiſtoria de Religione ſua recentiſſime commentus eſt, ſe accepiſſe, S. *Martinum* Dumienſem, S. *Columbanum*, et alios ſanctiſſimos quoque viros, qui reuera in S. *Benedicti* Regula militarunt, fuiſſe S. *Auguſtini* Eremitanos. Quid quaeſo turpius, quam pudentiſſimum mendacium? Quam maxime Paternitatem tuam deprecor, vt alicuius amici opera ſtudeat, vt eiusdem hiſtoriae, quae haud multis pagellis conſtat, exemplar quantocius habeamus, vt veritati et noſtrae Religionis honori conſulamus.

Libri noſtri de S. *Gregorii* monachatu anno praeterito in Catalogo librorum, Francofurtenſium Antwerpiae et Coloniae impreſſi ferebantur, hoc autem anno Auguſtae Vindelicorum excudendi ſunt, vt idem Catalogus praeſefert. Serio an iocoſe haec ſcribantur,

tur,

tur, neſcio. Huic ego negotio perutile remedium praebere vtique poſſem, ne P. *Syluanus* cum ſuis puerorum more hactenus res meas ita rideret? Sed quia ob amorem tui, quem plurimi atque plurimi facio, libros illos ad eos miſſos feci, digito compeſco labellum.

Vita S. *Findani* monachi Renaugenſis Monaſterii Dioeceſis Conſtantienſis edita vel M. S. gratiſſima mihi foret, ſicut etiam epiſtola de Palatino Pſeudorege ab *Vladislao* Boemo ad *Joannem Trau* Horimbergenſem Auguſtae edita. Scire adhuc deſidero, an Chronicon *Helinandi* Monachi Frigidi-Montis reperiatur, quod et habere cupio. Verum enimuero, quia P. T. ſtudia eruditiſſima in noſtrae Religionis honorem propius verſari maximopere cuperem, confidentius dixerim, Chriſti et eius Matris vel aliorum Sanctorum vitarum hiſtorias contexere, quia multi in hoc ipſo fere labore occupati ſunt, communem eſſe laudem. Quapropter mirum in modum exoptarem, vt P. T. omnes noſtri Ordinis Benedictini Sanctorum Sanctarumque hiſtorias tam editas, quam M. SS. colligeret, et totidem verbis, eadem phraſi, quibus conſtat primo eſſe conſcriptas ab auctoribus ſuis, eas recenſere, ac in tomos redigere, atque commentariis vel notis illuſtrare: quemadmodum et in deſcriptione noſtri eiusdem Ordinis monaſteriorum laudatam etiam a ſanctiſſimo D. N. operam perpetraſti. Porro in notis illarum conficiendis ampliſſimus ſeſe offeret campus, vt res non ſolum Religionis noſtrae ſacras, verum etiam humanas commode pertractare poſſit. Tuae autem huic defatigationi promptiſſimum me adiuuantemque habebis.

Meo nomine P. *Bernardo* Priori S. P. dicito; et vt à Deo ſaluere te precor, tu me amare non ceſſabis. Romae ex aedibus Apoſtolicis Vaticanis 7. Nouembris 1620.

Admodum R. P. T. Frater amantiſſimus
D. Conſtantinus Abbas Caietanus.

17.

Admodum Reuerende Pater, in Chriſto chariſſime!

Literae P. V. ſemper quidem mihi valde gratae, et iucundae, ſed hae poſtremae tum ob rerum nouitatem ac magnitudinem, quae in iis enarrantur, tum ob celeritatem, qua ad me delatae ſunt, ſupra modum gratiſſimae et iucundiſſimae fuerunt. Vix puto Romam iisdem de rebus allatas magis exquiſitas aut pleniores. Itaque non ſolum dignas eas duxi, quas multis amicis meis, ornatiſſimis viris, oſtenderem, ſed etiam Illuſtriſſimo D. Cardinali *Brugheſio*, S. D. N. nepoti legendas tradidi, qui et libenter accepit, et ſummo Pontifici ſe oſtenſurum pollicitus eſt. Eſt igitur, quod P. V. in iis conſcribendis operam ſe non perdidiſſe laetetur. Verum enimuero multo ſolidiora ac maiora praemia tanto erga me amori, egregiisque virtutibus debentur, et a me et ab omnibus recte ſentientibus. Vtinam ego, qui praecipue ſum obſtrictus, poſſem aliquam partem quandocunque perſoluere. Sed (vt optime ſcit P. V.) euenta rerum humanarum magna ex parte ſunt in manu fortunae, hoc eſt, diuinae Prouidentiae, in occultos quandoque fines plurima dirigentis. Interea quod in promptu eſt, gratias maximas ago et beneuolentiae et diligentiae; et rogo, vt ea, quae inſignia contigerint, ad me ſcribere non praetermittat, praeſertim ſi qua digna relatu de cultu diuino reſtaurato, vel promoto, de monaſteriis, et Eccleſiis, caeterisque ad Eccleſiaſticam gubernationem pertinentibus.

De

De rebus Vrbanis, quod noui, nihil habeo inſigne, niſi S. D. N. accepto nuntio victoria initio huius menſis valde laetatum, ſolennemque proceſſionem a templo S. Mae ſuper Mineruam ad templum S. Mariae de Anima Germanicae nationis rite indixiſſe, pedibus ingredientem cum S. R. E. Cardinalibus et Clero celebraſſe, ibique ſacrificium o in gratiarum actionem obtuliſſe maximo populi concurſu. Ego P. T. amiciſſimo, gratimoque animo complector, illique me plurimum commendo. Vale. Romae 13. Decem- 1620.

Superiores litteras transacta hebdomada, quas mittere diſtuli, acceptis a Paternitate ı aliis 26. Nouembris ſcriptis vnacum Vladislai epiſtola, iam nunc legendas committo, ›xime reſponſurus ad alia, quae in iis continebantur. Iterum vale Pater amantiſſime, leat et nomine meo P. *Bernardus* eius Monaſterii Prior. Romae 19. Decembris 1620.

Admodum R. P. T. Frater in Domino chariſſimus

D. Conſtantinus Abbas Caietanus.

18.

Dilectiſſime in Domino Frater!

Me etiam hisce diebus ingenti catarro aegrotante, *Paulus* V. Pontifex maximus ad eleſtia fere inſperate tranſiuit die Jouis hora 23. cum dimidia, 28. Januarii; quare ›rum vitae S. *Petri*, mutato tamen noui Pontificis nomine, rite P. T. accomodare porit, quod ego iterum ſcribam. S. R. E. Cardinales die Lunae ſequenti Conclaue intrarunt pro creando Pontifice, qui et *Gregorius XV.* dici voluit, creatus 9. Februarii ho- 23 $\frac{1}{2}$. Quod P. T. deſiderat de annis vitae S. P. N. *Benedicti*, ac de ipſius Ordinis opagatione, id totum ſcire poteris ex meis duobus libris pro *Joanne* Diacono, et de onachatu S. *Gregorii*. Nunquam paſſus ſum tantam offenſionem, quantam a P. *Sylua-* Praepoſito Salisburgenſis Academiae, et niſi P. T. amicitiam magni facerem, reuera ihi remedium non defuiſſet. Aliquid aliud eſt in caniſtro. Si typographo carent, qua- libros illos ſuos Salisburgi imprimere uen ceſſant? Hoc menſe Septembri miſit ipſe *Syluanus* ad me duos ſuorum fratrum libros de Philoſophia, Theologia, et re Canoca Salisburgenſi impreſſos, pro quorum vectura tres aureos florenos perſolui. Libros eos tanquam Aeſopi fabulas tractant, et ad Kalendas Graecas vulgabunt, cum in iis nnes praeſertim Ordinis noſtri Profeſſores, multa, eademque inſignia recondita reperient. ›d Deus O. M. vult in hoc etiam me mortificare: tum etiam quod praeteritis menſibus ›uam dedicatoriam ad nouum Archiepiſcopum Salisburgenſem ſcripſi, vnacum libris aliis ılgari lingua ſcriptis, quae omnia direxi ad P. *Syluanum*, ſed illi omnes obmutuerunt. um Salisburgi tanta pro me vrbanitas habeatur, neſcio. Faciat P. T., quod et ego mame precor, vt manuſcriptos illos duos meos libros, qro quibus ego veredarium ſoluam, atim ad manus meas remittat.

Accepi tandem hac hebdomada exemplar illud vnicum deſcriptionis Monaſterii Seoenſis. Opera edita A. R. Abbatis *Sigismundi* maxime deſidero et exſpecto. Accepi etiam anegyricum Boicum, pro quo etiam gratias ago. Quid de libello exſcribendo a Biblioıecario Fuldenſi? Diu valeat P. T., meque orationibus tuis commendatum facias. Roıae 13. Februarii 1621.

P. T. Admodum Reuerendae Amantiſſimus in Domino Frater

D. Conſtantinus Abbas Caietanus

19.

Admodum Reuerende Frater in Domino amantiſſime!

Accepi litteras P. T. immo meros amores; quid enim aliud ſonant? quid aliud ſpirant *Stengelii* mei litterae? Accepi etiam praeteritis diebus doctiſſimos P. T. de vita S. *Petri* Commentarios, quorum exemplar vnicum D. Cardinali *Burgheſio* vnacum tuis literis iam obtuli: illudque gratiſſimum habuit. Sciat etiam P. T. quod poſt non multos dies litterae meae non amplius in Apoſtolico Palatio, ſed in aedibus Collegii noſtri Gregoriani, in quo libentiori ac alacriori degam animo, ſcribantur. Sed ſi Deus pro nobis, quis contra nos? Addidit namque beneficentiſſimus Deus ingenti ſuae huic gratiae et aliam hac minime quidem iuferiorem. Eſt in Aequicolis ſiue Latio non longe a Monaſterio Sublacenſi, prope oppidnm, quod Efides vocatur a Magno *Gregorio*, Aufidena *Ptolomaeo* et *Plinio*, ab incolis vulgo Afila, Eccleſia S. *Petro* Apoſtolorum Principi dicata, in qua quidem S. P. N. *Benedictus* in ſuae conuerſionis principio fractum a *Cyrilla* nutrice ſua capiſterium fuſis ad Deum precibus reparauit. Hanc eius oppidi homines pietate ducti, Collegio Gregoriano in perpetuum vnientes mihi dono dederunt. Diſtat Roma vnius vix diei iter; ibi aer ſaluberrimus et ſuauiſſimus, et quae ad humanam trauſigendam vitam faciunt, viliſſimo ibidem pretio comparantur; praeterquam quod contigua ibi ſunt loca ſublacenſia, et vallis, quam vocant ſacram, in quibus S. P. N. *Benedictus* 34. annorum ſpatio vitam exegit angelicam. Reliquum eſt, vt longinquam et ſanctam vitam aſſiduis precibus mihi impetres, vt caeptum opus ad maiorem Dei gloriam et maximum Ordinis noſtri decus perficere poſſim. Vale, et tui amantem redamare neceſſes. Romae 17. Auguſti 1621.

Admodum Reuerendae P. T. Cariſſimus in Domino Frater
D. Conſtantinus Abbas Caietanus.

20.

Admodum Reuerende in Chriſto Frater dilectiſſime!

Per manus D. *Pauli Saroſti* habebis miſſale, quo nunc utuntur Congregationis Caſinenſis Patres. Libros Auguſta miſſos 28. Maii iam din exſpectaui, ſed nec ipſe D. *Paulus Saroſtus*, vt ſemel et ſecundo ſcripſit, reſcire potuit, per quem P. T. eosdem libros miſerit. Quaeſo, vt quando aliquid mittitur, per quos, et quibus mediis mittitur, nominatim me certiorem faciat, precor. Laborioſo multum ſtudio operam dedi, vt P. T. *Marianus* Monachus Caſinenſis Congregationis, meusque conterraneus et in Chriſto filius chariſſimus, Rhetor eloquentiſſimus, Philoſophus, ac Theologus acutiſſimus tandem ad academiam Salisburgenſem mitteretur, vt ibi easdem litteras profiteatur: nec dubito, quin illius etiam doctrina eadem academia nomen celebrius lucratura ſit. Ad haec doctiſſimus ille P *Stephanus Spuling*, profeſſus Monaſterii S. *Trudonis*, Regens ſtudiorum Benedictinorum Academiae Colonienſis mea etiam opera creatus eſt Abbas S. *Joannis* Baptiſtae Rinkauienſis Moguntinenſis Dioeceſis a Sanctiſſimo D. N. Eaque de cauſa iam nunc expeditas Bullas ad eundem mitto. Exulem Abbatiam ab Ordine noſtro, et a Jeſuitis nullo conſenſu Apoſtolico occupatam, ad eundem reducem feci. Scripſi iam ad P. *Bernardum* Priorem, cuius litteras P. T. etiam communes feci. Tuas exſpecto ſaepiſſimas, vt

quae

quae cura ſtudiorum ſit tua et ſtatus, diligentiſſime ad me reſcribas. Vale, et iterum vale mi *Stengeli.* Romae 27. Auguſti 1622.

Admodum R. P. T. Addictiſſimus ſeruus
D. Conſtantinus Abbas Caietanus.

21.

Admodum Reuerende et chariſſime Frater!

Cum D. *Veroſpio* accepi libros, licet pro *Reuſneri* Genealogico Romano acceperim Germanicum, et pro *Mathia Baris* acceperim *Mathaeum* Weſtmonaſterienſem. *Stengeli* mi! cum tanta in dies accumules beneuolentiae officia, quid pro te agere debeam, ignoro; niſi quod quidquam pro veſtra Germania praeſtiti et praeſtabo, id totum tibi debebitur, immo et quod tui cauſa inprimis cariſſima mihi ſit Germania. Parabo, quod citius me facturum ſpero, apertum aliquod erga te meae obligationis vel amoris teſtimonium, vnde mundus vniuerſus, quantum meo Stengelio debeam, cognoſcat.

Quod ad Priuilegiorum Caſinenſium communicationem in fauorem Abbatis Vrſinenſis attinet, ſedes Apoſtolica, niſi monaſteria ſint in Congregatione, non vult concedere, quae ſunt conceſſa pluribus in communi, concedere particularibus. Cur non Sueuia et Bauaria faciet, quod fecit Auſtria? Si ſcirent Abbates, quanti monumenti illorum aggregatio futura eſſet, nec quidem momentum temporis interponerent. Dormiunt aliqui, nec ſciunt certe, quid illorum ſomnus in craſtinum parturiet. Doleo ego mentem meam, quia clamor meus etiam validus ad eos peruenire non poteſt. Aliquorum clamor ad eos perueniet non ita gratus, nolint, velint. Deſiderio ingenti teneor, vt P. T. dignetur omnes alios libros non miſſos, quos ſcripſit ediditque, Romam ad me mittere in Bibliotheca noſtra Aniciana ad perpetuam memoriam dulciſſimi mei *Stengelii* aſſeruandos. Praeterea ſecundum, tertium, et quartum tomos Epiſcoporum Tungrenſium, nam primum habeo et Annales Treuirenſes, ſiue hiſtoriam *Chriſtophori Bruſueri* S. J. Abbas Ethalenſis eiusque Prior hoc menſe Maio proxime praeterito ſcripſerunt ad me, commendantes perſonam P. *Martini* monachi conuerſi ex monaſterio Bohemiae; quocum ego miſi 20. Agnos cereos ſacros, 10. Bullarum noſtri Collegii exemplaria, et 12. epiſtolarum: quae omnia ſi receperint, P. T. rogo, vt inueſtiget. Si Dei gratia bella in Germania ceſſarunt, domeſtica perſonae veſtrae bella' vel ſtudia adhuc vigent, quare ſaepiſſime ad me ſcribere ne pigriteris. O vtinam inſtillet Deus menti veſtrae, vt ſemel me certiorem faciatis, ad quos directi ſunt libri Venetias, quia duo ex illis ſunt maxime mihi neceſſarii. Deus diu P. T. incolumen ſoſpitemque mihi ſeruet. Vale. Romae 10. Decembris 1622.

Admodum R. P. V. Deditiſſimus et amantiſſimus
D. Conſtantinus Abbas Caietanus.

22.

Multum Reuerende ac chariſſime Pater Carole!

Literas Reuerendae P. S. ita gratas accepi, vt certe non leui deſiderio cupiam videre frequeniores; potiſſimum ſi noui quid ſub incude verſari mihi annuntiarent. Martha ſtrictam cum Magdalena habuit amicitiam, vnde non ſuſpicor, Magdalenam modo repulſam pati debere, licet enim variis, ſtrepitus ſaecularis, ſit circumuallatus negotiis,

nihil-

nihilominus quandoque literario ſtudio etiam vacandum eſt, ne in decretorio illo die infideles talenti noſtri diſpenſatores argui poſſimus. Ego in Siciliam iter parabam, verum remora ſedes vacans, et alia inde orta negotia ſe mihi oppoſuere. Modo ad decorem familiae Benedictinae aliquod opus prae manibus habeo, ſi ad calcem perduxero, mox prelo ſubiiciam, faciamque, vt Reuerenda P. S. Zelum et labores meos erga Ordinem Benedictinum cernere valeat. His variis occupationibus oppreſſus et Reuerendae P. S. et P. Bernardo me commendando manus adoſculor. Romae 11. Nouembris 1623.

Reuerentiae ſuae addictiſſimus D. Conſtantinus Caietanus.

23.

Admodum Reuerende Pater in Chriſto dilectiſſime!

Cum P. Diodoro Eremita Camaldulenſi, qui Poloniam proficiſcitur, imprimendum cum auctario denuo miſi librum noſtrum pro Joanne Diacono ad P. *Romanum Hay*, ſi P. T. aliquid obſeruauerit, pro communi ordinis vtilitate certiorem eumdem facere non dedignetur: miſi et partem libri noſtri de excellentia religionis Benedictinae, vti et impoſterum reliqua, quae deſunt, mittenda curabo, ſpero ordini eidem noſtro mirifice profuturum: miſi et Salisburgum librum noſtrarum concertationum 18° imprimendum, quas inter eſt vna de S. *Columbano* tamdiu deſiderata, alia de S. *Thomae Aquinatis* monachatu alia de S. *Ignatii Loyolae* per Benedictinos inſtructione, de duobus *Amalariis*, tribus *Aymoinis*, et opuſcula duo S. *Columbani* iam accepi. Quas obtinui a SS. D. N. in omnium noſtrarum Germaniae eccleſiarum indulgentias ordinis tantum noſtri, ad P. V. exemplaria impreſſa cum eodem Camaldulenſi iam direxi. Deſiderarem maxime vt libri illi absque erroribus legerentur; nam impreſſio Salisburgenſis erroribus permultis facta eſt. Alias fuſius ſcribam, ſicut et ad P. *Romanum Hay*. Romae 25. Maii 1624.

P. V. Amantiſſimus Seruus Conſtantinus Caietanus.

24.

Admodum Reuerende Pater in Chriſto chariſſime!

Mi Stengeli. Alia via habebit literas meas cum Bulla publicationis anni ſancti, modo commendo P. V. hasce occultas literas, pro quibus mittendis ſi erit aliqua difficultas, impoſterum certiorem faciat P. *Romanum Hay*, vt per alias manus alicuius mercatoris amici transmittantur. Solitam P. V. erga me benignitatem maxime rogo, vt ſi quid habet addendum vel corrigendum pro libro noſtro *Joanne* Diacono ad eumdem P. *Romanum Hay* mittat. Maxime etiam deſiderarem, vt illum alium de praeſtantia religionis Benedictinae librum noſtrum eadem de cauſa legeret. Vale, et me, vt facis, ama, ac meo nomine plurimas ſalutes dicito P. *Bernardo* Priori. Romae primo Junii 1624.

Adm. R. V. Frater chriſſimus D. Conſtantinus Caietanus.

25.

Admodum Reuerende in Chriſto Pater et Frater dilectiſſime!

Plures ſunt dies, quibus literas R. P. ſuae non accepi, et duae ſunt poſtae, quibus ego ſatis ſuperque ſcripſi ad Paternitatem ſuam, ſicut etiam ad P. *Romanum Hay*

pro

pro impreſſione noſtrorum duorum librorum, quos maximo animi ſenſu commendo amori, diligentiae et doctrinae Paternitatis ſuae, et eo maxime, quod agitur de intereſſe intimi amici Reuerendae Paternitatis ſuae, et communi bono et honore religionis noſtrae, eccleſiae catholicae primogenitae. Lege igitur allegata ſcripta, corrige, et amplifica, mittas deinde quamprimum ad P. *Romanum Hay*, qui iam credo eum recepiſſe particulam primam eiusdem operis, quam volo etiam vt P. T. videat de praeſtantia religionis Benedictinae, quam miſi cum P. quodam Camaldulenſi in Poloniam properante, direxique Reuendiſ. eius Abbati Ochſenhuſano. Cum illo etiam miſi librum meum pro *Joanne Diacono* aliquibus rebus adiunctis, qua de re et Paternitatem tuam etiam maxime rogo, ſi quid addendum aliquid aliud, quod non deficit in officina Stengeliana erudititiſſima, ſatis bene conſulet amico, et communi religioni. P. *Romanus Hay* iam mihi promiſit ſe edendos curare huiusmodi noſtros libros omni diligentia, et notis etiam elegantioribus. Scit bene Pat. ſua, quanto libri conficiantur labore, quodſi erroribus ſcatentes imprimantur, omnis labor et etiam eruditio, quaecunque ſit, vertetur in odium et deriſum proprium et aliorum. De libris, quos petii, quod Pat. ſua egerit, neſcio, quaeſo vt quamprimum Venetias mittat, per aliquem mercatorem Auguſtanum, vt Romam poſtea ad me mittat. Illuſtriſſimus D. Abbas Fuldenſis literis ſuis iam paſſim me honorat, ſpero et factis. Debemus nos omnes diuturniorem vitam illi adprecari. Sperandum enim videre eum vti alterum Germanum *Bonifacium*. Pat. ſua valeat vnacum Adm. Rdo. P. *Bernardo*, quibus meipſum, quantus ſum etiam nunc dedo. Romae 26. Junii 1624.

Adm. R. P. V. Frater in Chriſto amicus chariſſimus
D. Conſtantinus Caietanus

26.

Admodum Reuerende Pater!

Duplici de cauſa mitto ad manus tuas Venerabilis *Bedae* noſtri Iunioris vitae hiſtoriam: primo vt rem gratam tibi faciam: ſecundo vt comodius et ſecurius ad P. *Romani Hay* manus facias peruenire, ad quem et menſibus elapſis miſi *Gallonii* ſeu potius *Baronii* Apologeticum cum D. *Joanne* nepote Abbatis Ottenburani: qua de re illum meo nomine monitum volo. Caeterum hebdomada praeterita iam ad te ſcripſi. Expecto multos libros et tuos erudititiſſimos et aliorum gratiſſimos ſicut me ſcis velle. Expecto theatrum Genealogiarum Romanarum, credo, quod ſit in tres an plures tomos diuiſum, mittendos, vt ſcripſi, Venetias ad D. Praepoſitum S. *Nicolai* de Tolentino Clericorum Teatinorum. Vale et me, vt facis, ama. Romae 10. Feb. 1624.

Tuus Conſtantinus Caietanus.

27.

Admodum Reuerende in Chriſto Pater Chariſſime!

Iam credo P. T. accepiſſe tertiam partem noſtri libri de praeſtantia religionis Benedictinae, quam miſi in faſciculo literarum D. Cardinalis *Barberini* ad nuntium Venetiarum, ſed cui deeſt finis. in quo per annorum centurias breuiter recenſentur ſcriptores ex ordine noſtro illuſtres perficiam et mittam. Mitto nunc partem quartam eadem via. Maximopere deſidero audire P. T. reliqua ſcripta habuiſſe a P. Abbate Ochſenhuſii, vel per *Romanum Hay*. vt vniuerſum opus per manus doctiſſimi et dilectiſſimi mei *Stengelii* ſplendorem debitum recipiat quod iterum atque iterum et precor et deprecor. Qua de cau-

ſa ego libentiſſime id Auguſtae Vindelicorum imprimendum exopto, et vt P. T. tanquam ingenii ſui partum aeſtimet, corrigat, amplificet, exornet. Intelligere a te deſidero, quos ſanctos ego in noſtro Catalogo, vel Calendario poſui, qui non ſint ex ordine S. Benedicti. Sed cum hanc partem quartam noſtri libri percurres, forſan ſententiam noſtram confirmabis de antiquitate et propagatione regulae Benedictinae. Res noſtras vt alii ſcrutentur, multum laboraui, arcana multa rimatus ſum, et iis pro didnitate viam aperui, qui Benedictinae religionis arcana, quae ad hanc vsque diem nemo attigiſſe viſus eſt, intus et in cute, vt dicitur, amplius expiſcare voluerint. Interim videas, ſi aliquis Bibliopola voluerit alia conditione librum imprimere. Si labor ingenii noſtri nos non decipit, liber eſt vendibilis. An noſtri Abbates in illis partibus vicini aliquam humanitatem impertientur? Et nos illis dabimus aliquot librorum exemplaria.

Iam ſcripſi, quod debeat liber imprimi in folio maiori, et primo loco liber de *praeſtantia religionis*, ſecundo pro S. *Gregorio*, tertio *concertationes*. In proſpectu libri adeſſe deſidero typum religionis Benedictinae, quem delineatum mittam. In inferiori parte aderit religio, in ſuperiori S. P. N. *Benedictus* propria effigie expreſſus. Expecto 200. ad minus exemplaria vt iam ſcripſi, de libris veſtris ſanctoralibus ea via, quam P. T. certiorem feci.

Stengeli chariſſime, maximum id vnum a te expoſco, vt ſaltem aliquot folia ex noſtro libro imprimenda quamprimum curares, incipiendo a praefatione libri ipſius ad principes. Ego enim promitto, quodſi aliter imprimi non poterit, imprimetur expenſis noſtris, qua de cauſa pecuniam mittam. Dominus Deus in hisce turbationibus det nobis ſuam pacem, Ex parte Hiſpanorum immenſi fiunt adparatus bellici, et per mare ſicut et Veneti faciunt, quibus veridice affirmabo, vt caueant ſibi, quia et ipſi harum commotionum ſunt cauſa. Ardor Gallicus incipit tepeſcere, et iam ex illis prope Vulturnam in duabus velitationibus vltra trecentos a Mediolanenſibus et Hiſpanis ſunt interfecti; reliqui panem deſiderant. Ex Hiſpanis pauciſſimi vel interfecti, vel ſauciati fuerunt.

Adm. R. P. Bernardo Priori nomine meo plures dicat ſalutes, P. T. me multum commendo et offero. Romae 8. Mart. 1625.

Adm. R. P. T. ad omnia paratiſſimus
D. Conſtantinus Caietanus.

28.

Admodum Reuerende Pater!

Literas P. T. 21. Auguſti datas accepi, gaudeo de proſpero reditu, quod libri ad me mittendi commode hic non poſſint transmitti, non eſt deſperandum, dummodo, quod noſtrum eſt, fiat. Gratiſſimum mihi fuit intellexiſſe, noſtra ſcripta a fr. *Romano Hay* ad P. Priorem fuiſſe transmiſſa. Credebam Satanam e Coelo cecidiſſe, ad inferos deſcendiſſe, ſed nunc etiam credam, ab inferis aſcendiſſe, et Vmendorffii commorari in corpore cuiusdam grammatuli Paedagogi. Reuerendiſſimus Ochſenhuſanus Abbas ſuis ipſius literis ſciet, quem diabolum habeat pro monacho; ſi non demonſtrauero, culpa erit mea. Sunt et aliquot ſcripta, quae, credo, P. Priorem, vel P. V. accepturum eſſe. — Miſi enim ea ad Rmum. Abbatem Cremiſanenſem vnacum conſtitutionibus Auſtriacae Congregationis adprobatis a ſede Apoſtolica — quae omnia tuta comoditate fidelis alicuius perſonae vel amici, vt ad me iterum deſtinentur, maximopere exopto, ac P. V. et P. Priorem precor enixe. Sero et ſapere, non infima vtilitas eſt, vel laus. Si libri ad me deſtinandi erunt

erunt. Venetiis, poſſem quidem cum amicis agere, ſed ſi erunt Auguſtae, tuae erunt partes, vnacum illis intermiſceas et reliquos, quos alias recenſui, vnacum *Antonio Perez* ſuper regulam noſtram. *Stengeli* chariſſime, vt quod tot pecuniae in lapidibus mortuis apud S. *Vdalricum*, per tot millia in lapidibus viuis ſanctiſſime inſumſit. Adm. R. P. Priori totum me dedo, ſicut et P. V. quibus me plurimum commendo. Roma 12. Septembris 1625.

Adm. R. P. V. Deditiſſimus D. Conſtantinus Caietanus.

29.

Chariſſime in Chriſto Pater et Frater dilectiſſime!

Stengeli V. C. ſi tu nulla alia de cauſa me amaſti, quam quia ſeruus omnino fuerim S. P. N. *Benedicti*, quanto magis illum amare debes, qui vere eſt cauſa amoris inter me et te? Virum ſapientem multis perſuadere argumentis, inutile prorſus iudicatur. Pro honore ordinis noſtri in eccleſia Principis, ſolus ego libentiſſime preliaturus in campum deſcendi, non deſiſtam, donec vita ſuperſtes fuerit. Sequere me, bella Domini et noſtrae religionis agentem; quaeſo, ſi amas me, ſi patrem tuum *Benedictum* amas, ſi Deum ipſum immo ſi amas; quin et alios ordinis noſtri Athletas ad hoc ipſum inuitare, vt ne deſinas, mirum in modum precor. Pluribus hac de cauſa ſcripſi ad Illuſtriſs. Abbatem Cremiſanenſem, eius literas poſtquam perlegeris, fideliſſime ad illum ſtatim mittas. Vtinam noſtra ſcripta etſi ingloria — Romani Hay ſententia — hucusque accepiſſes. Romae 28. Febr. 1626.

Cordialis Amicus Conſtantinus tuus.

30.

Admodum Reuerende in Chriſto Pater!

Quod P. T. ad me ſcribit, vt quid ſentiam de congregatione Bauarica conficienda, dicam, dicam et ſincere, quod cum aliquorum et non omnium ſit eiusmodi voluntas, nihil boni fieri poteſt, et Romae ſufficit vnus, vt multorum ſententia infringatur. Quapropter conſulerem ego, immo omnes meam etiam operam polliceri vt quicunque ſint Abbates, qui bonum hoc ordinis deſiderant, vniant ſe nouellae Congregationi Auſtriae, quae cum gratia imperatoris nunc vnita eſt, omnium illorum Abbatum voluntate, quare et ego maximis et continuis laboribus per duos annos deſudaui apud ſedem Apoſtolicam, vt eius Conſtitutiones Apoſtolico Breui confirmarentur. Quae quidem negotia vt nunc iterum a me ſollicitentur, nec volo, nec ſi vellem, poſſum facere multis ex cauſis: neque tot congregationes in bonum ordinis cedere poſſunt, immo e contrario animorum diuiſionem, et perturbationes parere poterunt. Abbates Auſtriaci, non dubito, quod quantocius vniant ſibi monaſteria omnia Imperio ſublata; Ego illos non poſſum non amare, quod bonum ordinis publicum amant. Quod monaſteria Sueuica deſiderant ſibi vniri monaſteria Palatinatus, optimum ſperauerim, ſi monaſticam diſciplinam iis in locis plantandam initiauerint, et non potius eorum reditus. Oporteret primum, vt iudicium domini ab iis inciperet, mox in alia proflueret. Scio quid dicam, neceſſarium omnino eſſet, vt negotia a capite, non a fine auſpicarentur, et tandem experiretur, quantum im-

 por-

portabit, vt Romae et locum et homines habeant. Vale vir clariſſime, expecto mille libros, eosdemque optimos. Romae 18. Aprilis 1626.

Adm. R. P. T.

Deditiſſimus D. Conſtantinus Caietanus.

31.

Admodum Reuerende in Chriſto Pater Chariſſime!

Deo gratias, iam tandem noſtra ſcripta recepi; qua de re Adm. V. *Bernardo* Priori, et P. V. gratias etiam ago. Quod inter Principes Catholicos pax firmari debeat, quamprimum ex certis nuntiis hodie habuimus. In angulo Bibliothecae Vaticanae MS. vetuſtiſſimus Codex repertus eſt hebraice ſcriptus et compoſitus a quodam Hebraeo, vt adparet, doctiſſimo, maximi reuera momenti. Nam ibi probat Hebraeus Anonymus, editionem Bibliorum noſtrorum vulgatum eſſe omnibus aliis editionibus et hebraicis veriorem quod etiam probat Autoritatibus et exemplis ex ipſismet translationibus petitis: immo per totum librum Geneſis et Exodi transcurrens, innumera confert loca inter editionem noſtram veram et hebraeorum illam, quam ideo falſam et corruptam fuiſſe demonſtrat. Quid ad hoc dicant Haeretici? erunt forſitan magis obſtinati, magis perfidi, quam Hebraei?

Quod ante annum debeam ſcribere, nunc ex neceſſitate rei ſcribo, cum D. *Veroſpio* inter alios libros, accepi hiſtoriam Angliae *Matthaei* Weſtmonaſterienſis cum Vigornienſi, ſed ad finem Voluminis duo integri terniones, vel quaterniones vltimi ex incuria famulorum fuerunt prorſus diſperſi, quod cum liber ſit imperfectus ex iis foliis, quae maiorem indicis partem complectuntur, maximo redditur incommodo; opus eſt editum Francofurti, ſi poſſibile erit ab amico Bibliopola haberi, rem gratiſſimam mihi praeſtabis: ſicut etiam, quod alias ſcripſi, maxime deſidero, vt mittas ad me librum inſinuationum, et aliorum exercitiorum S. *Gertrudis*, vel ſi quod aliud opuſculum eiusdem haberi poterit: de aliis huius vel diuerſi generis libris dilectioni veſtrae relinquo. Vale diu dilectiſſime P. Romae 3. Aprilis 1626.

Adm. R. P. V.

Addictiſſimus D. Conſtantinus Caietanus

IX.

Joannis Fabri Simpliciarii Pontificii Epiſtolae.

1.

Admodum Reuerende et doctiſſime Pater!

Humanitas et beneuolentia, qua R. V. me proſequitur non ſinunt me diutius ſilere, ſed cogunt, vt ſaltem verbis, ſi non re ipſa me ipſi gratum pro variis ſuis iam mihi transmiſſis opuſculis exhibeam; quae equidem et libenter accepi, et auide legi, et ſummopere ſum admiratus, precorque Deum, vt animum et annos R. V. concedat, quo plura indies edolet, et bono publico communicet, quamprimum potero huius vltimi de S. *Vdalrico* videndi copiam P. *Bzouio* amico meo faciam; ſcio me ipſi rem gratam et monaſterio veſtro vtilem facturum. Ceterum non habeo, quod addam, niſi vt per Ram. Vam. Rmo.

Do-

mino Praelato veſtro a me omnia debita obſequia velim offerri et P. *Bernardo* ſalutem eam impertiri, et me veſtrae gratiae commendari, quibus velim, ita ſit perſuaſum, me il vnquam intermiſſurum, quod in commodum monaſterii veſtri et emolumentum ceſſum mihi perſuaſero. Valeat, et me amare pergat. Romae 6. Decembris an. 1624.

Rae. Vae. Addictiſſimus Joannes Faber
Simpliciarius Pontificius.

2.

Reuerende admodum Domine, Amice Obſeruantiſſime!

Binas Rae Vae praeterita Septimana litteras accepi, quarum alteras Rdo P. *Bzonio* didi, qui lectis illis mecum fuit, atque Catalogum a Ra. Va. mihi non ita dudum transſſum petiit, quem ipſi communicabo; ceterum ea, quae memoratu digna Ra. Va. eim transmiſit, ille iam in hiſtoriam ſuam retulit, et faciet nomine veſtri florentiſſimi onaſterii, quaecunque iuſſeritis, et ipſe poterit, vt vir humaniſſimus et ſtudioſiſſimus. terum de amicitia inter nos contracta, habeo ego cauſas non minimas, cur glorier, ſtis enim, quantum liberalitati et beneuolentiae Rmi. Praelati veſtri debeam, accedit *Bernardi* veſtri et Rae.Vae. fauor, quo me proſequuntur. Quare in quacunque re vo hic prodeſſe et inſeruire potero, promtiſſimum et paratiſſimum me habebitis. Plura n addo niſi, vt per Ram Vam RR. Domini Abbatis gratiae commender. Admodum P. *Bernardum* ex intimo animo ſaluere iubeo. Romae 21. Febr. 1625.

Adm. Rae Vae
Addictiſſimus Joannes Faber.

3.

Admodum Reuerende Domine Amice obſeruantiſſime!

Mitto hic Rae Vae librum B. *Petri Damiani* in folio, quem R. P. *Conſtantinus Caietanus* Rae Vae donat pro ſuo in ipſum amore et beneuolentia, et ſimul hortatur, vt ſtree, quod hactenus praeſtitit in vinea domini laboret, deſiderat etiam ad ſuas vltimas ſponſum a Ra Va Ego non habeo aliud quod addam, vt me Rae Vae precibus aſſidue enixe commendem, rogemque ſimul, vt Rmo Domino Abbati officia mea deferat, et cluſum libellum munuſculi loco offerat, quem Illuſtriſſimus D. Cardinalis *Bellarminus* nquam vltimum ſuum foetum in ſenectute ſua peperit, dignus eſt, qui legatur, et reatur ſaepiſſime, magni ſit hic Romae et iam etiam in Italico Idiomate prelo committur. R. P. F. *Bernardum* ſaluere iubeo, et auguror ipſi multos annos, et firmam valudinem, vt talentum ſuum impiger poſſit eccleſiae Dei impendere. Valeat et me amet Va. Romae in feſto S. Benedicti 1625.

Rae Vae Addictiſſimus Joannes Faber.

X.

ephani Viti S. J. iudicium de vindiciis S. Vdalrico a Stengelio datis.

Vidi vindicias R. P. F. *Caroli Stengelii* accuratas, doctas, et eiusmodi, quae vel ab aito animo, dummodo non obſtinato, cuius eſt ſanandi reliqua ſpes exigua, extorqueant

 aſſen-

aſſenſum; quod videlicet S. Praeſul Auguſtanae Vindelicorum eccleſiae *Vdalricus*, qui anno ſalutis 973. ſecundum meliorem ſui partem migraturus in coelum, exuuias ſacri ſui corporis Auguſtae, vbi animam creatori reddiderat, condendas reliquerit in templo eiusdem vrbis, nunc dicto SS. *Vdalrici* et *Afrae*. Sed quia deeſſe non poſſunt, qui vt S. *Vdalrici* ſepulchrum aſſerant Mediolanenſibus, cauillari poſſent, quaecunque a R. P. *Carolo* allata fuerunt, et nonnulla obiicere, quae incertam fidem Anonymorum, quos innuit, Autorum, etiamſi priſcorum, apud imperitos reddant, etiam conandum eſt, quoad fieri poteſt, euidentibus argumentis, et iſtorum ignorantiam erudire, et illorum ora obſtruere. Inter quae vnum nunc ſeſe offert, cuius vim nemo vlla arte, niſi apertae obſtinaciae eludere poſſe arbitror. Eſt autem eiusmodi: Vixit cum SS. *Vdalrico*, et ſupervixit ipſi *Adelboldus* — *Andebaldum* vocat *Wion*, *Deobaldum* Antonius *Poſſeuinus* in ſuo adparatu — Epiſcopus Traiectenſis — Vltraiectenſis alii legunt — Conſiliarius S. *Henrici* Imperatoris — qui iniit imperium 30. annis poſt obitum B. *Vdalrici* — natione Germanus, qui teſtibus *Sigeberto*, *Trithemio* et aliis, vitam non *Kunegundis* tantum virginis, et coniugis S. *Henrici* ſcripſit — quam habes T. I. *Surii* — ſed et, quam docti hactenus deſiderabant, eiusdem *Henrici*, cuius geſtorum fuit *Adelboldus* non auritus tantummodo, verum et oculatus teſtis. Tandem felici fortuna inuenta hiſtoria *Adelboldi*, nonnihil mutila ad finem, quam ſincere et grauiter, quamuis verbis et veſte veteri, eaque incompta, deſcripſit, et in ſuum de diuis Bambergenſibus *Henrico* et *Kunigunda*, et *Ottone*, librum inſeruit R. P. *Jacobus Gretſerus*. In qua *Henrici* vita ita inter multa *Adelboldus* — pag. 433. Gretſeri — inquit: *Deinde cum corpore* — Ottonis III. Imperatoris in Italia defuncti anno ſalutis 1002 — *vsque ad Auguſtam* — Vindelicorum — *veniens* — S. Henricus — *in Baſilica S. Afrae iuxta ſepulchrum S. Vdalrici, decentiſſime ſepeliri Imperatoris* — Ottonis — *interiora fecit, et pro anima eius eidem eccleſiae centum manſos ex propria haereditate conceſſit.*

Quia cuperem tamen vindicias P. Caroli denuo recuſas venire in manus multorum, monendus mihi videtur, ipſum, ſi velit, vllos habere lectores beneuolos Gallos aut Italos, vt expungat e priore vindiciarum editione controuerſias illas: atque cenſuras de corporibus SS. *Marci* Euangeliſtae, et *Dionyſii Areopagitae*, cum praeſertim doctorum iudicio multorum — nam *Baronius* rem plane reliquit in medio, ſi attente legatur — et bulla illa adſeruata apud S. *Emmeramum*, et recitata a *Baronio*, non tantum apocrypha ſit, ſed et ſententias plures habeat, et loquendi modos minime decentes, vel grauitatem Romani Pontificis, vel parum congruentes cum ſanctitate, et more S. *Leonis* IX. praeter alias aliquas circumſtantias, ex quibus ſi non reiici, in ſuſpicionem tamen vocari bullam illam poſſe video.

Reſcindenda videntur, quae in iisdem vindiciis fuſius diſputat de tot vrbibus dictis Auguſtis, quaſi *Philippus* ille *Ferrarius*, aduerſus quem ſcriptae vindiciae, non Vindelicorum fortaſſis Auguſtam, ſed aliam voluerit, cuius olim eſſet *Ardericus* ille — Ex quo ſine idoneo vel autore vel cauſa cudit *Vdalricum* — Epiſcopus. Aperte loquitur *Ferrarius* de *Arderico* vel *Vdalrico* Alemanno, inquit, et filio *Hubaldi* et Tietburgae Nobiliſſimorum, qui Adelberoni Epiſcopo Auguſtano in Germania illum humanis diuinisque literis imbuendum tradiderunt, et poſt plenius inſtruendum Monachis S. *Galli*. Quique cum Auguſtanus poſtmodum Epiſcopus factus eſſet, pacem compoſuit inter *Ludolphum Ottonis* Imperatoris filium et Henricum eiusdem Imperatoris fratrem. Neque eſt, quod vereatur P. *Carolus Stengelius*, S. *Carolum Boromaeum* habuiſſe S. *Ardericum* pro S. *Vdalrico*,

non

n habuit, ſed S. *Ardericum* ſuo nomine non alieno Vdalrici voluit vocari : neque in
lia, niſi inter imperitos S. *Ardericus* ille, præſertim a Mediolanenſibus, niſi S. *Ardericus*
pellatur. Quamuis a pauciſſimis aliquando corrupte *Odoricus* audiat, *Vdalricus* nunquam
nusquam, quod ſciam, niſi apud *Ferrarium*, et ei fauentes neſcio, quo fundamento;
m ille niſi coniecturas ex priuato ingenio aut rumore magis, quam ex libris aut ex fide
ſca, non affert.

Neque multum urgeat P. *Carolus* teſtimonium Anonymi de concilio Ingelheimenſi,
od vno ante mortem S. Vdalrici anno celebratum fuiſſet ipſumque inter uiſſe anno ſalutis
2 ait. Non conſtat vllum Ingelheimenſe concilium fuiſſe celebratum, praeter vnicum et
eberrimum, cui interfuerunt Reges Galliae et Germaniae, ſeu potius illius et Imperator
us, cum vtriusque regni Epiſcopis, inter quos fuit ſt. *Vdalricus* Epiſcopus, cuius ſub-
iptio hodie legitur in eodem concilio, quod paſſim extat, cuique praeſens aderat — Cer-
non longe Ingelheimio tunc aberat — S. *Hodoardus*, qui, vt videre eſt, in ejus hiſto-
Rhemenſi, fuſe illud recitat, quod tamen celebratum fuiſſe aſſerit non anno ſalutis
2. ſed 948. affirmat & poſt eum *Baronius* ad eundem annum 948. vbi etiam ſubſcrip-
nem S, *Udalrici* Auguſtani Epiſcopi deſcripſit. Idem vero concilium Ingelheimienſe et
lem anno 948. compendio cuum ſuis capitibus non paucis relatum, ex fide antiqua de-
iptum habes Tom. 5. Antiqq, Lect. *Henrici Caniſii* pag. 1057 — 1060. vbi etiam ſub-
ptum leges nomen S. *Vdalrici* Auguſtani Epiſcopi. Plura de his et de vindiciis R. P.
roli nunc non vacat notare. Vale mi P. *Georgi Stengel*, et boni conſule bonam meam
untatem.

XI.

tri Steuartii Leodienſis in Academia Ingolſtadienſi Theologiae Profeſſoris et Procancelarii Epiſtolæ.

1.

Reuerende Domine Carole.

Vidi tuos *Wilhelmos*, vt ordinis profeſſione, ſic et ſanctitatis laude gemellos. Bene
s, quod haec melioris aeui teſtimonia et monumenta in lucem extrahis, et extracta nota-
i tuarum luce illuſtras. Antea tibi debebat *Wicterpus* Auguſtanorum Epiſcopus, tuo
lio quaſi renatus et a tenebris vindicatus. Nunc ſimili opera debitores tibi feciſti
s *Wilhelmos*, Benedictinae religionis duo lucida ſidera, pergas, quo pede coepiſti, alios
tui memores merendo, hoc eſt ſanctis tuis ad Deum precibus, et publicis ſcriptionibus
re ne deſiſtas. Ingolſtadii pridie S, Adreae. MDCX.

Petrus Steuartius SS. Theologiae
Doctor, Profeſſor et Procancellarius.

2.

Petrus Stevartius Leodius S. Theologiae Doctor et Academiae Ingolſtadienſis Profeſſor ac cancellarius R. P. Carolo Stengelio. Ordinis S. Benedicti Auguſtae Vindelicorum ad. SS. V- icum et Afram.

S. D.

Arbo-

Arborum ingenia et hominum ſimilia ſunt : nam vtrorumque indolem fructus oſtendit. Certe mi *Carole*, ſi te non noſſem a moribus, noſcere didiciſſem a laboribus. Quibus efficis, vt velut generoſae arboris fructu animum noſtrum non ſolum delectemus, ſed etiam roboremus. Et ſane Chriſtianum eſt, tam vtili aliorum labore delectari, tamque erudita doctorum virorum pietate roborari. Qui enim tam piis libellis, vel ſe indigere non putat, immemor eſt conditionis humanae, vel qui eiuscemodi ſacra animorum pabula in deliciis non habet, ſed nauſeabundus reſpuit, indignus eſt mercedis diuinae. Quam ob rem tam bene venuſteque tu facis hos tales libellos ſcribendo quam pie ſancteque alii legendo. Porro hoc contra peſtem tam ſecurum, tamque ſalutare laboris tui amuletum, tempori huic imprimis accommodatum eſt, quo ſine omni dubitatione pauciores peſtilitates, vt *Lucretius* ait, graſſarentur, ſi erga diuos, quos tu in opuſculo tuo vere aureo contra miſerabilem hanc luem copioſe commemoras, et luculente laudas, crebriora pietatis opera exercerentur. Perge, fertiliſſima ſancti tui ordinis arbor, perge nobis plures eiuscemodi fructus ab ingenio tuo promere, dicetur a poſteris noſtris nomen tuum lecturis, et radicis tuae fructu gauiſuris, ET HONOS ERIT HUIC QUOQUE etc. Agnoſcentque et dicent omnes : LAURUS PHOEBO, CAROLUS CHRISTO. Ego profecto, vt in compendio dicam, quid de tuo hoc ſtudio ſentiam, malo legere STENGELIUM tam jucundis, potentibusque hiſtoriis de *peſte* diſputantem, quam neſcio, quem aurium inſidiatorem Mileſiiis leporibus de ipſo voluptatum melle fabulantem. Vale et a Deo mihi tuis precibus impetra, quae amicum tuum ſibi impetrari velle exiſtimas. Ingolſtadii 11. Cal. Iunii MDCXIV.

XII.

Ioan. Henrici a Pflaumern Epiſtola.

Facit dudum inter nos contracta familiaritas, vt audeam Paternitatem veſtram de ea, quae ſequitur re, ne fidentius compellare, Adoleſcens cum Italiam perluſtraſſem, rariora pulchrioraque obſeruaui, et deſcripſi, contuli poſtea obſeruationes meas cum melioribus Autoribus, priſcis ac nouis, easque libro integro comprehenſas, cum in Germaniam rediiſſem, P. *Matthaeo Radero* praeceptori meo in rhetorica, vt videret profectum abſentiae meae, legendas dedi, qui porro, me quidem plane tum neſcio, easdem V. A. *Marco Velſero* p. m. legendas, cenſendasque exhibuit, Neſcio, quomodo iſti in re literaria principes iuuenilibus meis affecti ſint; certe hortati ſunt me ambo, vti librum typis vulgarem. Sed quia partus rudis atque informis nimium mihi videbatur, diſtuli editionem et hisce annis, quantum per ſeueriora ſtudia licuit, ita expoliui hoc opus, vt quibus id videndum dedi, flagitent a me ſummopere, vti nunc temporis inſtante iubilaeo in Romipetarum vſum, gratiamque in lucem edam; nam et de Italia vniuerſa, et maxime de vrbe Roma ſunt in eo plurima in aliis Italiae deſcriptionibus, quas quidem ego legerim, non memorata; addent etiam operi lucem et venuſtatem, imagines vrbium nobiliorum, tum et tabula Italiae totius cum nominibus priſci noſtrique aeui ad hiſtoriarum intellectum, niſi ipſe mihi blandior, haud parum collatura, quae — vt et illae imagines — aeris caelatura exprimenda Ceterum hac in regione neque Calcographi, neque etiam Typographi induſtrii, quibus ego labores iſtos meos tuto rectoque credere poſſim, Auguſtae apud vos talium copia, vti ſcio partim ex uſu-

ſuperio-

ſuperiorum temporum, partim ex illis operibus, quae Ptas Va iam diu bono reipublicae chriſtianae in lucem mittit, famulantibus operis typographorum ac caelatorum. Rogo ergo vt amicitiae noſtrae veteri hoc tribuat, et cum artificibus, quibus aſſueuit, agat, anne librum typographus typis ſuis deſcribere velit, ad XL. aut L. circiter integra folia excurſurum, ſiue papyri, vt vocant, libros binos, quos in octaua, quam nominant, forma procudi, papyrumque ſolita ampliorem adhiberi velim, maxime propter imagines aereas, quae et ipſae forma patentiori exhibendae, vt omnia eo exactius repraeſententur. Cum Calcographo pariter; rogo, vt agat, anne Icones iſtas vrbium et Italiae vniuerſae elaborare cupreis laminis velit, eo pacto, quod in adnexis literis deſcripſi. Spero librum fore huic tempori accommodum, eoque reperturum emtores; itaque ſi typographus, Calcographusque cum ſuis impenſis excudere grauentur, haud grauabor ego ſumtus — dum honeſtos — ſuppeditare, ſed ita vt exemplaria omnia mihi cedant, opusque intra ſemeſtre circiter abſoluatur. Quod vt fiat, Calcographus in partem operis alios adlegare poterit. Velim autem maxima diligentia expediri tabulam Italiae calamo a me deſcriptam, qualem extare hactenus neſcio. Icones vrbium, quas ex Italia attuli, aere expreſſas ego ſubmittam; ſed quia hae ferme in folio integro, ſeu patenti, vt vocant, expreſſae, velim eas — vt poterit facile — a caelatore in minorem formam, dimidii nempe folii contrahi. Cetera mentem meam explicabit ſcheda his adnexa. Paternitatem Veſtram iterum oro etiam atque etiam, vt cum iſtis artificibus agat vtroque modo, ſiue ſcilicet opus ſuis impenſis, ſiue meis vnius curare velint, & quantum intra tempus, vt ſtatuere porro apud me ſatisque illis, qui mihi editionis Autores ſunt, facere queam. Si quis viciſſim vſus eſt operae meae, rogo vt ea identidem vtatur, meque commendatum habeat: denique etiam Rmo D. Præſuli ſubmiſſam meam obſeruantiam totique ampliſſimo PP. Coenobii veſtri celebratiſſimi coetui multas ex me ſalutes nuntiet, et valeat. Datae Mersburgi XX. Decembris MDCXXIII.

Adm. R. Ptis Vae

Studioſiſſimus ſemper
Ioannes Henricus a Pflaumern.

XIII.

Erardi Niggelii Monachii Schyrenſis ad Stengelium Epiſtolae.

I.

Reuerende Domine, doctiſſime Pater Carole.

Quod pridem omnino praeſtandum fuiſſet, id iam nunc paucis tibi exhibeo. Salutem mihi nuper et amicitiam tuam deſignaſti, quam ſi etiamnum denuntiatam velis, lubens equidem reſpondebo. Neque enim quidquam accidere poteſt gratius, quam perpetuum cum viris doctiſſimis — qualem te eſſe palam noui — et indiſſolubile amicitiae foedus contrahere. Certe animum in me experiere promtiſſimum. Id quod crebrioribus literis ad te dandis certiſſime intelliges. Interim velim, quaeſo, reſcribas, qui ſe res habeant cum viro clariſſimo tuo item et meo praeceptore doctiſſimo D. *Ioſepho Barbato*! Sarcinam ſuam apud nos reliquit, et illam ego lubens remitterem, ſi, vbi degeret, reſcirem. Fac obſecro, vt quantocius reſciam, et ſi tecum, aut non procul a te viuit, ſalutem illi meam atque pre-

 ces

ces dicito. Vale, tui *Erhardi* memor. Ex Scheyrn in peruigilio Virginis annuntiatae anno 1620.

Tuae Reuerentiae

Addictiſſimus
F. Erhardus Niggelius.

2.

Reuerende & doctiſſime P. Carole.

Pax Chriſti.

Bonum factum! Illius iam nunc viri amicitiam nactus ſum, cuius tacite ſaepius familiaritatem plenis votis expetiui. Crede mihi; parem in amico legem, et amicitae mentem abunde recognoſces. Sed enim, opere magis quam verbis agendum.

De monaſteriologia tua, quod ſcribis, vt ſententia apud nos aliqua feratur: tanti non ſumus, qui virum antiquitatis peritiſſimum, noſtro calculo cenſeamus, multo minus vt punctum inde feramus. Certe admodum Reuerendus noſter, inter tumultum iſtum bellicum minus nihilo de libris, ſed de pecunia ſolum congerenda cogitat; tuo tamen labori, et honori ſibi collato, liberaliter me inſtigante reſpondebit. Ipſa autem T. R. Monaſteriologia, digna eſt ſuo Autore, digna omnino, quae Benedictinae arbori quantocius inſcribatur. De cognomento *Arnoldi Mali* — praeterquam quod libentiſſime Autoris, quem inſinuaſti, argumenta legerem, et etiam ſi fieri poſſet, transmitti optarem — haec te ſcire volo. Quicunque negat *Arnoldum* iure *Malum* appellari, is mihi vel nullus, vel hac ipſa re — bona pace dixero — malus antiquarius eſt. Iſta quidem breuiter: ſed veraciter: quippe cuius rei veritatem antiquiſſima Schyrenſium monumenta paſſim atteſtantur. Quae ſane omnia iam dudum euulgaſſem, niſi vis bellica rem pecuniariam, adeoque typographicam mihi eripuiſſet. Proinde de *Arnoldo Malo* ne ſis, quaeſo, ſollicitus; etiam nobis tacentibus, malum, immo peſſimum Ducem vel ipſi Schyrenſium muti parietes denuntiabunt. Indignus eſt ſcelcratiſſimus *Arnoldus*, qui vllo modo in controuerſiam hanc ob rem vocetur. Et ſane neſcio, quantam illi gratiam aliquando ſint reportaturi, qui tam honorifice de nequiſſimo Sacrilego loquuntur. Verum his omiſſis, longe aliud mihi dubium reſtat. Quid illi capeſis, *Hundius*, *Aubertus Miraeus*, *D. Gewoldus* et tu ipſe vir eruditiſſime, caſtrum ſcribis Schyrenſe ab *Arnoldi Mali* filio primitus fuiſſe deſtructum. Hoc quam verum ſit, antiquitas docebit. Contrarium profecto, ex monumentis Schyrenſibus ante annos quadringentos ſcriptis, clariſſime patet; quibus etiam maiorem merito fidem habeo, quam centum *Hundiis*, aut *Miraeis*, qui nec Autoritates adducunt, nec codices noſtros inſpexerunt. Sed neque *Bruſchius* hoc, neque *Nauclerus* ignorarunt, quorum prior explicite, alter vero implicite infert, Caſtrum Schyrenſe ab *Arnoldo*, ſiue *Arnulpho* Imperatore — non *Arnoldi Mali* filio — exaedificatum ſiue potius extructum fuiſſe. Quodſi tamen contrarium euiceris, lubens tibi aliisque cedam. Interim vale, et amicum tuum, qui T. R. quotidie in ſuis ad Deum precibus et ſacrificiis incluſit, redama. Id quod maxime praeſtabis, vbi mihi contraria illius doctiſſimi Viri de *Arnoldo Malo* argumenta remiſeris. Iterum amiciſſime vale. Ex Schyra die 14 Aprilis an. 1620.

T. R. aeternum memor
F. Erhardus Niggelius.

P. S.

P. S. Vnum addo. Situm, ſiue ideam noſtri monaſterii haud dubie genuina forma expreſſiſſes, ſi prius illam ex me indagaſſes. Nihilominus hunc ego — ſi quis tamen eſt — defectum ſuo tempore ſupplebo. Idque faciam proxime, vbi a te cum typographo agendi modum intellexero. Soli enim ſumtus me impediunt. Proinde etiam atque etiam, iterum iterumque rogo, vti negotii me typographici certiorem facias. Nam abſurdum mihi videtur, et laborare ſimul et pecunias dare.

3.

Reuerende et doctiſſime Carole!

Morbus plane fatalis me impediuit, quo minus T. R. reſcribere potui, et omnino credo P. Concionatorem Franciſcanum meas apud te excuſantis partes egiſſe. Deinde habeas, quaeſo, amicum tuum fideliſſimum excuſatum.

Quod vero literas Clariſs. D. *Gewoldi* mihi tranſmiſeris, magnas habeo gratias. Legi illas diligenter, et exinde colligo, *Arnoldum* Ducem — digniſſime *malum*, *ſacrilegum*, *Tyrannum* &c. eumque *Luitpoldi* Ducis filium — minime malum, alioue nomine indigitandum, ſed nomine, neſcio, quo honorandum. Videat Clariſſimus vir — licet ſatis mihi aequiuoce ſcripſiſſe videatur — ne contra torrentem nitatur. Difficile enim eſt, tot annorum antiquatam famam abradere velle. Certe ego ipſe, quantum in me erit, neutiquam committam, vt vel in hac vel in alia parte antiquitatibus noſtris abrogetur. Et nihil gratius mihi accidiſſet, quam eiusdem Clariſſimi *Gewoldi* rationes legiſſe. Credat mihi T. R. contrarium ego de D. *Arnoldo Malo* euidentiſſime probabo. Tantum ſua prius edat D. *Gewoldus*, et libentiſſime illa reuiſam. Ceterum plurima reſtarent ſcribenda, quae tamen ob valetudinem nondum integre reſtitutam, hac duntaxat vice, cogor intermittere. Interim me T. R. intime commendo, et medullitus precor, vt prioribus literis, adeoque meae petitioni reſpondere dignetur. Vale et amicum redama. Scheyrn in peruigilio SS. Apoſtolorum Petri et Pauli an. 1620.

R. V. Addictiſſimus Fr. Erardus Niggelius.

4.

Reuerende Pater Carole!

Nupera V. R. praeſentia tanto me gaudio affecit, vt dicere vix poſſim. Agnoſco animum, agnoſcat voluntatem. Ero V. R. in omnibus memor; ſit et mei: ſed praeſertim illius, quod promiſit, glatam vero chartam habebo, antiquitatibus noſtris adumbratam.

De triceſimo Virginis deiparae breui habet reſponſum. Id iam miſiſſem, ſed minime potui, quin imo nullus hoc tempore literas dediſſem, niſi mecum fuiſſet Reuerendus et doctiſſimus P. *Chriſtophorus* plane optimus, iam nunc Prior in Beyrn, qui vna mecum epiſtolam ablegat. Interim V. R. valeat, et has male comtas literas boni conſulat. Me commendo Raptim ex Scheyrn die 8. Sept. an. 1620.

V. R. Totus Erardus Niggelius

5.

Reuerende Pater Carole!

Neſcio profecto, quam bene et fideliter hic viuam. Id vnum ſcio, nos maximis incommodis eſſe ſubiectos, quod etiam ex literis chariſſimi fratris et collegae mei, V. R.

abunde intelliget. Ottenburani habent primas, Nos: ſcilicet vt longam poſt ſe fert ruſticus haſtam: praecedimus: ſequimur. Habemus quidem P. *Matthaeum Weiſs*, ſed etiam ſperare ab ipſo nunquam potuiſſemus; neque ſi dictum fuiſſet, etiam contrarium crediſſemus. Verum quid iuuat ſcribere? Nullus eſt apud diſcipulos profectus. Veni, vidi ſcholas, et ecce duodecim, 18. 20. ſoloeciſmi — praeter barbariſmos — mihi adferebantur.... Sed dabit Deus his quoque finem. Interim me R. V. intime commendo; et rogo, vt mei tam apud ſe, quam etiam apud Reuerendiſs. D. *Caietanum*, memoriam agere velit. Plura ſcripſiſſem, ſed ſum occupatiſſimus in comoediis componendis. Valeat V. R. et mei aeternum memor viuat. Salutem ex me D. meo fratri. Raptim Salisburgi die 15. Nouemb. an. 1620.

V. R. Seruus in Chriſto
Fr. Erardus Niggelius.

6.

Reuerende Pater Carole!

Licet negligens fuerim in ſcribendis ad ſuam Reuerentiam literis; animus tamen meus nunquam defuit, quo minus ſuae Reu. memoriam habuerim.

Studia Salisburgenſia bonum habent progreſſum, et meliorem haberent, niſi neſcio quis &c. adeſſet. Ipſe vero Rmus D. Praeſes literas nobis miſit, et rogauit omnes, vt ſequenti anno etiam maneremus. Sed quid facturi ſimus, neſcio. Certe P. *Fridericus* — qui ex animo V. R. ſalutat — valde dubitat; eſt enim Rector, qui ante.

Interim mitto V. R. has theſes, quas hac ſeptimana religioſus Frater propugnabit, et me ſuae Reuerentiae ex intimis commendo. Salisburgi in Archiepiſcopali Seminario die 26. April. 1621.

V. R. Addictiſſimus F. Erardus Niggelius.

7.

Reuerende Pater Carole!

Benedictus Deus, qui tandem nos ab immani, ingenti, et horrendo monſtro liberauit, quique nobis a ſeruitute Aegyptiaca, terram lacte ac melle fluentem poſſidere dedit. Tremor occupat omnes artus meos, ſi vel cogitatione in Pharaonem incido. Diuiſae autem ſunt aquae, et nos per medium tranſiuimus, ille vero tanquam lapis deſcendit in profundum et ſubmerſus eſt. Cantemus ergo Domino, qui glorioſe magnificatus eſt. Equum enim *Schimelium*, et aſcenſorem eius deiecit in mare.

Quod tamdiu non ſcripſerim, nemo eſt in cauſa, niſi qui fuit omnium cauſa peſſima. Nunc tamen ad priſtinas amicitiae leges redibimus.

Edidit ſua Reu. vitam S. *Benedicti*, et coronam lucidam, quorum ego non modo accepi nihil, ſed ne vidi quidem. Vtinam mihi eorum copia fieret.

Praeterea gratum foret, ſi R. V. ſubſequentia transmitteret. Aliquot roſaria cuiuscunque generis: aliquot numiſmata grandiora: aliquot imagines liberae, vt aiunt, manus: ſanctos etiam menſtruos cum eorundem imaginibus, ſi impreſſae habeant: officium item S. *Caroli Borromaei*, ſi viliori pretio fieri poſſit ad ducenta exemplaria; nihil enim horum apud nos acquiri poteſt. Quamprimum miſerit, ſtatim ego paratam pecuniam

remit-

remittam, vel ſi minus id fieri poterit, faciat me certiorem, quanam pecunia dicta parari valeant. Quo citius, eo gratius.

De ſtudio Salisburgenſi nihil iam ſcribere placet: ſcribam, vbi fuerint omnia transacta. Interim me ſinceriſſime commendatum cupio. Salutem meo nomine plurimam RR. PP. *Simperto* et *Friderico* vnacum meo D. Fr. *Zech.* Salisb. 3. Octob. 1622.

R. V. Sinceriſſimus Amicus

F. Erardus Niggelius.

8.

Pax Chriſti et omnia obſequia.
Reuerende Pater Carole!

Quid obſecro commiſi, quod nullum ad tertias literas reſponſum acceperim? Neſcio certe, in quo ſuam Reuerentiam vel offenderim, vel offendere potuerim. Quidquid ſit, modo ſcribat, et ſignificet; excuſabo me, vel ſi merui, veniam petam. Interim mitto hic tria exemplaria Marianorum a me editorum; miſiſſem plura, niſi intollerabilis hac in re nuntiorum eſſet exactio. Noui nihil incidit, niſi quod in noſtrae Vniuerſitatis Praeſidem electus ſit D. Abbas Nideraltahenſis; in Aſſiſtentes autem DD. Abbates Petrenſis, Ottenburanus, Andecenſis et Schyrenſis, qui omnes ſolemniter in aula academica a me poſt orationem habitam promulgabantur. Interim me antiquitus commendatum cupio. Salisburgi die vltimo April. an. 1623.

R. V. Animo addictiſſimus

Fr. Erardus Niggelius

9.

Reuerende Pater Carole!

Tandem ex laborum pelago ad quietem monaſticam redii. Poterimus nunc crebrioribus inter nos agere. Adm. R. noſter Chronicon Schyrenſe edidit, quod quamprimum ex prelo et ad meas manus deuenerit, mox communicabo. Libenter etiam ipſe videbo antiquitates inde deductas.

Quaeſo haſce literas Salisburgum deſtinet ad R. P. Rectorem. Debuiſſem eas arctius conſtringere ob precium; ſed vt verum fatear, non fuit tantum temporis.

De negotio noſtro Salisburgenſi malo tacere, quam multa vane loqui. Interim me antiquitus commendo. Salutem meo nomine RR. Patribus *Simperto* et *Friderico.* Raptim die 29. Sept. 1623.

R. V. Seruus in Chriſto

Fr. Erardus Niggelius.

XIV.

Hiſtoria de deſtructione monaſteriorum S. Afrae et S. Magni.

In feſto Sanctiſſimi Simperti cum eius legenda recitatur, de deſtructione Monaſteriorum S. Afrae et S. Magni mentio fieri ſolet. Eam plenius ſcire volentem in Hyſtoria ſeu Legenda ſancti Magni reperiri demonſtrat, quam licet extra propoſitum, hic tamen aſſignare dereui, vt ſequitur.

Poſt obitum glorioſi regis pipini, filiis ſuis litigantibus. erectus eſt Votilo in ducatum baioariorum et Cottafrid in regimine alemanorum. ſicque orta magna ſeditione et rixa inter baioarios et alemanos deuaſtantes et predantes ſeu ſpoliantes omnia. quae in marchis duorum regnorum conſiſtebant minime quiuit Theodorus fidelis monachus ſancti Galli et Magni cuſtodire locum Campidonenſem propter varias perſecutiones et malorum hominum in pagenſibus ipſius loci oppreſſiones in ſuis. inſuper necnon in ſemetipſo. idcirco relinquens illum locum. profectus eſt iterum ad monaſterium ſancti Galli. Inuenitque beatum Othmarum abbatem ipſius monaſterii iam ſenem et grandeuum proueeteque etatis. ſed domini gratia ſpiritu ſancto plenum. et virtutibus diuinis imbutum. Narrauit ei omnia de beato Magno confeſſore Chriſti que acciderant. et de loco Campidonenſi. ſeu de perſecutione plurima quam paſſus eſt a paganis et a malis chriſtianis. Haec audiens beatus Othmarus dolens et merens de tanta perſecutione ſeu etiam de ſua ipſa quam iam a peſſimis comitibus Warino et Ruthario. qui tunc temporis quaſi totius Alemanie curam adminiſtrabant patiebatur. Quendam de fratribus eius Perechgoſum monachum optimum virum et prudentem cum quatuor monachis ab his illuc direxit qui ipſum locum cuſtodirent. donec domino opitulante pace reddita. iterum a rege Karolo ſublimaretur. permittens Theodorum morari in monaſterio beati Galli vsque ad obitum ſuum. Igitur Karolo rege conſolidato et firmato in prouincia Gallie. reſtaurans et reedificans aeccleſias quae a malis inuaſoribus deſolate erant totam germaniam dominus ſub ſuo ſubiugauit Imperio. interfectis principibus germaniam poſſidentibus. Cumque audiſſet de beato Othmaro iniuſte acta et ad finem obitus vsque perducta. necnon de cenobio Campidonenſi. imo de ciuitate Auguſtenſi. quippe de monaſterio S. Affre ac cella ſancti Magni deſtructa et deſolata compunctus corde iterum reedificare coepit ipſas aeccleſias et ſublimare. Conſtituit autem Epiſcopum Simpertum nomine in ipſa ciuitate. et dedit ſecundum morem regium per firmitatis preceptum ad prefata loca omnia que ab anteceſſore ſuo Pipino illuc tradita fuerant. Inſuper et addidit plura. Suſcepto autem Epiſcopatu Simpertus profectus eſt ad Auguſtam vindelicam et per annos fere triginta rexit ipſam aeccleſiam beate Affre reſtaurans monaſterium ſancti Magni. Parrochiam vero in ambarum parcium Lici fluminis per auctoritatem domini Karoli iam facti Imperatoris in vtroque ſimul regno domino fauente coadunauit. Hauto ſancto Simperto in epiſcopatu ſucceſſit qui ſeptem tantum annis prefuit ac propter breuitatem nihil in ſpeciali niſi quod de patrimonio cum baioarius erat epiſcopatui contradidit. Quem Nidgarius in epiſcopatu ſecutus eccleſiam ſancti Magni fundamentis de nouo conſtruxit non tamen ex toto perfecit ſed Lanto ſucceſſor eius anno ſui preſulatus quinto annuente Ludouico pio Imperatore ſtructure finem impoſuit. Qui et eodem et Othcario Moguntinenſe Archiepiſcopo ſancti Magni corpus e medio eccleſie reconditum leuauit. ac corpus eius veſtimentis parumper leſis vt ſupra in lapideo ſarcophago album et incorruptum reperit legendam vero ſibi appoſitam iam vetuſtate pene abſumptam cuidam Ermenrico ex monaſterio Elwange monacho reſtituendam Epiſcopus Lanto commiſit corpus vero eius ob diſſidionem ac bella inter Ludouicum pium fratresque ſuos Pipinum et Karolomannum commiſſa per papam Sergium confederatos aliaque aliorum principum honeſtiori ac ſolenniori ſepulture niſi poſt certorumque annorum curricula completa tradi non potuit. Vbi et per eius merita quottidie maxima patrantur circa periclitantes in partu mulieres miracula. Circumferunturque ſue exuuie cum crucicula et baculo quottannis adhuc per diuerſa loca cum his petencium circuiendo deuote ſegetes ne frumenta periclitentur ſed et ortos caulium de quibus mira-

mirabiliter vermes expellit quod et experientia quottidie adhuc edocet atque declarat. Benedictus Deus.

XV.

Hiſtoria S. Ignatii Epiſcopi et Martyris,

de nomine

Ignacius qui ignem pacius et ignem paciens diuini amoris.

Ignacius fuit diſcipulus Sancti Johannis et Epiſcopus Antiochenus. Hic epiſtolam ad beatam Virginem dixiſſe legitur in hec verba, Criſtiffere marie ſuus ignacius, Me neophitum Johannisque tui diſcipulum confortare et conſolari debueras, de iheſu enim tuo percepi mira dictu et ſtupefactus ſum ex auditu, a te itaque que ſemper fuiſti ei familiariter coniuncta, et ſecretorum eius conſcia. deſidero ex animo fieri certior ex auditu, Valeas, et neophiti qui mecum ſunt ex parte propter te et in te confitentur. Beata autem virgo Dei genetrix maria in hec verba ſibi reſpondit, Ignacio dilecto condiſcipulo humilis ancilla Criſti iheſu que a iohanne audiſti et didiciſti vera ſunt, illa credas in illis inhereas et criſtianitatis votum firmiter teneas et mores et vitam voto conformes veniam autem vnacum Johanne te et qui tecum ſunt viſere, Sta et viriliter age in fide ne te commoueat perſecutionis auſteritas ſed valeas et exultes in deo ſalutari. Tante autem auctoritatis beatus ignatius extitit, quod eciam Dyoniſius pauli apoſtoli diſcipulus qui fuit phyloſophus tam ſummus et diuina ſciencia tam perfectus beati Ignacii verbum ad confirmationem dictorum ſuorum tamquam pro auctoritate adduxerit. Cum eidem vt ipſe in libro de diuinis nominibus adteſtatur, quidam nomen amoris in diuinis reprehenderent, dicentes in diuinis eſſe nomen amoris quam dilectionis, volens oſtendere hoc nomine amoris per omnia in diuinis eſſe, vt dum ait, Scribit autem diuinus ignacius amor nimis crucifixus eſt. Legitur in tripartita hiſtoria, quod ignacius audiuit angelos cantantes Antiphonas ſuper montem quemdam et exinde inſtituit in eccleſia antiphonas cantari et pſalmos ſecundum antifonas intonari. Cum ergo beatus ignacius diu pro pace eccleſie dominum exoraſſet, non ſuum ſed infirmorum periculum metuens, traiano imperatori de victoria redeunti et criſtianis omnibus mortem minanti occurrit et libere ſe criſtianum eſſe aſſeruit, Quem traianus ferro vinctum decem militibus tradidit et romam adduci percepit, minans eidem quod traderetur ibidem beſtiis deuorandus. Cum ergo romam duceretur ad omnes eccleſias epiſtolas deſtinabat et eos in fide criſti confirmabat. Inter quas vnam ſcripſit ad romanam eccleſiam ſicut legitur in hyſtoriis eccleſiaſticis, rogans ne ſuum martyrium impediant vbi ſic dicit. Syria vsque ad romam cum beſtiis terra marique depugno die ac nocte connexus et colligatus decem leopardis militibus ducor ad cuſtodiam datis qui ex beneficiis noſtris ſeuiores fiunt, ſed ego eorum nequitiis magis erudior. O ſalutares beſtias que preparantur mihi quando venient quando emittentur quando eis licebit frui carnibus. Inuitabo eas ad deuoracionem meam, et deprecabor ne forte vt in nonnullis fecerunt timeant contingere corpus meum. Quin immo et ſi cunctabunt ego vim faciam ego me ingeram, Date queſo veniam ego noui quid mihi expediat Ignes cruces beſtie diſperſiones oſſium diſcerptiones omnium membrorum et tocius corpris et omnia pene in me vnum ſuplicia diaboli arte queſita conflentur dummodo iheſum criſtum merear adipiſci. Cum ergo romam veniſſet et ante traianum adductus fuiſſet dixit ei Traianus, Ignaci cur antiochiam facis et gentem meam ad criſtianita-

nitatem conuertis. Cui ignatius vtinam et te poſſem cönuertere vt ſemper obtineres fortiſſimum principatum. Cui traianus Sacrifica diis noſtris et ſacerdotum omnium princeps eris, cui ignacius, nec diis tuis ſacrificabo nec dignitatem tuam affecto, De me quidquid vis facere poteris ſed nullatenus me mutabis, Traianus dixit, Preſumbate ſcapulas eius contondite et vngulis latera laniate et duris lapidibus eius vulnera confricate. Cumque hec omnia in eum feciſſent, et ipſe immobilis permaneret, dixit traianus Carbones viuos afferte et ipſum nudis plantis ambulare facite, Cui ignacius Nec ignis ardens nec aqua ebulliens poterit in me criſti iheſu extinguere caritatem, Cui traianus, Maleficia ſunt hec quia tanta paciens non conſentis, Cui ignacius, Nos criſtiani malefici non ſumus ſed in lege noſtra maleficos viuere prohibemus, Sed vos malefici eſtis qui idola adoratis, Traianus dixit, Dorſum eius vngulis laniate et plagas eius ſale perfundite, Cui ignatius, Non ſunt condigne paſſiones huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis, Traianus dixit Iam nunc eum tollite vinculis ferreis alligate, In cipo in imo carceris cuſtodite, ſine cibo et potu eum eſſe permittite et poſt triduum deuorandum beſtiis date. Tercia igitur die Imperator et ſenatus omnisque populus conueniunt vt viderent epiſcopum Anthiochenum qui erat cum beſtiis pugnaturus, dixitque traianus, quoniam ignacius ſuperbus et contumax eſt ipſum alligate et duos leones ad ipſum laxate vt nec vllas reliquias ex eo relinquerent. Tunc ignacius dixit ad populum qui aſtabat, Viri romani qui hoc certamen aſpicitis non ſine mercede laboraui quia non propter prauitatem ſed propter pietatem hoc pacior. Deinde cepit dicere ſicut legitur in hyſtoriis eccleſiaſticis frumentum criſti ſum beſtiarum dentibus molar vt panis mundus efficiar, Hec audiens imperator dixit, grandis eſt tolerancia criſtianorum Quis grecorum tanta tolleraret pro deo ſuo? Reſpondit ignacius non hec mea virtute ſed criſti adiutorio tolleraui, Tunc ſanctus ignacius leones cepit ad ſe prouocare vt deuorandum accurrerent, Accurrentes duo igitur ſeui leones ipſum tantummodo perſocauerunt carnem tamen eius nullatenus tetigerunt, Traianus autem hoc videns cum admiracione diſceſſit precipiens vt non prohiberetur ſi quis vellet tollere corpus eius, Quapropter criſtiani corpus eius tulerunt et ipſum honorifice ſepelierunt, Cum autem traianus literas reperiſſet, in quibus Plinius ſecundus criſtianos quos imperator occidi iuſſerat plurimum commendabat doluit de iis que ignacio intulerat, et precepit vt nullus criſtianus inquireretur, ſi quis tamen incideretur puniretur. Legitur autem quod beatus ignacius inter tot tormentorum genera nunquam ab inuocacione nominis iheſu criſti ceſſabat, Quem cum tortores requirerent cur hoc nomen tocies replicaret, ait, Hoc nomen cordi meo inſcriptum habeo et ideo ab eius inuocacione ceſſare non valeo. Poſt mortem igitur eius illi qui audierant volentes curioſius experiri cor eius ab eius corpore euellunt et illud ſcindentes per medium id tamen cor inſcriptum hoc nomine iheſus criſtus literis aureis inueniunt, vnde ex hoc plurimi crediderunt. De hoc ſancto ſic dicit Bernhardus ſuper pſalmo qui habitat, Magnus ille ignacius auditor Johannis diſcipuli quem diligebat iheſus, martir et ipſe eius precioſis reliquiis noſtra eſt ditata paupertas mariam quidem in pluribus quas ad eam ſcribit epiſtolis criſtiferam conſalutat. Egregius plane titulus dignitatis et commendacionis honoris inmenſi Amen.

I. O. G. D.

[redacted]

OCT - 3 1927